BIBLIOTHECA HAGANA HISTORICO-PHILOLOGICO-THEOLOGICA,

AD

CONTINUATIONEM BIBLIOTHECÆ BREMENSIS NOVÆ

CONSTRUCTA

A

NICOLAO BARKEY,

S. Th. Doctore, nuper ej. Facultatis in Ill. Lyceo Bremensi Professore Ordin. & Ecclesiaste Stephaniensi, nunc vero S. Th. Professore & V. D. M. Hagano.

CLASSIS PRIMÆ,

FASCICULUS PRIMUS.

AMSTELODAMI & LUGDUNI BATAV.
Sumptibus Bibliopolarum
HENR. VIEROOT & JOA. LE MAIR,
MDCCLXVIII.

CELSISSIMO

SERENISSIMOQUE

ARAUSIÆ

ET

NASSAVIORUM

PRINCIPI

GUILIELMO V,

BELGII FOEDERATI

GUBERNATORI HEREDITARIO,

TERRA MARIQUE

IMPERATORI SUMMO,

RELIQUA.

LIBERTATIS,

JUSTITIÆ

ET

SANCTISSIMÆ RELIGIONIS

CUSTODI ET VINDICI,

OPTIMARUM ARTIUM

ET

SCIENTIARUM QUARUMVIS

MÆCENATI PRINCIPI,

QUEM

MUSA VETET MORI,

CUIQUE.

DEUS TER. O. M.,

PRO SUA

IN BELGIUM FOEDERATUM,

CELSISSIMAMQUE

STIRPEM NASSAVICAM

INDULGENTIA

PROBATISSIMA,

CLEMENTISSIME LARGIATUR

SAPIENTIAM IN REGIMINE,

PIETATEM IN RELIGIONE,

OMNISQUE GENERIS

FELICITATEM;

CUJUSMODI NON FUIT

REIPUBLICÆ BELGICÆ,

QUI ANTE SE FUERUNT,

GUBERNATORIBUS:

SUMMOQUE

SUÆ CELSITUDINIS

PATROCINIO

SEMET IPSUM

ET

BIBLIOTHECAM HAGANAM,

AD EMOLUMENTUM

REIPUBLICÆ LITTERARIÆ

CONSTRUENDAM,

DEVOTA MENTE

OBFERT,

EJUSQUE INPRIMIS

FASCICULUM PRIMUM,

GRATIOSISSIME

QUOD CONCESSIT,

CELSISSIMO NOMINI SUO,

EA,

QUA DECET,

REVERENTIA

EX ANTIQUA FORMULA

D. D. D.

EDITOR.

LECTORI BENEVOLO
S. & O.
NICOLAUS BARKEY,
S. THEOLOGIÆ DOCTOR,
ejusdemque Facultatis Professor & V. D. M. Haganus.

Quam *Bremæ*, dulci in patria, construxi *Bibliothecam Bremensem Novam*, ad imaginem veteris, Musei & Symbolarum Bremensium ut plurimum conformatam, reipublicæ Litterariæ gratam adeo fuisse comperi, ut me ab hoc Instituto utilissimo abducere non potuerit soli patrii mutatio. Nec me eodem decedere passi fuerunt Viri eruditi, quorum favore & amicitia fruor, ut in pertexenda hac tela strenue per-

gerem, novamque exordirer summopere flagitantes meque obtestantes. Calcar itaque haud invito subdiderunt, quo factum est, ut *Classe sexta* Bibliotheca *Bremensis Nova* colophonem suum nacta, *octodecimque Fasciculis* absoluta fuerit. Cum solo autem, quod Deo duce mutavi, dum hujus operis Index mutandus erat, Instituto huic ex augusto & amœnissimo Hollandiæ & Belgii Fœderati oppido, in quo jucunde vitam transigo, nomen *Bibliothecæ Haganæ* imposui. Quamdiu opus hoc urgere possim, meum non est definire. Deo adnuente telam hanc tamdiu texere sedet animo, quamdiu Fautores & Amici, adferent suppetias, quas enixe rogo.

Forma *Bibliothecæ Haganæ* eadem fere erit ac antecedentis *Bremensis*, idemque conligendi modus. Quantum pote sedulo operam dabo ne Bibliothecam hanc ineat nisi utile, eruditis lectoribus gratum, Novum, imo & Antiquum sed novo collustratum lumine: meo saltem judicio; tot enim sunt hominum sensus quot facies. Hinc licet unum-

quem-

quemque ſcriptorum ſuo abundare ſenſu, ingeniique ſui fœtus deperire lubentiſſime patiar, mei tamen juris ſit velim eligere, quod mihi videtur optimum, ſaltim dignum quod Lectoribus offeratur munus. Et ſi forte interdum neceſſum judicavero, ut transmiſſa vel tradita ſcripta ad Auctores ſuos redeant, quemadmodum, dum Bibliothecam Bremenſem Novam conſtruxi, vice plus ſimplici factum eſt, cum nullus unquam eos offendendi mihi fuerit eritque animus, illi velim ſciant me ſemper abhorrere ab aliorum virorum doctorum vilipendio, eosque rogatos habeo, ne ejusmodi remiſſionem rationibus comitatam pro vilipendio reputent. Laudanda eſt omnino omnium bene merendi voluntas. Aſt *Bibliothecæ* quoque conſulendum eſt, & *Lectoribus* conſulendum, ne ubivis obvia & nota denuo legere cogantur, vel dum talia ſubodorantur, cum faſtidio tranſiliant. Ex hac cauſa quæ forte ex antiquis Græcis Scriptoribus vel Claſſicis depromant Viri, his in litteris bene docti, ad vindicandum textus aut phra-

ſium N. T. elegantiam admodum grata erunt, ſi quid habeant novi, nondum obſervatum, vel ſi aliorum obſervata ubi opus eſt corrigant: ſin vero ſolummodo pridem ab aliis obſervata pluribus exemplis confirmare ſatagunt, quid, amabo, revera prodeſſe poſſunt? quisque tum finis erit ejusmodi obſervationum, quæ litterarum harum gnaro & adtento lectori ſæpius occurrunt recurruntque. Veritas, duobus vel tribus teſtimoniis ſatis munita pluribus facile carere poteſt, quæ nullum præſtant uſum, ſed potius lectori gnaro incommodum creant eumque obruunt. Hinc mei juris eſſe exiſtimo, ex cl. PALAIRETI, Viri quondam laborioſiſſimi, ante triennium circiter Londini Anglorum demortui, tertia & quarta parte Claſſicorum Sacrorum ad Evangelia *Lucæ* & *Joannis*, quorum partes priores in Matthæum & Marcum Bibliothecæ Bremenſi Novæ inſerui, inſtituere delectum, quantum fieri poteſt, & ſi quæ in exemplis & teſtimoniis deprehendero ſuperflua, eadem, ne Lectori ſint oneri, ſilentio premere.

In Bibliotheca Bremensi interdum & dicta & sententias Auctorum laudavi & probavi, vel dubia mea modeste & ingenue proposui. Prius nunc censeo superfluum. Optimæ enim frugis symbolæ mea non indigent vel commendatione vel laude, ac haud raro evenit, ut nova exorta luce mentem mutemus. Dubia vero si vel modeste & non sine honoris præfamine proponas, illorum qui sibi sapiunt movetur stomachus, teque ad jurgia compellere quærunt, quæ cane pejus & angue fugio, & potius επιεικεια, quieti & amori litare studeo. Interea hac ex caussa an a proponendis dubiis abstinendum est? Minime. Si quispiam aperte mihi alucinari visus fuerit, pro more i. e. candide & modeste dubia mea proponam; & si ægre ferat meque mordeat neque solvat, generoso me vindicabo silentio, ac hoc modo & illum & memet, in cujus ut Judicis conspectum prodimus, Reipublicæ Litterariæ submittam judicio.

Apologias VV. DD. dum veritatis produnt amorem, scommatibusque &

injuriis carent, ex hac Bibliotheca haud elimino. Dissertationem igitur Apologeticam cl. B. W. D. SCHULZII, doctissimi Berolinensium Professoris, Fasciculo *Primo* vides insertam, qua, imitando omnibus exemplo, hinc illinc se errasse & senem Gymnasii Halensis doctissimum cl. SIMONIS offendisse ingenue fassus & deprecatus est, & hoc ipso demonstravit, quam alte pectori ipsius insideat amor veritatis.

Incidit autem in manus *Declaratio Venerandi Ordinis Theologorum Basileensis de Novo Testamento Wetsteniano*, a 1757. composita & hactenus inedita. Vehementer quidem animi pendebam, num Declaratio hæc publici juris facienda esset, dum Wetstenianam N. T. editionem ejusque Prolegomena, sæpius jure merito, reprehendit & lacerat, utpote quæ multa quoque continet egregia ad Criticam Sacram pertinentia, ita ut ejus Prolegomena ob insignem, quem Theologo præbent, usum non ita pridem duobus voluminibus recudi fecerit, notisque & observationibus auxerit cel. Halen-

lensium Theologus, JO. SALOMO SEMLERUS, Vir in Sacra Litteratura exercitatissimus, adjeceritque *recensionem Introductionis Bengelii ad Crisin N. T. ac Glocestrii Ridley Dissertationem de Syriacarum N. T. Versionum indole ac usu, cum notis quibusdam Viri Ill. J. D. Michaëlis, Halæ* 1765. 1766. 8. Verum tandem cum judicaverim, Viros altercantes jam demortuos esse, & Declarationem Venerandi Basileensium Ordinis recte a Wetstenio dictis nihil derogare apud Viros a partium studio alienos nullique auctoritati succenturiantes, historiæque Litterariæ intersit haud ignorare, quæ cum Wetstenio acta fuerunt (*), gratiam me initurum censeo apud historiæ Ecclesiasticæ recentioris studiosos, si hanc Declarationem illis communicem. Cernere hic licet ingenii humani lubricitatem & petulantiam, qua in-

(*) Conf. Viri Ill. J. D. MICHAËLIS Einleitung in die Göttliche Schrifften des Neüen Bundes, zweite auflage. T. I. p. 741. ubi recte monet, si vel ea, quæ Wetstenio imputantur, veritate nituntur, ipsius tamen fidem in conlectione variantium textus N. T. lectionum neutiquam sollicitandam esse.

inconſiderate & arroganter agere ſolemus, & quam facilis erroris ad errorem ſit via, quamque exitioſi ſint invidiæ, odii & jurgiorum fructus.

Epiſtolas VV. DD. ineditas & huic Bibliothecæ quandoque inſerere animus eſt, quas, ut & Anecdota alia bonæ frugis ut mihi ſuppeditent Litterarum ubique locorum Mæcenates & Amici, in votis habeo. Ill. WOLFFII aliquot Epiſtolas mihi communicavit S. R. J. C. HARENBERGIUS, Fautor & Amicus meus Honoratiſſimus, cum notis vitam Illuſtris illius Viri illuſtrantibus, pro quo munere ipſi gratias ago, & acturi ſunt Bibliothecæ hujus Lectores. Liceat hic humaniſſime publico nomine compellare Excellentiſſimum MEERMANNUM, quem Haga-Comitum jam colit & obſervat incolam, & ſ. Reverendum JO. ROYER, Sereniſſimi Principis Concionatorem Aulicum, Fautores & amicos meos honoratiſſimos, ut qua ſunt benivolentia, ſcientiasque promovendi ſtudio, ex eorum ditiſſimo Epiſtolarum aliarumque rerum Anecdotarum penu, quales vix pares habet ullus alius, ſubinde bene-

vole

vole communicent, quæ Reipublicæ Litterariæ commodis inserviunt; quemadmodum hæc felicitas b. DAN. GERDESIO ad Miscellanea Groningana vel Scrinium antiquarium obtigit.

Nova Litteraria ex Academiis potissimum Belgicis & Germanicis narrabo, librosque & libellos melioris notæ indicabo, & subinde forte recensebo, eorum tamen inprimis habita ratione, qui *linguam* eruditorum loquuntur. Eristicos autem, nisi sint magni momenti, penitus præteribo. Ne funestum Paridis fatum experiar, judicio de illis ferendo studiose abstinebo, & litem aliorum meam facere nunquam in animum inducam. Ex quo Classis Bibl. Brem. Novæ Quarta prodiit, validiorem fecit mora librorum editorum segetem, quam ut eam simul & semel metere possim. Eos igitur solummodo discerptim & pedetentim adnunciabo.

Ceterum, exceptis quæ mere vel forum Juris Civilis vel Medicinæ, vel scientias ad Mathesin spectantes concernunt, Bibliotheca hæc in sinum suum

re-

receptura eſt omne, quod Theologo ex omnibus ſcientiis vel ſcitu neceſſarium vel utile vel ad ornatum eſſe poteſt, imo ſi quid vel ex foro Juris civilis, vel Medico, vel Matheſeos diſciplinis Sacris litteris & Religioni, quarum inprimis dignitati Inſtitutum hoc conſecratum eſt, lucem aliquam conferre poſſit.

Operi huic nomen meum præfigere juſſerunt providæ *Nob. & Præpotentium Hollandiæ & Weſtfriſiæ Ordinum leges Civiles*, quibus obtemperare fas eſt, juxtaque easdem cavere, ne introeat aliquid ab eruditis eorum civibus proficiſcens libris noſtris ſymbolicis contrarium. Quas ad illuſtrationem locorum aliquot ex tribus prioribus Actuum Apoſtolicorum capitibus nuper expoſui obſervationes, quibusque Lyceo patrio valedixi, dum in paucorum venerunt manus, emendatas in hac Bibliotheca VV. DD. judicio ſubmittam, ut & ejusdem generis alias, ne plane ſim *ασυμβολος*. Ita vale L. B. divinæ gratiæ commendatus, & huic Inſtituto fave. Dabam Hagæ Comitum a. d. 10. Martii a. 1768.

ELEN-

ELENCHUS CONTENTORUM FASCICULI PRIMI CLASSIS PRIMÆ.

IV.

JOH.

I.

JOH. CONRADI FUESLINI,

CAP. VITOD. CAMERARII,

DISSERTATIO
DE
ALEXIADE ANNÆ COMNENÆ.

QUA

GRÆCARUM LITTERARUM CULTORES ET PROFESSORES AD NOVAM HUJUS LIBRI EDITIONEM CURANDAM ET PUBLICANDAM EXSTIMULANTUR.

Petrus Possinus Tolofanus, e focietate Jefu, vir doctus & de græcis litteris bene meritus, ante centum & qui excedunt, annos in epiftola dedicatoria, editioni Alexiados Parifinæ præfixa, de Typographis, qui tot

libros græcorum impressos evulgarunt, ALDIS & FROBENIIS questus est, quod de ALEXIADE luci reddenda non cogitaverint. Sed quid opus fuit de Typographis queri, cum litterarum professoribus & restauratoribus potius tribuendum esse videatur, quod librum eximio dicendi genere nitentem & rerum scitu utilium copia abundantem, cujus auctorem JOAN. ZONARAS linguam ἀκριβῶς ἀττικίζουσαν & mentem πρὸς ὕψος θεωρημάτων ὀξύτατον habere prædicavit, ducentis fere annis ab artis imprimendi inventione abjectum & tenebris obrutum esse passi sint? POSSINI igitur studio & industriæ tribuendum est, quod hic liber in lucem protractus bonarum litterarum, imprimis historiarum studiosis innotuerit; ejus enim opera anno MDCLI. Parisiis ex Typographia regia splendide typis æneis descriptus prodiit. Ast quanticunque viri hujus industria, quam in ALEXIADE collocavit, facienda sit, hujus tamen usus debilitatus ac pene labefactatus est. Primo enim rarissime prostat liber, deinde magno pretio venit, tandem illi insunt nævi, qui, ut emendentur & ALEXIAS legentibus utilior reddatur, novam curam, novum laborem postulant. Translatio POSSINI, quam docta, quam eloquens, quamque latina sit, mentem tamen scriptoris non semper assecuta est, ejusque verba excedens alienis quandoque opinionibus intrusis tumet.

Hanc

lanc ob caufam demiratus fum, poft POS-
NUM neminem eruditorum, non dicam in
allia, Italiave, fed in Batavia, quæ GRO-
)VIOS, GRÆVIOS, HAVERCAMPIOS aliosque
teraturæ græcanicæ laude florentes viros
uit, neque in Germania, quæ Batavorum
nulos felices protulit, repertum fuiffe,
i huic libro emendando & in commodum
Storum publicando operam dediffet. Cum
itur animum meum cogitatio fubierit,
xftimulationem fcribere, qua viri huic la-
)ri fubeundo pares novæ ALEXIADOS editio-
s procurandæ cupidine incendantur, ora-
rum, qui dicendorum partes enumerant,
orem imitabor, & quid in hac exftimula-
)ne præftiturus fim, enarrabo. Primo de
bus, quas illuftriffima femina ANNA COM-
:NA Alexiade complexa eft, referam, de-
de libri fata exponam, denique quid in
)va ejus editione meo judicio elaborandum
, docebo.

Hiftoriæ præcipuæ dotes funt, ut veritati
cem accendat & virtuti viam common-
ret; liber hiftoricus igitur eo gravior &
tilior erit, quo res majoris momenti funt,
ıas complectitur. Res autem & a tempo-
', quo gefta funt, & ab auctoribus, a
ibus provenerunt, & ab eventibus, quos
pepererunt, momentum accipiunt. Non-
unquam fcriptoris nomen eis aliquam au-
oritatem conciliat. *Quodcunque* horum

respicias lector! aliquid senties, quod cupiditatem tuam accendat. Ut ab auctore incipiam, hic fuit femina, sed femina, cujus nomen inter eruditas mulieres eminet, ut inter viburna cupressus. Primo ob generis splendorem, fuit enim *Porphyrogenita*, hoc est, a patre, postquam imperii fastigium nactus fuerat, procreata, & NICEPHORO Melisseno cæsari matrimonio juncta: deinde ob scientiarum varietatem; fuit enim philosophicarum & theologicarum rerum scientia imbuta, cum sacris litteris earumque commentatoribus PLATONIS & ARISTOTELIS lectionem jungens. Historiam, quam XV. libris comprehendit, ALEXIADEM inscripsit, in laudem & honorem parentis, imperatoris ALEXII ex COMNENORUM gente oriundi, cujus res gestas illustravit. Incipit ab anno MLXIX. quo idem ille parens ejus ROMANO DIOGENE imperante militiæ rudimenta posuit. Definit in anno MCXIIX. quo vita defunctus fuit. Imperio græcorum annis XXXVII. præfuit, nempe ab anno MLXXXI. Quæ interea temporis acta sunt, tum Jurium-consultis, tum rerum publicarum statoribus, tum res ecclesiasticas expiscantibus, tum omnibus historiarum curiosis maxime observanda sunt. ALEXIUS ad imperii culmen pervenit, cum illud undique premi ceperat. Bella gessit cum Turcis & cum Scytis his, *qui Alani* & *Comani* dicti fuere. Omnium

ma-

maxime illum ROBERTUS GUISCARDUS Apuliæ Dux vexavit, quem GREGORIUS VII. Pontifex romanus, qua potuit, ope ſuſtentavit. Qui hiſtoriam primis tantum labris guſtarunt, ſciunt horum ætàte floruiſſe HENRICUM IV. in occidente imperii gubernacula regentem, cui cum GREGORIO odia bellaque, ad internecionem usque, interceſſerunt. COMNENA horum omnium mentionem injecit, ſed nemo mirabitur, ſi talia quandoque referat, quæ illorum memoriam obſcurent. Hanc ob cauſam latinis ſcriptoribus male audit, ſed propterea hiſtoria ab illa ſcripta non manibus ejicienda eſt. Fieri potuit, ut veris miſcuerit falſa, etiam accidere potuit, quod odio, iræ, aliisque animi commotionibus nimium indulſerit, ſed qui ſcriptores ab his nævis immunes ſunt? Nonne latinis idem exprobrandum venit, quod partibus ſuis faverint, & ex lubidine multa vel affirmaverint, vel negaverint, vel etiam ſilentio præterierint. Veritatis amans lector omnes legit, eosque comparat & quæcunque narrantur, limat floriferis ut apes in ſaltibus. ALEXIADOS libri magnam partem complectuntur bellum primum pro recuperanda terra ſancta contra Turcas geſtum, cujus dux GOTEFRIDUS Bullionæus fuit, quem regem Hieroſolymorum crearunt. Vulgo notum eſt, græcis, imprimis ALEXIO crimini verti, quod Celtas, ita enim ANNA omnes

vocat, qui ultra mare Adriaticum ad columnas herculeas usque habitarunt, & contra Turcas in orientem profecti ſunt, multis modis circumvenerint. Sed operæ pretium erit legiſſe, quæ in ALEXIADE hac de expeditione narrantur, quo omnium rerum circumſtantiis comparatis certius judicium ferre poſſimus. ANNA illam libro X. deſcripſit & cauſam ejus ſeu originem a PETRO monacho, quem a veſtitu κυκύπετρον appellat, repetit. Deinde magnam Europæ commotionem, „ quæ, ut ait, univerſa inopinato „ exurgens convulſis ſedibus tumultuoſo „ curſu ſe in Aſiam tranſtulit," memorat. Hujus ævi homines omnis generis ſuperſtitione non ſolum imbuti, ſed capti fuere. ANNA ab hoc vitio non libera fuit. Locuſtarum, quæ paulo ante Græciam infeſtarunt, multitudinem invaſionis iſtius triſte omen fuiſſe exiſtimavit. De Cometis ex opinione, quæ longis adhuc poſt eam ſeculis mundum faſcinavit, & omnia terriculamentis implevit, judicavit. Sed hæc rerum geſtarum veritati nihil detrahunt. Hiſtoriæ cultores, fata hominum regnorumque ſcire cupientes, quid in pace & bello geſtum, qua ratione, quove conſilio quidvis geſtum ſit, diſcere cupiunt. Rerum eventus, horumque viciſſitudines illos delectant, inſtruunt & ad præclare facta imitanda inſtigant. Ex hoc apparet, quantum ſcriptores, qui ſui tempo-

ris

ris gesta, vel quæ paulo ante se acta sunt, litteris mandant, præstent iis, qui res longis seculis ante factas commentantur. ANNA patris sui historiam, quam scire potuit, composuit, ergo quæ ab illa narrantur, magni facienda & fide digna habenda sunt, scire enim potuit, quæ scripsit. Hac de re CAROLUM DU-FRESNE, Cangii dominum loquentem inducam. Laudatissimus hic vir in præfatione ad CINNAMI historiam ab ipso editam NICEPHORI cæsaris, ut & ANNÆ ejus uxoris opera celebrat. „ Historiam, inquit, „ a conjuge BRYENNIO (hic idem est NICEPHORUS) exaratam prosecuta est ANNA „ COMNENA CÆSARISSA, eique ALEXIADIS „ appellationem indidit, quam quidem acri „ profecto supra sexum judicio ac singulari „ elegantia conscripsit. ALEXIO autem im„ perante e Gallia Normanni in illius prin„ cipatu, totoque græcorum imperio, cum „ in Italia, atque adeo in Dalmatia, præ„ claris patratis facinoribus plurimum in„ claruerunt, tum vero potissime Franci, „ cum iis GOTEFRIDO duce in Palæstinam „ properantibus ALEXIUS obstitit, qui non „ semel cum ingenti suorum strage repulsus „ est. Rebus proinde ipsis, quas cum laude „ descripsit & variis utrinque cum Impera„ tore vafro initis fœderibus interfuit, (*) „ ocu-

(*) In prima hac belli *expeditione* ANNA minor natu

„ oculisque ipsis plerosque usurpavit ex in-
„ clytis illis ducibus ac belli fulminibus,
„ quorum appulsu oriens totus cohorruit.
„ Quin & singulorum notavit nomina, di-
„ gnitatem generis & quæ gerebant munera
„ designavit &c." ALEXIUM vafritiei insimulat Cangii dominus, sed præterit rationes, quæ Imperatorem græcorum vafrum esse coegerunt. Has paucis exponam. ANNA Celtas omnes, imprimis Francicos ita depingit, ut ALEXIUS merito sibi ab ipsis cavere debuerit. Inter Latinorum, ita omnes vocat, qui ecclesiæ Romanæ statuta secuti sunt, duces BAIMUNDUS, ROBERTI filius, claruit, qui patrem odio in ALEXIUM æquavit. Ab hoc imperatoris animum alienum fuisse nemo mirabitur. Præterea Europæi principes omnes incredibili arrogantia inflati Græcos a Pontifice romano hæresis nomine infamatos despexerunt, quid quod? oderunt, ipsum Imperatorem contemtim tractarunt. Quam igitur animi sinceritatem, quam consilii atque auxilii promtitudinem ab eo exspectare potuerunt? Fastus illorum exemplo sit epistola HUGONIS regis Gallorum fratris ad ALE-

natu fuit, propterea que rebus tractandis ipsa interesse non potuit. Sed libro XIV. *Alexiados* testatur: se commentariis virorum fide dignissimorum, qui patris militiam hoc tempore secuti sint, usam esse.

ALEXIUM missa, quæ his verbis concepta fuit: (*) „Scias Imperator! me esse Regem „regum & majorem cunctis, qui sub cœlo „sunt. Itaque simul istuc advenerim, par „est excipi me a te magnifice ac prout „nobilitati meæ consentaneum est." Aliud exemplum sit oratio, quam ejusdem legati coram Dyrrhachii (**) duce habuerunt. „Notum tibi sit o dux! inquiebant, do- „minum nostrum Hugonem quamprimum „huc trajecturum sumto nuper Romæ au- „reo vexillo S. Petri. Scias porro, ipsum „esse summum Ducem francicæ militiæ „universæ. Para igitur te ad eum exerci- „tumque ejus pro dignitate ipsius exci- „piendum, meminerisque occursum illi „debitum reddere." Plura non addam. Lector ipse ex his de Latinorum natura & indole, anque tales homines Græcis grati acceptique hospites esse potuerint, judicet.

Alius, quem Lectores ex ALEXIADE capturi sunt, fructus in rerum ecclesiasticarum cognitione consistit. De dissensione, quæ religionis causa græcos inter latinosve intercessit, non disseram; ea enim notior est, quam ut eam hic describi necesse sit; neque ANNÆ mens fuit, hujus dissensionis rationem

(*) *Alexiadis* Lib. X.
(**) Dyrrhachium urbs Siciliæ fuit.

nem explicare, quamquam auctor (*) *Bibliothecæ illustrium feminarum, quæ scriptis claruerunt*, memoriæ prodiderit: *Anna scripsit Alexiada h. e. historiam ecclesiæ Constantinopolitanæ & controversiarum religionis in orientalibus ecclesiis motarum.* Hoc a consilio ejus scribendi valde alienum fuit. Majoris momenti est, quod ex hac historia de statu religionis Christianæ hujus ævi cognoscitur, nempe illam tam in oriente, quam occidente frivolis & superstitiosis opinionibus inquinatam fuisse: HUGONEM regis Francici fratrem vexillo aureo S. Petri instructum in bellum adversus Turcas profectum fuisse intelleximus, quo fretus hostes vincere speravit. ALEXIUS Imperator adversus Scytas pugnans in prima acie stetit, pallium Mariæ Virginis in vexilli militaris usum explicatum altera manu tenens. Pallium hoc τὸ τῆς λόγου μητρὸς ὠμόφον vocatur, ex quo intelligimus, Græcos non satis habuisse, si quis statuerit, Mariam Christum hominem Spiritu S. eam imprægnante utero concepisse atque peperisse, sed etiam dicere debuit, illam τοῦ λόγου matrem fuisse; quæ quidem sententia Conciliorum decretis nititur, nam Mariam θεοτόκον appellari placuit, ast hoc adversariis religionem cavillandi, eique obtrectandi occasionem præbuit. Neuter istorum

(*) LUDOVICUS JACOB a S. Carolo cabilonensis.

rum principum vexillo adjutus fuit. HUGO naufragio pæne submersus fuit. ALEXIUS se signo omisso in fugam dedit. Alibi mentio fit mucronis, quo latus Christi perfossum fuit. Hunc ex juvenibus principibus GAURAS quidam sacris adytis perforatis furatus est. Ergo occidentale imperium de hujus mucronis possessione non solum gloriatur, orientale non minus tale κειμήλιον se habere lætatum fuit. BASILIUS, Bogomilorum caput, in vincula conjectus fuit. Hunc diabolus ira incensus, quod mysteria pravæ *religionis* imperatori revelaverit, lapidibus missis obruisse perhibetur. Hoc non solum Imperatori argumento fuit, BASILIUM hæreseos reum esse, sed ejus filia, cujus ingenium bonis artibus expolitum fuit, hujus rei memoriam litteris conservavit, ut doceamur, quanta superstitionis vis & in viris & in feminis fuerit. Forte ecclesiasticæ historiæ amatoribus imprimis gratum erit percipere, quæ de Hæreticis ab ANNA prodita sunt. ALEXII tempore homines detecti fuere, qui e Manichæorum secta pullularunt, & mox PAULICIANI, mox MASSILIANI, mox novo nomine BOGOMILI appellantur. Postremi ex prioribus, qui in *Thracia* viguerunt & non solum urbes, sed etiam *castra* habitarunt, prodiisse videntur. Placita *sua* clandestine Constantinopoli & hic viciniæ sparsere, suos APOSTOLOS seu emis-

sarios

sarios habuere, etiam mulierum opera usi sunt, quas DIACONISSAS nominarunt, imagines, imprimis cruces aspernati sunt, sacras ædes dæmonum templa esse dixerunt, Sacramenta rejecerunt, de Christi naturis perverse senserunt, & theologiam Christianam prorsus inverterunt, ceterum pie casteque viventes. Hos ALEXIUS non clementius tractavit, quam ethnici Imperatores primos Christianos, igne in illos furens. Attamen hæresin non extirpavit, contra illa in totam Europam evagata CATHAROS, PATARENOS, PUBLICANOS, CIRCUMCISOS, cujus nominis rationem nuper in singulari dissertatione de *circumcisis seculi XIII. hæreticis* investigavi (*), præterque hæc alia sectariorum nomina & consortia peperit. Nomina quidem diversa sunt, sed homines iis insigniti eadem senserunt & docuerunt.

Inter Protestantium religioni addictos viri eruditi exorti sunt, qui hæreticos tam prave de Deo rebusque divinis statuisse negarunt, Pontificum romanorum sectatores criminantes, quod ipsis falsa imputaverint. Sed ALEXIUS in græca, non romana ecclesia satus atque educatus Pontificem romanum non sectatus est. Filia ejus ANNA COMNENA & EUTHYMIUS Zigadenus, cui Imperator id muneris imposuit, ut in *Panoplia dogmatica* errores hæreticorum exponeret & convelleret,

(*) v. *Bibl. Brem. Novæ Cl. V. F. II. n. 1. p. 185.*

ret, romanenses sectati non sunt. Hi tamen BOGOMILIS opiniones tribuunt, quæ Manichæorum placitis convenientissima sunt. Præterea Imperator non pro lubitu cum iis egit, sed Concilium omnium ordinum proceribus, quibus etiam militiæ præfecti adjuncti fuere, convocatis habuit. Coram his BASILIUS sententias suas enumeravit, prout coram Imperatore & ejus fratre ISACIO solis fecerat. An hi omnes vera in falsa pervertisse atque misero homini alia, quam ipse professus erat, affinxisse censendi sunt? Si quis ita judicare velit, non sincera historia hæreticorum in mundo invenienda esset. INQUISITORIBUS hæreticæ pravitatis, uti vocantur, non tribuendum est, quod errores finxerint & hæreseos suspectis opiniones, quas nunquam habuerunt, adscripserint, sed hoc ipsis vitio vertitur, quod homines ob doctrinas, quas fideliter didicerunt & pro veris habuerunt, quasve mutare illorum arbitrii non fuit, capitis damnaverint.

Latini scriptores ALEXIUM unanimi consensu & simulandi atque dissimulandi arte exercitatissimum fuisse tradunt. GUILIELMUS Tyrius expressis verbis dicit: (*) *Nequam fuit & vir subdolus*, porro: *Quidquid loquebatur, dolus erat & circumventio.* Hæc ejus indoles fuisse videtur, quidquid filia ejus commemoret, eum supra modum laudibus ex-

(*) *De bello sacro Libro II. c. 5.*

extollens & *decimum tertium Apostolorum* fuisse scribens. (*) In aula, in ecclesia, in bello, in hæreticorum examinibus arte usus est. Si dolo vel fraude hostem circumvenire potuit, nunquam aperto prælio certavit. EX BASILIO, quid de religionis capitibus sentiret, discere cupiens, se ejus doctrinam vitamque probare & ejus scholarem fieri velle simulavit, quod imperatore indignum fuit. In Græcis omnibus hoc tempore magna levitas animique inconstantia observatur. Nihil stabile apud illos, ipse thronus varius & mutabilis fuit. Ab anno MLIV. usque ad annum MLXXXI. intra triginta annos Imperatores octo hinc inde agitati fortunæ inconstantiam experti sunt. MICHAEL DUCAS successit DIOGENI, qui in Turcarum potestatem pervenit, atque ab iis occulis privatus fuit. NICEPHORUS BOTONIATES sibi Ducæ uxore juncta ipsum monasticam vitam agere coegit. ALEXIUS COMNENUS Botoniate regno depulso ipse thronum ejus conscendit. Sed antequam ad hoc fastigium elatus fuit, ipse insidias habuit, quæ illo Imperatore non cessarunt, sed illum alto jactarunt & undis. Adversarii, quos inter subditos habuit, eo audaciæ processerunt, ut & AUGUSTUM & AUGUSTAM libellis famosis lacessere non abstinuerint. Hæc de Græcorum

(*) Libro XV.

eorum vitiis dicta sunto. Quod si nos ad Latinos convertamus, ad GREGORIUM VII. Papam, ad HEINRICUM IV. Imperatorem, ad ROBERTUM Ducem, qui, quamvis peregrinus in Italia fuerit, sibi tamen principatum in Græcorum ditionibus paraverat, ad BAIMUNDUM filium ejus, ad PRINCIPES denique qui sacræ militiæ præfuerunt, pauca laude digna, contra vitiorum & scelerum omnia plena inveniemus, ut Christianorum conditio nullo tempore fœdior tristiorque apparuerit.

Ex scientiarum disciplinis *Grammatica*, *Rhetorica*, *Logica*, quæ ex Aristotelis *organo* discebatur, & *Poesis* in Græcia floruerunt. His sacra dogmata seu *Theologiæ studium* adjunxerunt, quæ quidem maximam partem ex S. Scriptura hausta, erroribus & præjudiciis conspurcata fuit. Latini easdem disciplinas persecuti sunt, sed paulo segniores Græcis fuere. ANNA COMNENA multos ætatis suæ viros eloquentia antecessit, quod lectioni Platonis & Platonicorum attribuo, res quasvis, nomina, dignitates aulicas, civiles & militares exprimentia, oppida, castra, instrumenta, machinas bellicas, & præter alia ignem, qui græcus dicitur, quia græcorum inventum fuit, quemque ipsa libro XI. πεμπόμενον πῦρ appellavit, verbis aptis & claris descripsit. In virtutibus extollendis & vitiis culpandis facundissima est, quæ

omnia

omnia illius ingenio adscribenda sunt. Hac re sine dubio factum est, quod ingeniosissimus nostri ævi scriptor eam Q. CURTIO comparaverit. (*) In ALEXII laudibus ponendum est, quod misericordia erga pauperes usus fuerit. Pueros parentibus orbatos conquisivit, quos partim consanguineis pecunia data commendavit, partim per monasteria distribuit, quo liberaliter instituerentur. Tandem in ipsa urbe regia Orphanotrophium, quod non orphanis tantum, sed omnis generis miseris ægrotisque inserviret, exstruxit, ut magnitudine, pulchritudine & commoditate arcem æquipararet. Antequam hanc dissertationis meæ partem finiam, duo adhuc in medium proferenda duco. Primum est GER. JOAN. VOSSII de ALEXIADE judicium, alterum erit judicium meum de JAC. GRETSERI, e societate Jesu, Ingolstadensis scripto, ALEXIADI opposito. VOSSIUS libro *de historicis græcis* c. XXVIII. de ANNA COMNENA scriptum reliquit: „ Multa de parente suo longe aliter narrat, „ quam Latini solent, qui omnes prope, si „ unum excipias Albertum, canonicum A-quen-

(*) VIGNEUL MARVILLE *Melanges d'Hist. & de Litterature T. III. p. 36. l'Alexiade d'Anne Comnene a son merite particulier. C'est une histoire polie & qui va de pair avec l'histoire d'Alexandre le grand ecrite par Quinte Curce.*

„ quenſem, Cæſarem eum deſcribunt, tan- „ quam hominem fraudulentum ac perfi- „ dum. Sed ſatis veriſimile eſt, tum Lati- „ nos ſuo erga Græcum imperatorem odio, „ tum filiam Comnenam amori erga patrem „ ſuo aliquanto amplius indulſiſſe, quam „ per leges hiſtoriæ liceret." Hæc viri clariſſimi verba ideo hoc loco adſcripſi, quia judicium meum apprime confirmant. GRETSERUS *refutationem alogiarum Annæ Comnenæ contra Gregorium VII. Papam Ingolſtadii an.* 1611. 4. edidit. Hunc librum non ad manus habeo, ſed ex ipſa ALEXIADE eliciam, quas alogias ſtrenuiſſimus hic romani Pontificis ſatelles reperierit. Forte prima & omnium maxima ipſi viſa eſt, Latinos riſui fuiſſe ANNÆ, quod Epiſcopum romanum πρῶτον ἀρχιερέα καὶ προκαθήμενον τῆς οἰκουμένης ἁπάσης habeant, cum ex ejus ſententia, ſceptris e veteri Roma Conſtantinopolim translatis, etiam τῶν θρόνων ἀρχιερατικὴ τάξις illuc traducta ſit. Deinde ſine dubio illum male habuit, quod COMNENA ſcripſerit: „ Legatos HENRICI IV. imperatoris a GREGORIO „ VII. pontifice contra omnem humanita- „ tem tractatos fuiſſe, ita ut nefas eſſe pu- „ taverit narrare, quomodo hanc barba- „ riem commiſerit." Puduit mulierem referre, legatos a ſummo Pontifice & Chriſti, uti habetur, vicario ſpadones remiſſos fuiſſe. Verum eſt, hoc a nullo ſcriptore, neque

a BENNONE cardinali, qui infensissimo erga GREGORIUM fuit animo, illumque multorum scelerum insimulavit, probro datum fuisse. Sed fuere multa alia, quæ in ipso vituperata sunt. Quid Conossæ actum sit, neminem fugit, nisi qui historiæ ignorantissimus sit. Ex his facile intellectu est, quæ vir iste rationi contraria esse duxerit. Hujusmodi homines, quod præjudicatis suis opinionibus conveniens est, rationem vocant, quodque ipsis adversatur, ἀλογίαν habent.

ANNA COMNENA, uti dictum est, BRYENNIO, quem ALEXIUS ad dignitatem Cæsaris evexerat, nupsit. In præfatione corporis ejus proceritatem & pulchritudinem, nec non animi dotes maximopere celebrat. Hic BRYENNIUS soceri sui res gestas IRENÆ Augustæ precibus inductus perscribere suscepit, sed vix illis, quæ in adolescentia ejus acta fuerant, perfectis, mors illum occupavit. Ejus igitur vidua, quæ incredibili parentis amore flagravit, illiusque memoriam immortalitati consecrari cupiit, præterea dolorem ex mariti obitu conceptum suavissimi laboris negotio lenitura ALEXIADEM litteris expolire in animum instituit, illamque haud invita Minerva anno MCXLVIII. ætatis suæ sexagesimo quinto, nam MLXXXIII. in lucem edita fuit, ad finem perduxit. Non est dubium, quin historiæ hujus volumen, tum ob rerum in ea comprehensarum gravi-

ta-

tatem, tum ob scribentis auctoritatem, a pluribus descriptum & in bibliothecis conservatum fuerit. Sed ad populos, qui Latini dicti sunt, quinque tantum, quantum scio, exempla pervenerunt, quorum duo in tenebris projecta latent, reliqua vero manca & mutila reperiuntur. Editiones typis expressæ tres factæ sunt. Ex manuscriptis Tolosanum, quod chartaceum est, primum innotuit, quod celeberrimi Jurisconsulti, JACOBUS CUJACIUS & PETRUS FABER, unus post alterum possederunt. Hi qui quantique viri fuerint, ex THUANO operæ pretium est intelligere. Is *Historiarum* L. CXXIII. de illis litteris mandavit: „Petrus Faber ad clarum „familiae in novempopulonia decus probis„simos mores & singularem antiquitatis „omnisque divini & humani juris cogni„tionem attulit & doctissimis scriptis, præ„ceptoris sui Jacobi Cujacii vestigiis insi„stens, testatam ad posteritatem fecit, post„quam amplissimis togæ honoribus defun„ctus est & principem in senatu Tolosano „locum postremo totum triennium tenuit, „sexagenario major ad Deum migravit." Iste CUJACIUS primus fuisse videtur, qui ALEXIADEM luci reddere voluerit; HOESCHELIUS enim anno MDCX. in dedicatione editioni suæ præmissa scribit: „Ab annis „quinquaginta hujus libri (ALEXIADOS) „editio exspectata fuit a doctis non semel

„ expetita." Hæc quidem exſpectatio doctos fruſtrata eſt, ſed a CUJACIO excitata eſſe videtur, vel a diſcipulo & amico ejus FABRO, quorum HOESCHELIUS in præfatione ad lectorem mentionem fecit ſcribens: „ Ex quin- „ decim Alexiadis libris octo hic damus „ perpetuo fere lacunatos, quot & quales „ nimirum ex Auguſtano autographo præ- „ ſentare licuit; ſatius enim viſum, rem „ litterariam nobis hunc ſemiſſem debere, „ quam toto æternum carere. Integriorum „ & meliorum exemplarium domini, uti- „ nam invidiam non ferant, & luminibus „ noſtris quamprimum obſtruant. Præſtan- „ tiſſimum Fabrum, regium Toloſæ ſena- „ torem nominatim appellamus, apud quem „ magni CUJACII codicem extare ajunt. " CUJACIUS integrum codicem poſſedit, illumque FABRO moriens commiſit, ut præſtaret, quod ipſi præſtare non licuit, hoc eſt, ALEXIADEM typis vulgaret. CUJACIUS id antea promiſiſſe videtur, nam ſi ab anno MDCX. retrogrediamur, quinquageſimus, de quo HOESCHELIUS ſcripſit, in annum MDLX. incidit, quo magni hic nominis juris Profeſſor jam in celebritate verſatus eſt, cum FABER adhuc artium rudimenta poſuerit; hic enim MDXL. ille contra MDXXII. natus fuit. HOESCHELIUS Fabrum obteſtatur, ut hunc librum reipublicæ litterariæ non longius invideat. Sed hæc obteſtatio inu-

inutilis & spe fructus cassa fuit, quia vir hic decem annis ante quam HOESCHELIUS illam conceperat, diem obiit supremum.

DAVID HOESCHELIUS Augustanus igitur fuit, cui prima editio ALEXIADOS debetur, VIII. tantum priores libros complectens, quot codex bibliothecæ publicæ, quæ Augustæ Vindelicorum servatur, habet. Hanc anno MDCXVIII. prodiisse quidam prodiderunt, sed se aliosque fefellerunt; dedicatio enim pridie nonas Septembr. MDCX. scripta fuit. Præterea textum græcum solum reddit. Quid HOESCHELIUS in hac editione præstiterit, ipse in epistola dedicatoria ad MARCUM VELSERUM in republica litteraria non ignotum virum & JOA. JAC. REMBOLDUM scripta, his verbis narravit: „ Nunc e vestra bibliotheca eruti illi (octo „ libri) juris publici fiunt, in quibus par„ tim menda librarii tollendo, partim la„ cunas explendo, non nusquam etiam „ notis quædam illustrando, quantum in„ genii tenuitas est passa, temporisque an„ gustia, si quod operæ pretium candido „ judicaturis videbor fecisse, laboris non „ absque magni viri autoritate suscepti mi„ nus me pœnitebit." Non dubito, quin HOESCHELIUS plura promiserit, quam præstare potuit. Quo enim modo menda librarii emendare potuit aliorum codicum auxilio destitutus? Quomodo lacunas explere

potuit, eodem subsidio carens? Ingenii vi & felicibus conjecturis potuit, sed nulla autoritate. Notæ ejus non adeo multæ, attamen alicujus pretii sunt. Qualiscunque vero illius opera fuerit, ideo tamen est æstimanda, quia PETRUM POSSINUM & ipsum Tolosanum excitavit, ut novæ & completioris editionis curandæ consilium primo secum animo versare, deinde publicare instituerit. Ab initio res parum feliciter successit. HOESCHELII dictis impulsus codicem illum Cujacieum, qui in manibus Fabérianæ gentis collocatus fuit, omni cura & diligentia inquisivit, sed sine fructu. Ipsum hac de re in epistola ad PETRUM SEGUIERIUM Franciæ cancellarium loquentem audiamus.
„ Jac. Cujacius, inquit, vir longe omnium „ ingenio, juris scientia, linguarum noti„ tia clarissimus, Alexiadis codicem nactus, „ legit, suspexit, prædicavit. Denique „ quo nihil Annæ, nihil rei litterariæ con„ sulere opportunius potuit, viro illam or„ natissimo eruditissimoque commendavit „ Petro Fabro, a quo editionem cum in„ terpretatione latina conjunctam sperare „ ipsam oporteret. At o fallacem recon„ ciliatæ cum sorte adversa gratiæ fidem! „ recruduit brevi atrocior, quam antea fa„ torum in Annam rigor: nunquam despe„ ravimus de illa justius, quam ubi proxime „ spem veneramus. Subtrahitur rebus hu-

„ ma-

„ manis re infecta Faber. Exemplar uni-
„ cum Alexiadis ex ejus ſcriniis clam aver-
„ ſum, in neſcio, quod barathrum, quasve
„ latumias contruditur inexorabilis cuſto-
„ diæ: niſi potius (quod veriſimiliter alii
„ rentur) caſu quodam infeſto abſumtum
„ eſt funditus." Poſtquam POSSINUS Cujacii codicem diu ſatis quæſiviſſet, nec inveniſſet, factum eſt, ut ſpem abjecerit ALEXIADOS edendæ, neque illam recuperaſſet unquam, niſi SEGUIERIUS, vir litterarum ſtudiis, ac regni adminiſtrandi prudentia æque pollens, illum de hac re non amplius cogitantem revocaſſet & ad hoc opus denuo aſſumendum exſtimulaſſet.

Hujus viri auctoritate hiſtoriæ Byzantinæ ſcriptores prælis regiis in unum corpus collecti atque conſtipati fuere, omiſſa ALEXIADE, cujus non niſi mancum & mutilum HOESCHELII exemplum extiterat; audiens igitur POSSINUM editionem ejus integriorem animo volviſſe, ipſi opem ſuam obtulit & cum ſpes Cujaciei codicis in uſum adhibendi tota præciſa eſſet, circumſpexit de aliis ſubſidiis. Fuit tum temporis bibliotheca Barberiniana Romæ ob manuſcriptorum codicum copiam celebratiſſima; igitur SEGUIERIUS Cardinalem FRANCISCUM BARBERINUM ſummis precibus ſollicitavit, ut, ſi quem ALEXIADOS codicem haberet, illum ſuppeditaret, quo hujus libri editio accurata

expediretur. Cardinalem ad hoc officium præſtandum paratiſſimum invenit. Alius codex in bibliotheca Medicea Florentiæ latuit. Vir litterarum ſtudiis præclarus LUCAS HOLSTENIUS tum bibliothecæ Barberinianæ præfuit. Hic utrumque codicem, Barberinianum atque Mediceum conferre ſuſcepit, ex quo novus codex conflatus, atque ad SEGUIERIUM, & ab hoc ad POSSINUM miſſus fuit. Is igitur denuo animum meliorem ad editionem ALEXIADOS cum verſione latina formandam applicavit, de quo ſuo propoſito in præfatione ita ſcribit: „ principio ſic conſtitueram, duo eſſe præcipua, in quibus me elaborare oporteret, „ nam & faciendum eſſe, ut græcum exemplar quam emendatiſſimum exiret, tum „ annitendum poſtea, ut, quæ ex eo exprimeretur latina verſio, veram auctoris „ ſententiam rectiſſime aſſequeretur, planiſſimeque redderet, " Nemo erit, qui hoc conſilium non probaverit, ſed audiamus, quid conſilio ejus obſtiterit, quo minus perfici potuerit. POSSINUS pergit narrando: „ codex, qui ad manum erat unicus „ tumultuarie ex duobus mutilis congeſtus „ conſutusque paſſim incertæ palamque interim mendoſæ lectionis vocibus ſcatebat, „ lacunis ad hæc hiabat toto ſparſis operis „ corpore, cujus caput ipſum, hoc eſt elegantiſſima & libro digniſſima præfatio

„ An-

„ Annæ desiderabatur tota. — Clausula „ porro historiæ, postrema scilicet quintidecimi pars libri, creberrimis fatiscens „ rimis, pertusi passim vetusta carie cento- „ nis, aut collabescentis ruinosæque mace- „ riæ speciem habet."

Quam adversa, quamque infausta omnia accuratæ libri editioni comparandæ fuerint, videmus. Attamen animum non abjecit POSSINUS. Omnibus hisce difficultatibus prudenter & fortiter obviam ire instituit, nonnullas superavit, de quo lectores his verbis docet: „ præfationem ex excerptis „ Augustanis, prout licuit, supplevi: Næ- „ vos sensum elegantiæ in lectore magis „ interpellaturos, quam rerum gestarum „ cognitioni aut historiæ integritati quid- „ quam subtracturos esse intellexi. An ideo „ despondérem animum editionisque consi- „ lium abjicerem? An quindecim Alexiadis „ libros publicis invidendos desideriis & „ æternarum rursus addicendos tenebrarum „ ergastulo censerem? Neutrum opinor „ quisquam æquus eruditusque suasisset, ne „ probasset quidem. Illa igitur mihi sen- „ tentia necessario reliqua facta est, qua „ decernerem: Contextum quidem græcum „ plane intactum relinquere, ne manifestis „ quidem solicitandis mendis, quamdiu ve- „ ræ lectionis fundum non haberem majo- „ ris antiquitatis & autoritatis codicem;

„ totam vero industriam in elaboratione „ latinæ versionis expromere, qua, judi- „ cio, si quod esset, ac diligentia in subsi- „ diorum deficientium locum subrogandis, „ explendis hiatibus, corrigendis ex con- „ jectura vitiosis locis, modis denique om- „ nibus assequi conarer, ut nitor primige- „ nius operi pulcherrimo, quoad per quin- „ que seculorum squalorem & exitiabiles „ infestissimorum omnis generis casuum in- „ jurias liceret, hodierna editione redde- „ retur. En quid voluerim, quo studium „ & conatum intenderim." Ex his intelligitur, quid studio & industria POSSINI lucrati simus. Primo ANNÆ COMNENÆ præfationem, quæ in binis Italicis codicibus desiderata fuit; deinde versionem, quæ hiatus expleat & loca vitiosa corrigat. Quod sensum attinet, jam monui, ejus versionem non omnibus numeris absolutam atque perfectam esse. POSSINUS Comnenæ eloquentiam latinitate sua æquiparare voluit, quo factum est, ut versio ejus verbis copiosior sit archetypo & a sensu ejus nonunquam recedat.

Ut appareat, me hic nihil affirmare, quod veritati non congruum sit, id claris exemplis ob oculos positis docebo, eligam vero ex historia Manichæorum loca quædam. ANNA Libr. XIV. de PAULO & JOANNE sectæ Manichaicæ restauratoribus narrat: οἱ

τῆς ἀσεβείας τοῦ μανέντος ἐπισπασάμενοι ἀκράτου τοῖς ἀπ᾽ ἐκείνων μεταδεδώκασιν. ἠβουλόμην οὖν τὸ δόγμα τῶν μανιχαίων ἐπιδραμεῖν καὶ συνεσπειραμένως ἀναπτύξαι προσέτι σπουδάσαι τὴν ἀνατροπὴν τῶν ἀθεωτάτων δογμάτων τούτων. Hæc POSSINUS interpretatus eſt: „ Qui præ ceteris impiis „ diſcipulis, deterrimi dogmatis merum ve„ nenum nullum miſtum emollitionis tem„ peramento ex fæce ipſa peſtiferi fontis „ hauſiſſent, & nomen & errorem in hos „ ſuos ſequaces ac poſteros propagaverant. „ Equidem niſi me hiſtoriæ prætexendæ, „ quam inſtitui, cura evocaret, efferri me „ ſinerem impetu animi excurrere ſubinde „ geſtientis in refutationem execrabilium „ iſtorum dogmatum." Qui hæc cum textu comparaverit, multa ſuperflua inveniet, quæ auctori in mentem non venerunt; hic enim nihil de *emollitionis temperamento*, nihil de fæce *peſtiferi fontis*, nihil de *nomine & errore*, nihil de *cura ſcribentis*, nihil de *impetu animi excurrere ſubinde cupientis*, immiſcuit, ſed ſi verba & mentem ejus ſequamur, hæc dicit: *Qui Manetis impietatis veneno imbuti id in poſteros ſuos transfuderunt. Vellem igitur Manichæorum dogma percurrere & diſcerptim percutere & everſioni Atheiſticorum dogmatum ejus ſtudere.* Lectoribus non ingratum, neque inutile erit, ſi eos paucis docuero, quare Sectarii, de quibus ſermo eſt, dogmata Atheiſtica foviſſe dicantur. Hujus ſen-

ten-

tentiæ fundamentum est, quod Deum, quem universi architectum & rerum omnium moderatorem suspicimus & colimus, illi mundi hujus neque auctorem neque rectorem esse contenderint, & quamvis vocibus *Patris*, *Filii & Spiritus Sancti* usi sint, tamen id non èo sensu fecerint, quo catholici: per *Patrem* enim rerum invisibilium seu spiritualium fontem & scaturiginem, per *Filium* divinæ naturæ particulam hominibus communicatam, & in JESU Nazareno singulariter præeminentem, & per *Spiritum S.* vim divinam intellexerunt. *Satanaëlem* porro, qui spiritus ille rebellis, e cœli throno dejectus est, ipso λόγῳ majorem & præstantiorem fuisse statuerunt. Quis mirabitur, hæc a catholicis a ratione aliena & Atheistica habita fuisse? Hoc solum meminerint lectores, hos homines non alio sensu Atheos vocandos esse, quam quo PARACELSUS, BOEHMIUS Gœrlitiensis, DIPPELIUS & alii nostri temporis mysticarum doctrinarum fautores & cultores Athei dicti fuerunt, imo ipse *Theologiæ Germanicæ* auctor, quem nostri theologi tantopere commendarunt, hoc sensu Atheus habendus esset. Si illos fanaticos appellare velimus, non errare, neque iis injuriam facere dici possemus, nam visionibus, apparitionibus & internis commotionibus multum tribuere.

Non tamen omnes in eandem sententiam ive-

iverunt, ſed diverſa ſecuti ſunt, quæ omnium ſectarum ſors eſt; multos idem ſentire, idem credere, idem docere difficile, quid quod? prout ingenium humanum eſt, impoſſibile videtur. De diſſenſu horum hæreticorum ANNA eodem libro prodit: καὶ ἦν ὡς οὕτω γε φάναι, κακῶν ἁπάντων μισγάγκεια. καὶ τὰ μὲν δόγματα διεφώνουν, συνεφώνουν δὲ ταῖς ἀποστασίαις, οἱ ἄλλοι τοῖς μανιχαίοις, quæ in Poſſiniana verſione ita redduntur: „ Et „ inquinatiſſimarum ſordium prono undi„ que fluxu corrivatarum fœdiſſima in imo „ commixtio, hæreſium colluvione diver„ ſarum, dogmatibus diſſonis, contumacia „ concordi, unam in communem velut „ cloacam reſtagnante rebellis impietatis." Ego vero ſimpliciter expono: *Et fuit, uti videtur, malorum omnium colluvies; in dogmatibus quidem diſſentiebant, ſed in defectionibus conveniebant, ut alii, Manichæis.* De Trimontio loquitur Thraciæ urbe, quæ etiam Philippipolis vocata fuit, & in quam hæretici, tanquam in arcem aliquam, confugerunt; quo factum eſt, ut numerum catholicorum in hac urbe longe ſuperaverint, & uti ſolet, ubi adverſarii multitudine præſtant, vexaverint; confugerunt autem huc ex diverſis imperii partibus, alii paucioribus & minoribus erroribus implicati fuerunt, quod eodem tempore eccleſia latina experta eſt in CATHARIS & HENRICIANIS,

qui

qui Pontificem romanum ejusque cœtum totis viribus oppugnarunt, ſed ob diſſenſionem in dogmatibus ita adverſus ſe ipſos infenſi fuere, ut quandoque ſe communi hoſti prodiderint, quod Coloniæ Agrippinæ factum eſſe legitur. Idem de Philippipolitanis COMNENA ſcribit, diſſenſiſſe illos in doctrinis ſuis, ſed inimicitia erga catholicos & defectione ab illis inter ſe conveniſſe. In ſequentibus converſionem quorundam Manichæorum narrat: πόλλοὶ μὲν οὖν τηνικαῦτα τῶν μανιχαίων, μηδὲ διϛάζοντες ὅλως προσῄεσαν τοῖς ἱερεῦσιν ἐξομολογούμενοι τὰς σφῶν ἁμαρτίας καὶ τοῦ θείου φωτίσματος ἐπιτυγχάνοντες. Ultima hæc verba POSSINUS interpretatus eſt. „ Et „ divini baptismatis participes facti ſunt. " Cum potius interpretanda ſint: *Et divino lumine illuſtrati fuerunt*, nempe ope ſacerdotum orthodoxorum, qui eos ex S. Scriptura meliora & ſaniora docuerunt. Ratio, cur ita exponendum eſſe duco, eſt, quia ſtatim ſequitur: τούτων οἱ πλέιους πειθόμενοι τοῦ θείου μετέχον βαπτίσματος, *illorum plures in meliorem ſententiam pertracti divini baptismatis participes facti ſunt.* Manichæi & omnes, qui ex illorum cœtu pullularunt hæretici, baptismum, qui cum aqua fit, ſpreverunt, dicentes, illum eſſe baptismum Joannis, non Chriſti, qui igne & Spiritu S. baptizet, quam ob cauſam impoſitione manuum uſi ſunt loco baptismi, eumque baptismum Spi-

Spiritus S. appellarunt; quod si hæresi relicta se ecclesiæ catholicæ adjunxissent, uti Philippipoli multi, ALEXII imperatoris, Apostoli vice in hac urbe fungentis, persuasionibus permoti fecerunt, sacro lavamine initiandi fuerunt. Inter has Sectas hoc tempore caput extulerunt BOGOMILI, qui Constantinopolin, BASILIO quodam auctore & principe, valde afflixerunt. De his libro XV. scriptum legimus: ἐλάνθανε δὲ δεινότατον γὰρ τὸ Βολομίλων γένος ἀρετὴν ὑποκρίνασθαι· καὶ τρίχα μὲν κοσμικὴν οὐκ ἂν ἴδοις βογομιλίζουσαν, κέκρυπται δὲ τὸ κακὸν ὑπὸ τὴν μανδύαν καὶ τὸ κουκούλιον, καὶ ἐσκυθρώπακεν ὁ Βογόμιλος καὶ μέχρι ῥινὸς σκέπεται καὶ κεκυφὼς βαδίζει καὶ ὑποψιθυρίζει τὸ στόμα, τἄνδοθεν δὲ λύκος ἐστὶν ἀνάθεκτος. Hoc POSSINUS transtulit: „ sub cinere mussavit, squalorem enim religiosæ austeritatis ac pœnitentiæ genus imprimis istud affectat, in eaque simulationis vafritie palmam obtinet. Itaque non facile videas aliquem ex comatis istis more seculari ad Bogomilorum sectam adhærescere, mantelo ac cuculio longe sese libentius hæc pestis abscondit, fereque tristium genere naso tenus opertorum, demisso capite incedentium ac inter eundum nescio, quæ vota precesve arcano sub lingua murmure susurrantium, homo Bogomilus est, sub ista mihi specie lupinam intus obtegens rabiem." Ego vero men-

tem

tem auctoris ita exprimendam puto: *Latuit autem peſſimum Bogomilorum genus virtutem ſimulans, ut capillum mundano modo ornatum non videres inter Bogomilos, malum ſub mantelo & cuculio latet, tetro vultu eſt Bogomilus & naſo tenus abſconditur, oculis in terram verſis ingreditur, ore murmurans, intus vero lupus non conſpicuus.* Quod rem ipſam attinet, hæc de PERFECTIS Bogomilorum intelligenda ſunt, qui ſe habitu monachorum involverunt, quo facilius latere poſſent, vultum triſtem & dejectum gerentes, precesque, quo ſtarent, quoque vaderent, muſſitantes, quare etiam εὐχῖται, h. e. *precantes* vocati ſunt. Vocem MASSALIANI idem ſignificare auctor eſt JACOB TOLLIUS. Hoc notum eſt, quod precatio Turcis SALA dicatur. PERFECTI autem fuere, qui ſectæ toti dediti fuerunt, quoad dogmata, quoad mores. Ab his diſtincti fuerunt CREDENTES, ſeu qui ſectæ illorum ſtudio tenebantur inter cathólicos adhuc verſantes. Hæc diſtinctio apud ALBIGENSES quoque in uſu fuit. ANNA de Baſilio iſto, ſectæ capite, loquens ſcribit: τὴν θεολογίαν ἡμῶν παρεβλέψατο καὶ τὴν οἰκονομίαν πᾶσαν ἐφάντασε. καὶ τοὺς ναοὺς οἴμοι τοὺς ἱεροὺς ναοὺς δαιμόνων ὠνόμαζε. καὶ τὸ τελούμενον παρ᾽ ἡμῖν σῶμα καὶ αἷμα τοῦ πρώτου καὶ ἀρχιερέως καὶ θύματος παρ᾽ φαῦλον ἔθετο καὶ ἐλογίσατο, quæ a POSSINO ita interpretata leguntur: „ Divinam „ Chriſti naturam creditam a nobis tradu-

„ cebat

„ cebat impius & humanitatem ipsam incarnati verbi, nihil verum extitisse, sed merum duntaxat spectrum phantastici corporis garriebat vesanus nebulo. Quin etiam templa, heu mihi! sacra templa phana dæmonum prophanus appellabat. Et quod legitimis ceremoniis rite consecrari ac fieri apud nos solent corpus & sanguis, qui primus pontifex idem fuit & victima, aspernabatur consuetudinem religiosam & reprobabilem revocandamque censebat." Interpres hic non solum alienas voces, quæ in textu non reperiuntur, intrusit, sed etiam mentem scriptoris, theologiam Bogomilorum exponentis, mutavit. ANNA de phantastico Christi corpore ne verbum quidem profert, & BASILIUS huic parti non adhæsisse videtur, quæ Christum corpus e cœlo secum tulisse finxit; potius sibi persuasum habuit, Soterem nostrum hominem fuisse corpus habentem eadem lege, qua reliqui homines, constructum, præ ceteris vero hominibus divinis dotibus donatum fuisse. Verba ANNÆ itaque reddenda sunt: *Theologiam nostram contemsit. Totam œconomiam imaginatione deceptus* (aliter) *finxit. Heu! sacra templa dæmonum templa nominavit. Consecratum pro nobis corpus & sanguinem primi & Pontificis & sacrificii inter nugas habuit & reputavit.* Plura exempla non dabo. Lectores ex hisce satis cogno-

ſcent, quanti Poſſiniana verſio ALEXIADIS habenda ſit. Si ſtilum ſtupeant, verum tamen & genuinum ſenſum quandoque deſiderabunt.

POSSINUS non ſolum in verſione, ſed etiam in aliis rebus lectorem ALEXIADOS adjuvantibus induſtriam ſuam collocavit, quæ ex latino titulo intelligi poſſunt. Titulus eſt: ANNÆ COMNENÆ *Porphyrogenitæ Cæſariſſæ* ALEXIAS, *ſive de rebus ab* ALEXIO *Imperatore vel ejus tempore geſtis libri quindecim e Bibliotheca Barbarina nunc primum editi, & a* PETRO POSSINO, *ſocietatis Jeſu Presbytero, latina interpretatione, gloſſario & notis illuſtrati, e quibus Gloſſarium nunc datur, notæ mox opportunius edentur, una cum* CINNAMO *continuatore* ANNÆ *& aliis quibusdam ad* ALEXIADEM *ſpectantibus. Acceſſerunt præfationes ac notæ* DAVIDIS HOESCHELII, *Auguſtani.* Cum hoc titulo conferri debent, quæ auctor ejus præfationi ſubjecit ſuæ. „ Cognoſcere poteris quædam e Gloſſario, longe plura e „ notis, quorum illud nunc damus, has retinere adhuc cogimur, paulo poſt cum „ tibi grato publiceque utili auctuario reddendas. Quando nimirum Annæ noſtræ, „ quam modo ſolam emittimus, ſua unius „ ornatam majeſtate, comitatum addemus „ proprium, juſto brevi edendo volumine, „ quo Cæſariſſæ primum vita ipſius e veteribus collecta monumentis exhibebitur.

„ Ale-

„ Alexii deinde Panegyricus, ipsi coram a
„ Theophylacto dictus, Alexiadis totius e-
„ legans compendium addetur. Subjicietur
„ abacus Chronologicus certo digerens or-
„ dine res omnes quindecim Alexiados li-
„ bris expositas. Postremo iidem ipsi libri
„ quindecim, partim universi recensebun-
„ tur ope Codicis optimi, cujus recentissime
„ nobis inopinata ostentata spes est, partim
„ in locis obscurioribus, collatione aliorum
„ scriptorum & cetera ejus generis accu-
„ *ratione* pro captus ac tenuitatis nostræ
„ *modulo* illustrabuntur." Quod *Glossarium* attinet, illud summo studio elaboratum est, ALEXIADOS libris subjunctum, voces rariores ac difficiliores explicat. Illud sequuntur duæ HOESCHELII præfationes perbreves una cum LATINORUM aliquot de ALEXIO COMNENO testimoniis. Hoc excipiunt ejusdem HOESCHELII notæ, quæ partim exegeticæ, partim historicæ, sed paucæ sunt, in VIII. priores tantum libros, quia Codex Augustanus, quem solum habuit, plures non complexus est. Ad finem operis index rerum memorabilium magna cum diligentia concinnatus reperitur. POSSINUS porro notas in ALEXIADEM una cum Commentariis de rebus gestis sub JOANNE & MICHAELE COMNENIS, Patre & Filio, quorum alter frater Germanus ANNÆ, alter vero ex fratre nepos fuit, a SINNAMO, seu ut rectius dicitur, CINNAMO conscriptis edendas promi-

 sit,

sit, sed neutrum præstitit, neque CINNAMI libros historiarum, neque notas in ALEXIADEM publicavit. Contra novendecim post Possinianam ALEXIADOS editionem annis ex eadem Typographia regia, eadem fere forma, certe eodem splendore JOANNIS CINNAMI libri sex Gr. & Lat. opera CAROLI DUFRESNE, viri de litteris optime meriti prodierunt, qui huic volumini notas in Alexiadem Historicas & Philologicas a se elaboratas adjunxit. In præfatione honestam POSSINI mentionem facit, ejus studium in COMNENÆ historiam laudans, sed ne verbum quidem addit, cur ipse & non POSSINUS has notas elaboraverit, quod eo magis facere debuisset, quia POSSINUS tum, imo longis adhuc post annis aura vitali usus est. Non possum non, quin hoc loco παρόεργμμα ELIÆ DUPINII notem, qui in *Bibliotheca sua* T. IX. de ANNA COMNENA agens, CINNAMI historiam cum ALEXIADE commutavit, scribens: (*) „ editionem Possinianam mox secuta est „ illa, quam Carolus Du-Fresne notis ad„ ditis accuravit. " Non melior fortuna reliquis laboribus a POSSINO promissis, *Theophylacti Panegyrico* & *Abaco Chronologico* aspiravit. Nullus librorum istorum lucem aspexit.

(*) *Cette edition (d'Alexiade) a été suivie de celle de Mr. du Cange, qui l'a ornée de savantes notes.*

xit. Utinam Codex ille optimus, cujus ope ALEXIADEM denuo recensere promisit, alicubi extaret! extat quidem, sed quo loco & quibus custodibus nescitur. De hoc postea pluribus agam. Alius adhuc est Codex, qui laudatur, sed qui æque latet, densioribus adhuc tenebris obrutus, ac ille cujus mentio facta est. ALBERTUS FABRITIUS in *Bibliotheca græca* (*) prodidit: „ JACOBUM FRIDERICUM „ GRONOVIUM an. 1643. scripsisse, se habe„ re Alexiadem Annæ Comnenæ triplici „ ampliorem, quam eam Hœschelius edide„ rit." Fateor hoc ænigma esse, quod œdipo opus haberet, ut explicaretur. His enim verbis comprehensum esse video, *Gronovium* ALEXIADEM habuisse, quæ plures, quam XXIV. libros comprehenderet. BODINUS XX. esse memoravit. (**) Sine dubio uterque, GRONOVIUS (***) & BODINUS magno errorum fluctu volutarunt de Alexiade scribentes. Ipse liber decimus quintus finem operis indicat.

Hacte-

(*) T. VI. p. 392.

(**) De *Methodo historiarum* L. X.

(***) JO. FR. GRONOVIUM in animo habuisse Alexiadis editionem procurare, ex verbis *Jac. Gronovii*, Filii ejus, intelligo, qui in præf. ad librum *de Sestertiis* de patre suo scribit: non ægre vidit interceptam, & a se aversam, quam sibi desponderat, *Annam Comnenam* sc. a Possino.

Hactenus de tribus egi codicibus, qui in notis bibliothecis, Augustana, Barberiana, quam Vaticanum sibi vindicavit, & Florentina, extant, & de aliis duobus, qui periisse videntur. Editiones typis impressas duas recensui, Hœschelinam & Possinianam. Hisce adjungenda est tertia, quam extare per longas ambages ductus cognovi. Vir litteratissimus JOAN. LAUR. MOSHEMIUS in *Institutionibus Historiæ Ecclesiasticæ* (*) provocavit ad ALEXIADEM ANNÆ COMNENÆ editionis Venetæ, quod me in cogitationem induxit, esse hanc novam editionem, quæ facilius comparari possit, quam Parisina illa POSSINI. Hac spe commotus Venetias scripsi, ut quid in hac re certum sit, cognoscerem. Mox ex litteris responsoriis comperi, hanc editionem, *magno corpori Historiæ Byzantinæ*, Tomo ejus XI. infusam & secundum editionem Parisinam adjectis CAROLI DU-FRESNE notis descriptam esse, ut neque in textu, neque in versione quicquam mutatum vel emendatum fuerit. Hæc igitur editio incommodior est Parisina, quia sine reliquis partibus corporis istius Historici seorsim non venit. Supra addixi, me quidquam additurum esse de codice, cujus POSSINUS editione Parisina perfecta mentionem fecit, secundum illum ALEXIADEM se denuo recensiturum

(*) p. 482.

turum esse promittens. Quantum augurari possum, hic idem est codex, quem diu in urbe patria, Tolosæ, frustra quæsivit, quique tandem non speranti oblatus fuit, quod ipse commemorat in præfatione ad NICEPHORI CÆSARIS BRYENNII, *Commentarios de rebus Byzantinis*, quos MDCLXI. ex eadem Typographia regia gr. & lat. emisit: „ vi-
„ vit Tolosæ, inquit .... V. C. ANTONIUS
„ DADINUS ALTASERRA ..... Juris utrius-
„ que regius Professor. Is ex me, quicum
„ *amicissime* vivebat, cum sæpius confabu-
„ *lando* cognovisset, quanto desiderio tene-
„ rer antiquissimi codicis Alexiados Annæ
„ Comnenæ, quem a Jacobo Cujacio, prin-
„ cipe Juris consultorum, ad spem editionis
„ olim traditum viro nobilissimo & erudi-
„ tissimo Petro Fabro Sanioriano, esse ad-
„ huc Tolosæ, magna opinio erat, sed
„ cujus in manu quave in domo esset, frustra
„ erat eatenus quæsitum. Cum, inquam,
„ istius meæ curæ conscius & propter ami-
„ citiam particeps esset, forte illi contigit,
„ non modo in notitiam ejus hominis ve-
„ nire, penes quem is thesaurus asserva-
„ batur, sed & tantam ab eo inire gratiam,
„ ut negare ipsi nihil posset. Impetrata
„ igitur in paucos dies optatissimi codicis
„ usura cupidissime advolavit ad me, ac to-
„ tum inopinatissimo gaudio perfudit. Li-
„ ber erat e *charta lintea* perantiquus &

„ manus transmarinæ, quem ſtatim evol-
„ vens avidiſſime, in eo reperi libros quin-
„ decim Alexiados Annæ integros, nec
„ paucis locis ab eo exemplari, unde noſtra
„ jam tum prodierat editio, diverſos. Præ-
„ fatio, quam ex Hœſchelianis excerptis
„ ſumſimus, deerat. . . . ." Lectores ignorare nolo, POSSINUM in eodem volumine Alexiados libris junctos inveniſſe NICEPHORI BRYENNII, quos commemoravi, commentarios, eosque deſcripſiſſe & edidiſſe. Poſtquam igitur curarum & lucubrationum ſuarum in hac editione collocatarum rationem expoſuiſſet, pergit de codice iſto narrando. . . . „ Brevi exſcripſimus opus illud
„ totum & priusquam exiiſſet præſcripta
„ dies, cum fide ac gratiis debitis, com-
„ modatum archetypum codicem, clariſſi-
„ mo & officioſiſſimo viro reddidi. Con-
„ tigit deinde uſus liberior codicis ejusdem,
„ inſigni & hoc loco memorari digno bene-
„ ficio incomparabilis & longe ſupra vul-
„ garem modum prædicandi viri. Guiliel-
„ mus etenim Pugetius, Senatus Toloſani lu-
„ men ingens, paucis poſt illa, quæ modo
„ retuli, menſibus convenit me & iſto ipſo,
„ quem quaſi furtim antea videram, ma-
„ nuſcripto libro de famuli affectantis manu
„ ſumto: En hunc, inquit, codicem, quia
„ tibi utilem & deſideratum intellexi, mea
„ pecunia redemtum do tibi donoque, ut

„ tuus

„ tuus quam optimo jure ſit. Tanta vis „ generoſiſſimæ humanitatis in illo ceteris „ æque omnibus virtutibus & præclaris do- „ tibus ad miraculum exculto heroë fuit. „ Cujus hac mire opportuna liberalitate „ mihi commoditas abundavit conferendæ „ jam editæ Alexiadis cum illa manu anti- „ qua deſcripto ejus exemplari, & ex ea „ collatione non modo lacunas editionis „ explendi omnes, ſed diverſas quoque „ lectiones facile bis mille in libri mei ora „ notandi. Atque ut nullam tam benevoli „ officii gratiam omittam, nec illud celabo, „ ſummum illum virum in conſcientia me- „ riti tanti tali mecum verecundia egiſſe, „ ut, cum incidiſſet illi neceſſitas quædam „ reviſendi, quem donaverat, codicis, non „ ſuſtinuerit, me tum abſente, illum e „ noſtro, ubi reliqueram, Toloſano colle- „ gio repoſcere, niſi prius me officioſiſſi- „ mis litteris rogato, ut ejus brevem uſu- „ ram poſtea reſtituendi, ſibi concederem. „ Quare viderint, qui poſt acerbiſſimum „ mox ſecutum illius immortalitate dignis- „ ſimi viri funus librum iſtum, inter ejus „ κειμήλια repertum, hæreditaria poſſeſſione „ rite occupaſſe videri volunt, quo jure „ rem detineant manifeſte alienam, quippe „ legitima donatione inter vivos ac teſta- „ tiſſimos τοῦ μακαρίτου quondam ejus be- „ neficentia certiſſime tranſlatam in jus

„ nostrum, de quo utique nihil cedi-
„ mus."

O verum dictum! *fata non observant ordinem.* Ex CUJACII tempore notum fuit, Tolosæ esse pervetustum codicem, ALEXIADOS libros complectentem. Hoc non inquilini solum sciverunt, sed etiam exteri. POSSINUS laudabili consilio excitatus hunc codicem detegere voluit, quo illo ad integram & exactam editionem hujus libri promovendam uti possit. Archiepiscopus Tolosanus CAROLUS de Montchal omni adhibita diligentia eum adjuvit, quam ob causam in dedicatione ALEXIADOS insigni laude ab ipso ornatus fuit. Tandem SEGUIERII, Cancellarii francici auctoritas accessit, qui POSSINO necessitatem ALEXIADOS evulgandæ imposuit. Ipsum igitur propositum, consensus Præsulis Tolosani, & auctoritas præpotentissimi viri in aula versantis, a quo summa regni magnam partem pependit, possessorem exstimulare debuissent, ut codicem suum ad usum publicum lubens offerret, sed hic pisce mutior fuit, librum chartaceum manuscriptum clausum & ab omnium oculis remotum tenuit, ut ipse POSSINUS eum casu quodam infesto funditus absumtum esse putaverit. ALEXIADEM absque hoc subsidio evulgavit. Aliquot annis post ALTESERRÆ studio & diligentia idem hic desideratissimus codex ex tenebris protrahitur, & POSSINO com-

commodatur, qui non ſolum ANNÆ COMNENÆ, ſed etiam mariti ejus Nicephori BRYENNII libros in illo reperit, Bryennii hiſtoriam deſcripſit & ex Alexiadis libris editionis ſuæ lacunas ſupplevit, ac diverſas lectiones bis mille in ora notavit.

GUILIELMUS PUGETIUS nobilis Toloſanus fuit, qui conſilio, quo ſoli avari urgentur, Theſaurum ſuum abſcondendi abjecto, illum protulit & primo ejus uſuram POSSINO fecit, deinde liberaliſſime eum illi muneri dedit. Ab hoc in Bibliothecam patrum e ſocietate Jeſu Toloſæ venit. Jam in luce verſatus eſt, jam eruditorum uſui ſervari videbatur. Sed proh rerum viciſſitudinem & fortunæ inconſtantiam! poſt brevem lucis uſum nox illum iterum invaſit, iterum craſſis tenebris circumfuſus ac occultatus eſt, ut eum inveſtigare vix quisquam geſtierit. PUGETIUM liberalitatis ſuæ pœnituiſſe videtur, codicem a patribus repetiit, eum mutuum accepturus, ſed moriens illum hæredibus ſuis reliquit. POSSINUS jus fasque provocavit. Sed quis nobis dixerit, ubi theſaurus iſte jam cuſtodiatur? Fortunam laudemus ac celebremus, quod exemplar Poſſinianum notis & emendationibus ex optimo illo codice factis exornatum & illuſtratum, ab hæredibus abripi non potuerit. Hoc in tutela patrum e ſocietate Jeſu, qui Toloſæ ſunt, eſſe confido.

Quum

Quæ hactenus de ALEXIADE commemoravi, in eum finem feci, ut historiæ studiosorum multum interesse docerem, quo hic liber denuo typis descriptus edatur. Quæ de ALEXIADE dixi, etiam de BRYENNII & CINNAMI aliorumque Historiæ Byzantinæ scriptorum libris dicta volo. Hi fontes putandi sunt, ex quibus Historiarum rivuli deduci debent. Latini scriptores a multis leguntur, sed quæ ab illis narrantur, a Græcis lucem accipere possunt, ut omnibus inter se comparatis de rerum gestarum veritate certius judicare possimus. Et Græci & Latini partium studiis corrupti fuere. Eo magis opus est, ut utrique legantur, conferantur & æqua lance ponderentur. Græci præterea singularia, illorum imperium, religionem & mores concernentia, complectuntur, quæ Latini aut silentio prætereunt, aut male intellecta proponunt. Ut autem Græci libri legi possint, necesse est, ut modo & forma evulgentur, quo ab Historiarum cultoribus comparari possint. Ab ALEXIADE ob rerum in illa comprehensarum dignitatem & styli gravitatem amœnitatemque initium faciendum esse existimo, quo lectores rerum græcarum cognoscendarum amore & studio capiantur. Utinam mihi tam felici esse contingeret, ut vir Græcarum Litterarum, æque ac Historiarum peritus, mea opera excitatus, laborem hunc sus-

ſuſciperet! Ut igitur non modo excitem, ſed etiam perſuadeam, conſilia proponam, quibus talis adjuvari poſſit. Primo editor, ut textus Græci exactam & a mendis purgatam lectionem exhibeat, curet. Quo hoc præſtare poſſit, forte impenſis, certe virorum auctoritate multum pollentium auxilio illi opus erit: nam exemplar illud, in cujus ora POSSINUS bis mille variantes lectiones ſcripſit, ad manus habeat, neceſſe eſt. Si vero ipſum illum codicem, quem CUJACIUS primo, deinde PUGETIUS in poteſtate ſua habuit, detegere & uſui ſuo vindicare poſſet, ſibi & reipublicæ litterariæ optime conſulere par eſſet, nam propriis oculis videret, quid corrigendum emendandumve eſſet. Quod ſi fieri non poteſt, ut codicem iſtum in manus ſuas redigat, POSSINI lectiones & emendationes impetrare ſtudeat, quo illis uti & textum ſecundum illas corrigere poſſit. Textus Poſſinianæ editionis ita comparatus eſt, ut, qui Græcas litteras didicerit, facile intelligat, illum mendoſum eſſe & menda propriis conjecturis, imo vero quandoque non conjecturis, ſed certis judiciis ex Grammatica, Syntaxique & cum aliis ſcriptoribus comparatione firmatis corrigi poſſe. Ita HOESCHELIUS in notis ſuis multa correxit. Deinde verſio pura & fidelis requiritur. Quid in POSSINIANA deſideretur,

jam-

jamjam exposui. Meo igitur judicio nova versio latina instituenda est, & editor in id incumbat, ut talem faciat, quæ sensum auctoris clare, concinne & genuine exprimat, quo mentem & cogitationes ejus & non translatoris percipiamus. Editor igitur utriusque Linguæ & Historiæ peritus sit, ut ipse prius intelligat, quid narretur, dein illud iterum aliis narrare possit. Notas, quas HOESCHELIUS & DU-FRESNE elaborarunt & publicarunt, sub textu collocari consultius erit, quam eas seorsim impressas post textum exhiberi. Si novas animadversiones facere libuerit, occasionem inveniet eas cumulandi, notas historicas præcessorum suorum emendando & illustrando, suasque lectiones confirmando. Pars Historiæ Theologica, seu res hæreticorum illius temporis comprehendens postulat, ut singulari diligentia explicetur, ne lectores in errores inducantur, quod ex paucis illis observationibus, quas dissertationi huic immiscui, patebit. Tandem dedicationes præfationesque HOESCHELII & POSSINI vel integræ recudi possunt, vel editor introductionem Historico-Criticam elaboret, cui, quæ viri isti de ALEXIADE bene meriti in usum publicum effecerunt, inseri possint. Si quis in patria nostra, quæ viris Græce doctis dives est, ut non paucos nominibus suis appellare possem, si animus ab omni adulatione alienus id

id pateretur, hunc laborem, hanc curam ſuſcipere velit, HEIDEGGERUS & Socii, librarii Tigurini, qui Græcis Latinisque litteris inſtructiſſimi ſunt, ipſi & officinam & nitidam ac correctam editionem faciendi animum offerunt. Iidem viri ſua & litterarum commoda augendi cupidi mihi aperuerunt, ſi quis inveniendus ſit, qui accuratam verſionem ALEXIADOS & aliarum hiſtoriarum Byzantinarum Germanicam facere & poſſit & velit, ſe impreſſionem ſuis ſumtibus curaturos eſſe, ut hiſtoriarum cultores, qui non niſi Germanica legunt, ſua opera adjuvarentur. Valete Lectores & mea conſilia plauſu & ſtudio veſtro adjuvate!

II.

RUTGERI SCHUTTE,

V. D. M. AMSTELODAMENSIS,

COMMENTATIO AD VATICINIUM BILEAMI,

NUM. XXIV: 14–19.

§. I.

Locus est ex difficillimis universi Pentateuchi Mosaici (*). Cl. VERSCHUIR, ea quæ 17. & 18. comm. habentur, partim ad

(*) DAVID RENALDUS BULLERIUS, cujus Dissertatio, postquam cogitata mea jam chartis illeveram, in manus incidit „ non dubitat hoc „ ORACULUM classi eorum accensere, quæ „ TYPICA vocitantur, cum ipsi Judæi id ad Messiam referant ex sententia Magistrorum, & „ ea sub Christi natales constans interpretatio „ fuerit oraculi toto oriente celebris. " *Syll. Dissert. pag.* 14. Hic quum ingreditur disputa-

ad *Davidem* regem refert, partim ad JOANNEM HYRCANUM multis post ipsum seculis regnantem. Utrumque, jure & merito, titulo *Stellæ sceptrique* insigniri potuisse, utrumque Moabitas & Idumæos profligasse judicat. Et tantum abest, ut *Dominator* ille, *qui*

tionem ita se instituit, ut ostendere se velle innuat „ hoc vaticinium primario & imper„ fectiore sensu in Davide evenisse, & præ„ stantius longe & plenius in Christo imple„ mentum fuisse sortitum " pag. 11 & 15. Mirum, *sensum* literalem IMPERFECTIOREM, esse PRIMARIUM; quum tamen mox sensus typicus PRÆSTANTIOR *longe* & PLENIOR dicatur. Verum hisce non immoror. TYPICIS ORACULIS hoc accenset. „ TYPUM autem „ nihil aliud esse docet, quam imaginem „ quandam, ex certis rebus aut personis „ desumptam, quæ divino consilio rerum „ gestarum cursum sic moderante, venturum „ Messiam data opera adumbrat ". p. 10. Quum in hac disputatione aliquantum provectus est, totius Oraculi, quod satis levi brachio pertractavit, implementum *minus luculentum & augustum* in Davide monstrat pag. 16, 17 & 21. Atque tum rursus inculcat, variisque rationibus adstruere conatur: „ ejusdem „ oraculi in Christo implementum, infinitis „ partibus luculentius & augustius esse quam „ in Davide " pag. 22. Hoc vero quum respectu partis prioris hujus vaticinii; *Stella pro-*
cessit

qui ex Jacobo dominium capesseret comm. 19. ipse Messias sit, ut is solus, huic interpreti si credimus, sit ALEXANDER JANNÆUS, qui hostes inter Moabitas & Idumæos aliasque gentes, quos pater Joannes Hyrcanus reliquerat, plane subegit. (*)

§. 2.

cessit ex Jacobo, & sceptrum surrexit ex Israële, ostendisset pag. 23—26: ad sequentia, *Diruet angulos Moabi, & conteret verticem filiorum Seth*; hoc inexspectatum prorsus addit. „ Hæc, si verum confiteri velimus, ad Messiam neutiquam pertinent, nec eorum in „ nostro Jesu implementum quærendum est ". Quemadmodum ista, cum præcedentibus conciliari possint, me non perspicere lubens profiteor. Mox, quasi eum dicti pœnituerit, pag. 28. scribit. „ Attamen, cum in genere, „ populi Israëlitici fata, Christianæ Ecclesiæ „ res adumbrent, & ipse David Christi typum „ gestarit; nihil vetat, sub imagine debellatæ „ Moabitidis, victorias Christo de Ecclesiæ „ hostibus reportandas figurari. Per *angulos* „ *Moabi* igitur, & *filios Seth*, typice si lubet, „ intelligemus, Idolorum antistites, pervicacem Synagogam, gentes Euangelio inimicas, Principes in Deum & Christum conspiratione facta decertantes, Antichristum „ cum asseclis. " &c. Male jactas hypotheses, & cogitationes non satis prudenter digestas vacillare, & minus feliciter tandem evenire, nemo cui palatum est, mirabitur.

(*) Vid. *Bibl. Brem. nov. Class. III. Fasc. I. p.* 21.

§. 2.

Expositionem hanc elegantem sane & eruditam,, multisque indiciis subacti judicii & ingenii in linguis orientalibus exercitati refertam: quisque videt longe palmam præripere sententiæ vulgatæ; quæ Moabitarum & Edomitarum cladem, ad hostium sub N. Test. sive ipsorum cujus fata prospera canenda erant Judæorum, sive Antichristianæ turbæ, multis post seculis, interitum, referendam sciscit. Itaque nemini mirum videri debet; me quoque clarissimis rationibus victum, explicationem vulgarem deserere. Sunt tamen nonnullæ difficultates; quæ quo minus ex omni parte Verschuirii sententiæ adsensum præbeam, impedimento sunt. Has commentatione hac proponere animum induxi: idque virum celeberrimum qua est humanitate, non ægre laturum confido. Veritatem uterque amamus; soli veritati litandum. Et nunquam melius; quam tali amicâ rei inveniendæ concertatione, veritas eruitur.

א. Primo loco, insolitum plane, & durum videtur: quod hic de *una stella*, *unoque sceptro*, quæ singula unius, si simplicitatem amamus, subjecti excellentis admodum emblemata sunt, testatur vates; velle discer-

pere, & in plures Iſraëlitarum reges diſpertire. Atque hoc dudum obſervavit CYRILLUS ALEXANDRINUS contra Julianum. (*) Εἰ, καθά φησι, τοῦ Δαβὶδ, ἤγουν τῶν ἑτέρων Βασιλέων εἰσεκόμιζε μνήμην τῆς προφητείας ἡ δύναμις, πῶς οὐκ ἔδει μᾶλλον εἰπεῖν, ἀνατελοῦσιν ἄστρα ἐξ Ἰακὼβ, καὶ ἡγούμενοι ἐξ Ἰσραήλ; *Si, ut ait, Prophetiæ ſenſus, Davidis, aut aliorum regum mentionem induceret: nonne potius dicendum eſſet;*
„ *Orientur* STELLÆ *ex Jacobo, &* DUCES *ex*
„ *Iſraële?* "

ב. Dein Davidis utique, & Joannis Hyrcani tempora nimium videntur diſſita: quam ut iſta in unum compingi poſſint; & eodem emblemate unius *Stellæ orientis*, & *ſceptri quod ſurgit*, adumbrari.

ג. His adde anguſta nimis eſſe, quæ hic prædicta reperimus a vate, non ſine multis verborum phaleris oraculum auſpicantis: quam ut in Davide, Joanne Hyrcano, & homine impio Alexandro Jannæo impleta eſſe, credere quis paulo cordatior poſſit. Ipſe CLERICUS in *commentario ad hunc locum* id obſervavit. „ Sed tenues, inquit, ſunt
„ promiſſionum eventus, ſi de regno ejus
„ [Davidis] ſolo intelligantur, nec multo
„ ampliores, ſi regnum Salomonis ei adda-
„ tur, &c. " Prudens a Joanne Hyrcano, &

(*) *Lib. VIII. pag.* 263. c. *Edit.* SPANH.

& Alexandro Jannæo tot ſeculis inde remotis, abſtinuit.

ד. Præterea Pronomen ו ILLE, in אראנו *Intuebor ILLUM*, & אשורנו *conſpiciam ILLUM*; nos, ſi manifeſtum verborum nexum ſequi volumus, manu quaſi ducit ad objectum cujus jam mentionem fecerat in præcedentibus. Sunt, fateor, loci, in quibus ſubjectum ex ſequentibus petendum eſt; uti *Pſal.* LXXXVII: 1, & *Cant.* I: 1. Verum oratione ibi incipiente; nihil erat in præcedentibus, quo Pronomen illud referri poterat. Et in hiſce tamen locis etiam ad Præcedens ſubjectum reſpicitur, ſed quod in mente loquentis exſtabat. Verum, ubi ſubjectum diſerte expreſſum in oratione præceſſit; longe ſimplicius fuerit, Pronomen, quod loco Nominis ponitur, eo referre. Eadem ratione, easdem phraſes אראנו אשורנו *Num.* XXIII: 9; non ad populum Iſraëliticum, ſed ad Deum refero. *Nam ex vertice rupum illum intuebor, & ex collibus ipſum ſpectabo.* hoc eſt: „ Deum Iſraëlis ex cacumine „ rupum Horebi, & ex collibus Sinaïticis „ ubi fundamenta jecit Theocratiæ Iſraëliticæ; jam contemplor, & contemplabor in „ poſterum, res feliciter gerentem, ſuisque auſpiciis populos ſubigentem Palæſtinæ ". Hinc eodem commate mox additur הן־עם לבדד ישכן *En Populum ſeor-*

ſum habitaturum. i. e. „ omnium excellen-
„ tiſſimum, itaque ab omnibus aliis ſecer-
„ nendum & ſingularem ”: uti bene hic CASTALIO. Quoniam Deus ex rupe Horebi & colle Sinaïtico apparuit, ubi leges tulit ſingulares admodum, ſecundum quas populum hunc moderari vellet; hinc iſte *populus ſeorſum habitaturus* dicitur. Recte ergo *Vatablus.* „ Hoc dicit, propter legem
„ Iſraëlitis in monte datam. ”

ח. Deum porro, ne dubius hæreret Balacus, comm. 16. tribus diverſis denotaverat nominibus. Num objectum hoc relinquendum exiſtimabimus medio 17. commate; & ad Davidem, Joannem Hyrcanum, Alexandrum Jannæum tranſibimus? Quæ nos ratio eo adiget? Imo cur non potius eundem Deum intelligimus; de quo certiſſime loquitur primo comm. 17. hemiſtichio; qui ſummus fuit Iſraëlitarum Dux & Imperator; & in quem omnes hi tituli, ambitioſi nimium, ſi Davidem, Hyrcanum, & Alexandrum Jannæum intelligas, exacte quadrant? Quid? quod ad vim trium nominum Hebraicorum quibus Deus inſignitur comm. 16; manifeſto, & quidem eodem ordine, alludit Bileamus comm. 17. Primo loco *Deum* dixerat אל, hoc eſt *Numen præſens.* Jam probe conſcius animum ſuum a Deo eſſe alieniſſimum, ſubjungit comm. 17^a. *Intuebor Ipſum, non autem nunc;*

; *spectabo Ipsum*, *sed neutiquam* קרוב *nquum.* (*) Tum ad nomen עליון *Deum mum*, *Excelsissimum*, quod secundo loco ribuerat comm. 16; luce clarius respicit n. 17[b]. *Processit Stella ex Jacobo*, & *eit Sceptrum ex Israële.* Titulos STELLÆ EPTRI, ad nomen עליון referri; quisque . Denique tertio loco, Deum שדי *Vali- Præliatorem* vocaverat comm. 16. Vides, ctor, evidentissimam ad hoc nomen allu- m comm. 17[c].? Verba tantum legenda *Et amœnas Moabitarum valles stra- uenta fœdavit*, *æque ac regionem æqua- omnium filiorum Sethis.* Non necesse ut ostendam Deum Israëlis hic describi iam שדי *Validum* & *vehementem Præ- em.* Quæ de significatione trium ho- Dei nominum אל· עליון, & שדי dixi, is argumentum hoc innititur; mox us illustrata dabo. —— Hæc si recte lisputata: consequens est, non *Davi-* non JOANNEM HYRCANUM, non ALEXAN- JANNÆUM; sed ipsum Israëlitarum 1, speciatim ANGELUM JEHOVÆ, qui ip- 1 exercitum in columna nubis & ignis edebat, hic tanquam *Stellam*, & *Sce-* 1 describi, quo is in veteri Θεοκρατία lum moderabatur.

ו. De-

) Conf. SCHULT. *animadv. ad Psalm.* LXXV: 2.

1. Denique, hoc inde apertissime confirmatur; quod vates tempore utatur præterito, quum de *ortu Stellæ & surgente Sceptro* verba facit. דרך כוכב מיעקב וקם שבט מישראל *Processit Stella ex Jacobo, & surrexit Sceptrum ex Israële.* Hæc vaticinium non redolent, sed rem gestam potius innuunt. Illos qui ad enallages temporum sacram anchoram confestim se recipere solent, meminisse velim, tali sine dubio lingua veteres Hebræos fuisse usos, ut quid factum sit, quid adhuc exspectandum, & num tabulas debiti an vero crediti scriberent, exprimere potuerint; & vero illam sententiam præferendam esse, quæ certos limites, intra quos non hujus duntaxat sed omnium linguarum analogia consistit, loco haud facile movendos esse sciscit. Qua de parte Grammaticæ Hebrææ consuli possunt FLORENTIUS DE BRUIN, & WILHELMUS KOOLHAAS Collega meus conjunctissimus, viri undiquaque doctissimi, & exercitatissimi in hac palæstra.

ז. Tandem omnino observandum (atque hæc optima est hunc locum interpretandi regula, quæ negligi nullo modo potest); hoc vaticinium ad illum temporis articulum esse referendum, quo illud ipse retulit Bileamus. Hic vero comm. 14. ad אחרית הימים *Ultimos dies*, h.e. „ postrema Reipublicæ Ju„ daicæ tempora " disertis verbis refert.

Sic

Sic enim Balaco, qui cum se delusum opinaretur, actutum eum discedere jusserat, respondet; ועתה הנני הלך לעמי לכה איעצך אשר יעשה העם הזה לעמך באחרית הימים *Jam vero ecce paratus sum ad populum meum ire: age præmonebo te, quidnam populus hic populo tuo sit facturus postremis temporibus.* Hic notandum; Hebraicum יעץ esse ipsissimum Arabicum وعظ „ *Monuit, exhortatus fuit*; pec. „ referens quod futurum esset ad præmium „ pertinens vel pœnam" ut *Golius* notavit ex *Gjeubari & Camuso.* Idque ante me vidit vir summus A. SCHULTENS (*) notans יעץ وعظ esse *monuit, exhortatus est*, præsertim *mercede* vel *pœna* ob oculos posita more concionantium. Atque adeo ei respondet Lat. *Præmonere*, Belg. *Waarschouwen.* Hanc notionem heic loci obtinere, ex sequenti אשר *Quid*, abunde liquet: quod cum verbo יעץ si vertas *Consulere*, *consilium dare*, nullo modo cohæret; sed commode admodum, si transferas *Præmonere.* Quid autem illud est, quod *Præmonere* vult Balacum? Distincte hoc expli-

(*) *Ad Elnawabig vs.* 10. *p.* 156. Postea in *Ind. ad Prov. & Comm. p.* 232. & 233. observavit, originem hujus thematis esse in *Plexu*, qui jucunda metaphora transfertur ad *consilia*, quæ res *plectere*, *connectere* inter se solent.

plicat. *Quid populus hic, populo tuo sit facturus postremis temporibus.* Phrasin Hebraicam אחרית הימים, quam LXX. interpretes, & ipsorum vestigiis insistens *Paulus* vertunt per τὰς ἐσχάτας ἡμέρας, nonnunquam denotare idem quod προελθόντος δὲ τοῦ χρόνου apud *Thucydidem*, & *procedente tempore* apud Latinos; ex quatuor locis *Gen.* XLIX: 1. *Deut.* IV: 30. *Jer.* XLVIII: 47. *Dan.* II: 28. colligit ὁ πάνυ VITRINGA in commentario doctissimo ad *Jes.* II: 1. At vero vehementer dubito, num loci isti ad significationem hanc probandam sufficiant. אחרית ab אחר آخر *Posterior* vel *Postremus fuit*, ubivis *Posterius*, *postremum*, *extremum*, *novissimum* denotat, in omnibus Dialectis, Chaldaica, Syriaca, Arabica, & Hebraica; & nullibi, quantum equidem novi, *procedens.* Vide quod ad postremam hanc dialectum *Psal.* CXXXIX: 9. *Prov.* V: 11. XIV: 12, 13. XVI: 25. Non facile a solita & trita significatione discedendum arbitror. Idque tanto minus, quanto certius est illam obtinere in ipsa nostra phrasi באחרית הימים *Jes.* II: 1. *Ezech.* XXXVIII: 16. *Mich.* IV: 1. *Hos.* III: 5. coll. *Hebr.* I: 1. IX: 26. Quin hæc ipsa *Ultima tempora* sive ימות המשיח *Dies Messiæ*, uti Judæi loqui solent, indigitantur *Gen.* XLIX: 1. Patriarcha quippe Jacobus suo Testamento, præcipue fata enarrat,

quæ

quæ posteris suis essent eventura ultimis Reipublicæ Israëliticæ temporibus. vid. comm. 9-12. de Juda; comm. 13. de Zebulone; comm. 16-18. de Dane. &c. *Deut.* IV: 30, Moses sine ullo dubio loquitur de conversione Judæorum *tempore Messiæ* exspectanda. Uti de eadem conversione sive reductione Moabitarum, iisdem *Messiæ temporibus* Jeremias vaticinatur *Cap.* XLVIII: 47. quod recte Junius & Tremellius, Altingius, & Lowthus observarunt (*). Denique *Dan.* II: 28. *Messiæ tempora* intelligenda esse, plerique interpretes viderunt. Atque hoc, nisi me omnia fallunt, ex comm. 44. & 45. manifestum est. Messiæ temporibus stupendum illud regnum uscitandum erat, quod omnia præcedentia regna esset comminiturum. Potest ergo ubique, retineri versio quam dedimus, & explicatio de *Ultimis* sive *postremis Reip. Judaicæ temporibus.* Atque ita mihi quidem plane certum videtur, Bileamum hic non amplius hærere in ævo Davidis, sed ad ulteriora tempora progredi. Ipse vir celeberrimus, cum clarissimo VENEMA, recte observavit, vaticinium Bileami tertium hoc ipso capite comm. 3-9. comprehensum, tantum quadrare in florentissimum Judæorum statum ma-

(*) Conf. *Jes.* XI: 14. XVI: 4.

maxime ſub Davide. Hoc ſi verum eſt, uti ſane veriſſimum eſſe arbitror; quisque videt, Bileamum, a *Davidis hiſce temporibus*, manifeſto diſtinguere אחרית הימים *Ultima tempora*, atque illa adeo eſſe *Ultima Reipublicæ Iſraëliticæ tempora*.

§. 3.

Hiſce præmiſſis, nunc vaticinium ipſum paulo propius expendere juvat. Cujus primo loco verſionem dabo, Hebraico textui exacte, quantum pote, reſpondentem; pluribus dein illam illuſtraturus, & confirmaturus. Sic habet pericopa in codice Hebraico comm. 15-19. וישא משלו ויאמר נאם
בלעם בנו בער ונאם הגבר שתם העין: נאם
שמע אמרי־אל וידע דעת עליון מחזה שדי
יחזה נפל וגלוי עינים: אראנו ולא עתה אשורנו
ולא קרוב דרך כוכב מיעקב וקם שבט מישראל
ומחץ פאתי מואב וקרקר כל־בני־שת: והיה
אדום ירשה והיה ירשה שעיר איביו וישראל
עשה חיל: וירד מיעקב והאביד שריד מעיר:
Hæc ita vertenda arbitror: 15. *Tum figuratam ſuam orationem protulit, & dixit: Oraculum Bileami filii Behoris; quin oraculum viri qui contumelioſo eſt oculo.* 16. *Oraculum illius qui*

qui audit verba Numinis sibi præsentis; quique novit arcana Altissimi: qui visum validi Præliatoris accurate contemplabitur; qui prosternitur, & cui oculi sunt retecti. 17. *Intuebor Ipsum, non autem nunc; collineantibus oculis Ipsum spectabo, sed neutiquam propinquum: processit Stella ex Jacobo, & sceptrum insurrexit ex Israële; & valles amœnas Moabitarum strage cruenta fœdavit, æque ac æquabilem regionem omnium filiorum Sethis.* 18. *Quum Idumæa possessio hæreditaria est, & Seir possessio hæreditaria suorum hostium est: tum Israël rem strenue & feliciter geret.* 19. *Tum [Sceptrum cum stella] dominans incedet ex Jacobo; quum disperire fecerit reliquias ex Urbe.*

§. 4.

Brevem Orationis Bileami conspectum dabo; ut eo melius, quam apte omnia ex nostra sententia cohæreant, intelligi possit.

Vates

I. Præfatione, se oraculum summi Numinis prolaturum promittit comm. 15, 16. qua

א. Se ipsum describit, cum respectu ortus sui, tum respectu animi ab Israëlitis aversi comm. 15.

ב. Summum Numen, cujus instinctu futura prænunciaturus esset comm. 16.

II.

ex eodem fonte dictus fuisse videtur. Huic *Oraculum* adscribitur. נאם *Oraculum* significat, & quidem *Inspiratum*, a נאם نأم *spiravit vocem debilem & lenem*, *mussitavit*; uti nos docuit magnus SCHULTENSIUS (*). Post parentem, animum expingit ab Israëlitis plane aversum ונאם הגבר שתם העין. Verbum שתם, quod ἅπαξ λεγόμενον est hic tantum & comm. 3. hujus capitis in eadem verborum serie occurrens, nonnulli vertunt *apertus oculo*, alii sensu prorsus contrario *obturatus*; utrique hariolantes, & nullo idoneo fundamento nixi. Hic omnino lingua Arabica consulenda, quæ hoc ipsum verbum adhuc incolume servavit. Nam שתם شتم Arabibus significat *contumeliam dixit*, *contumelia affecit*; item *lætatus fuit inimici malis*. Hinc Participium Pahul est שָׁתוּם, & constructum שְׁתֻם: quod verti commodius nequit, quam *contumeliosus oculo*, *invidus oculo*; uti nostrates dicunt, *Een die een spytig oog heeft*, vel *een nydig oog*. Quid? quod Arabes hoc ipso verbo utuntur tertia specie, ad denotandum aliquem *ingrati adspectu esse*; uti *invido* & *contumelioso oculo* præditi, revera sunt. Omnino conferenda phrasis Græca ὀφθαλμὸς πονηρὸς *oculus malevolus*.

(*) In *Clav. Dial* p. 190.

volus, five *Invidus Mat.* XX: 15. Bileamus, qui ea profari cogitur, quæ Spiritus Dei in ore ipsius posuerat; hic animum aperit malevolentissimum, & a Dei populo prorsus alienum. Forsan hæc addidit, ad regem Balacum quem sibi infensum noverat, paululum deliniendum, ejusque gratiam aucupandam; quippe qui animum non minus infestum prodit in Israëlitas, ac ipse Balacus. Atque ita duo hujus commatis hemistichia apte cohærent; nam ut *filius Beboris* nullam habebat cum Israëlitarum gente cognationem; neque iis amicus erat, ut qui *invido ipsos oculo* intuebatur. Hinc constare poterat, se faustas in Israëlitarum gratiam adprecationes non lubenter proferre, sed ἑκόντα ἀέκοντί γε θυμῷ, ut phrasi *Homerica* recte hæc expressit doctissimus CLERICUS. Eo igitur initium hujus præfationis faciebat, ut fidem oraculo, quod jamjam ederet, denegare Balacus non posset. Tantum aberat, ut favore quo ipse Israëlitas complecteretur abreptus, iis fausta precari in animum induxerit, ut eos *malevolo* potius & *invido oculo* adspiceret. Soli ergo Jehovæ Spiritui, oracula, quæ mente in Hebræos non benigna eructabat, adscribenda erant.

§. 6.

Itaque justo ordine, nunc ipsum summum Numen describit, cujus instinctu futura caneret comm. 16. Cum auditu tum visu, se Dei arcana cognoscere prædicat, plane ut 4 commate. —— Primo loco AUDITU comm. 16ª. נאם שמע אמרי אל וידע דעת עליון *Oraculum illius qui audit verba Numinis sibi præsentis, quique novit arcana Altissimi.* — אל omnibus quas conquirere potui sententiis virorum doctorum examinatis, derivandum mihi videtur a radice, אלל أَلَّ *Cito ivit, properavit, propere accessit. Petivit, impulit, propulit.* (*) Hinc apud Hebræos est אֶל *Ad*, quod proprie nomen est, & *Accessionem*, *vicinitatem* denotat. Apud Arabes ab hac radice descendit אל إِلٌّ *vicinus*, item *Deus*, uti notavit *Golius:* speciatim *Deus ad nos accedens*, *Numen præsens.* Atque est hæc notissima nominum forma ex defectivis secunda radicali, ut נם, חן, לב, צל, &c. Inde etiam explicandam censeo phrasin יֶשׁ־לְאֵל יָדִי,

quam

(*) Conf. *Diss. nostr. Belg. ad Num.* XXI: 17-20. §. X.

quam verto: *Est in vicinitate manus meæ* *Gen.* XXXI: 29. *Prov.* III: 27. Denique hæc notio divino huic nomini subest *Psal.* XXII: 2. XVI: 1. V: 5. XLII: 10. XLIII: 4. *Thren.* III: 41. Itaque אל heic loci idem esse videtur, quod Latini dicunt *Numen præsens*. Tali Numine gloriatur Bileamus; aitque, *Ejus verba se solitum audire*, quibus is voluntatem suam manifestabat. —— Pergit autem: *Quique novit arcana Altissimi.* עליון *Summum numen, supremum omnium rerum Dominum* significare notius est, quam ut probari debeat. *Hujus arcana se novisse ait.* Verbum ידע يدع Arabibus significat: *Deponere rem, & servandam dare*; item *Committere alicui arcana sua*, tanquam *amico & familiari quem optime novimus*. Hoc sensu etiam Hebræi hac radice utuntur *Hos.* VIII: 2. *Psalm.* IX: 11. XXXVI: 11. LXXXVII: 7. & *Hos.* II: 19. Hinc מְיֻדָּעִים sunt *Noti, familiares Psalm.* XXXI: 12. LV: 14. LXXXVIII: 9 & 19. Atque inde nomen substantivum דעת talem indicat *notitiam*, qua *arcana* amici cum quo familiaris nobis intercedit consuetudo, perspecta habemus. De *Arcano* DEI *consilio* adhibetur *Psal.* CXXXIX: 6. & *Prov.* XXX: 3. Bileamus ergo vult „ Sese verba Numinis „ sibi præsentis ita audire, ut tanquam fa-

 „ mi-

„ miliaris & amicus arcana Altiſſimi intime „ noſceret. ” —— Altero jam hemiſtichio adſerit, ſe VISU arcana divina diſcere. מחזה שדי יחזה *Qui viſum validi præliatoris accurate contemplabitur*. Nomen divinum שדי, niſi me omnia fallunt, eſt a שדד شَدَّ *Incurrit in prœlio, validum impetum in hoſtem fecit*. Atque hinc *hoſtilem in modum devaſtavit*. Adeoque שדי eſt *Deus robuſtus, validus* non tantum; ſed *Deus validum impetum faciens in aciem hoſtium, hoſtes oppugnans & vaſtans, ſuosque ab ipſorum vi & injuria defendens*. Ἀπόλλων Græcorum. Ad hanc etymologiam clariſſime reſpicit *Jobus* C. VI: 4. *Jeſaias* C. XIII: 6. & *Joël*. C. I: 15. (*) —— חזה „ *Intuitum* denotare videtur *cum attentione* & *ſpeciali conſideratione* objecti, quæ „ elucet præſertim *Cant*. VI: 13. & *Jeſ*. „ XLVIII: 6. ” Ita recte GUSSETIUS ad hanc Voc. „ Hinc ſæpius hoc verbo, notante „ eodem doct. viro „ transfertur ad actiones „ mentis, & ſpeciatim ad meditationem „ circa objectum ad judicandum de re & „ recte diſſerendum. *Job*. XV: 17. XXIV: 1. „ XXVII: 12. XXXVI: 25. *Prov*. XXIV: „ 32 ”. cui opponitur DOCERI *Job*. XXXIV: 32.

(*) Conf. *Scriptorem allegoriarum Sac*. apud *Vitr. ad Jeſ. Tom. I. p.* 402, & 403.

32. qui locus obſervatu dignus. Apud Arabes hoc verbum etiamnum extat notione tropica. حزى ipſis eſt *Menſuram inivit*, rei nimirum intuitu; *conjectura æſtimavit quantum eſſet*. Nomen ſubſtantivum حازي propriam ſignificationem adhuc ſervavit. Denotat enim *Phyſiognomum*, qui ex membrorum & faciei conſpectu vaticinatur. (*) Bileamus ergo ſeſe deſcribit „ tanquam va-
„ tem ſummi Numinis, qui accurate con-
„ templaturus eſſet viſum à Deo valido præ-
„ liatore & populi ſui defenſore ſibi jam-
„ jam offerendum. " —— נפל וגלוי עינים *Qui proſternitur, & cui oculi ſunt retecti*, hoc eſt „ Qui proſtratus eſt cum aſina quæ ſub
„ eo procubuit ex terrore, cuique oculi iſto
„ lapſu retecti ſunt. " Verbum נפל, nusquam de vatibus extra ſe *raptis*, quantum ſcio, adhibetur; ſed generatim *cadere*, *labi*, *procidere*, *ſterni* denotat. Quum vero *retectionem oculorum* eadem phraſi גלוי עינים exprimat, qua illam deſcripſerat Moſes Cap. XXII: 31; vix dubitandum videtur, ad iſtum *lapſum & retectionem oculorum* tum factam, hic reſpicere Bileamum: ut intelligeret Balacus, ſe nil niſi verba ANGELI JEHOVÆ prolaturum, *Num.* XXII: 35. §. 7.

(*) חזה cum ſolis ſubſtantivis מחזה & חזון jungi obſervavit Vitr. ad *Jeſ.* I: 1.

§. 7.

Jam post PRÆFATIONEM, ad ipsum Bileami ORACULUM explicandum me confero.

Hic primo loco se ANGELUM JEHOVÆ judicem olim spectaturum ait, non sibi propinquum, sed tremendum prorsus comm. 17[a]. אראנו ולא עתה אשורנו ולא קרוב. *Intuebor ipsum, non autem nunc; collineantibus oculis ipsum spectabo, non autem propinquum.* Verbum ראה Hebræis æque ac Arabibus est *Intueri*, proprie oculis corporis. Forte, inquit SCHULTENSIUS, (*) origo verbi delitescit in رأرأ *fulsit stella*, item *micuit acri oculo*. Alterum שור, quod *Intueri* & *Canere* significat, proprie denotasse videtur *Collineare:* unde vertendum putavi; *Collineantibus oculis spectabo.* Hæc, nisi fallor, de oculis corporeis intelligenda. Nam si animi oculos cogitare velis, merito quæritur, cur Bileamus addiderit ולא עתה *Non autem nunc.* Oculis enim mentis, summum Numen, eum tunc quam acerrime contemplatum fuisse, quis neget? Verum si ad oculos proprie dictos hæc referenda sunt, non possunt pertinere ad Messiam in carne manifestatum; quum enim hoc post aliquot demum secula factum sit, Bileamus, qui

(*) In *Clav. Dial. p.* 253.

qui non multo post neci datus fuit, illum oculis suis conspicere non potuit. Nihil ergo superesse videtur, quam ut hoc ad ultimum judicium referamus, in quo Filius Dei apparebit in nubibus, & oculis universi mundi tanquam summus judex conspicuus erit. De hac Θεοφάνεια, vere dixit Bileamus: *Intuebor ipsum, non autem nunc; spectabo ipsum non autem propinquum. Non intuiturus erat* ipsum HOC TEMPORE, sed post multa demum secula: *non spectaturus* erat ipsum tanquam suum *propinquum* (*) vel Goëlem *Job.* XIX: 25; sed tanquam internecinum potius inimicum.

§. 8.

Et Judicis officio jam fungebatur. *Processit stella ex Jacobo, & Sceptrum insurrexit ex Israële; & valles amœnas Moabitarum strage cruenta fœdavit, æque ac æquabilem regionem omnium filiorum Sethis.* Frustra hic vaticinium quæritur in verbis ex secundo hemistichio comm. 17. laudatis: historia narratur, & ad exitum Israëlitarum ex Ægypto, Dei-

(*) קרוב *Propinquum, affinem* denotare; omnes norunt. Vid. *Job.* XIX: 4. & *Psalm.* XXXVIII: 12. *Lev.* XXV: 25. conf. J. F. MIEGII *Diss. ad b. l.* §. XX. *Thes. Nov. Tom. I. p.* 430.

Deique inter illos θεοκρατίαν manifesto respicitur. Alludit autem Bileamus, plane uti scriptor libri Jobi utraque pagina solet, ad Ægyptiorum ritus, & fabulosam θεοκρατίαν, cui hanc veram veri Israëlitarum Dei e diametro opponit. Hoc observasse, multum lucis huic nostro loco fœnerabit. Diabolus nimirum, ex sententia matronæ perillustris & doctæ (quæ illam communicavit cum PAULO ERNESTO JABLONSKIO (*)) sacra Dei Abrahamidarum imitans ut misere perverteret, ex primo primorum parentum, & sequentibus Patriarcharum qui ipsos exceperunt sacrificiis boum, qui ex institutione divina Deo mactabantur, tanquam expressæ Angeli fœderis verique sacrificii effigies; occasionem arripuisse videtur, Ægyptiis persuadendi, *Solem*, sive OSIRIDEM Filii Dei vivam imaginem, per Bovem *Apim*, vel *Mnevim*, hisce in terris commode tanquam per Symbolum aliquod visibile repræsentari posse. Huic *Luna* (**) Ecclesiæ primum imago, mox crescente superstitione tanquam *Osiridis*

(*) Vid. post Præfat. Part. II. Panthei Ægyptiaci doctissimi operis & ævum laturi, *Cogitationes de origine cultus Taurorum.*

(**) *Plutarch. de Isid. & Osirid. Tom. 1. p. 656. Porro Apim animatam dicunt Osiridis esse imaginem; itaque etiam figuris lunæ similia habet multa.*

dis ſoror & conjux, ſub nomine ISIDIS acceſſit, cui bos *Apis* æque ac *Oſiridi* ad quem *Mnevis* magis proprio ſenſu pertinuit, dicatus fuit. Hæc vere ratio fuiſſe videtur cultus Idololatrici, quo *Bovem aureum* viſibile ſignum, *ductorem qui ipſis præiret* (eſt autem hoc proprium Oſiridis nomen & officium) proſequuntur Iſraëlitæ, neque tantum plebs, ſed ipſe, quod mireris, Aaron. Populus Iſraëliticus clamat: *Hæc ſunt, o Iſraëlitæ, Numina veſtra, quæ te ex Ægyptiorum regione eduxerunt.* Ipſe Aaron JEHOVÆ *craſtino die Feſtum fore*, per Iſraëlitarum caſtra promulgat. vid. *Exod.* XXXII: 1-5. Hæ cogitationes elegantes ſane & eruditæ, aptius fortaſſis cohærebunt, ſi ſtatuamus *Oſiridem* revera Ægyptiis fuiſſe FILIUM Dei, *Iſidem* vero ejus ſororem, ex eodem Patre prognatam, SPIRITUM SANCTUM; *Horum* denique *Oſiridis* & *Iſidis* filium, SEMEN MULIERIS, ſive ſervatorem mundi qui ex Spiritu Sancto conceptus in lucem edendus, & Typhonem, ſeu Diabolum debellaturus eſſet (*). Atque ita intelligimus, qui *Bos aureus* APIDIS imago, JEHOVÆ hîc fuerit dicatus. Plutarchus ſcribit, *Iſidis* fanum Sai hanc habere inſcriptionem: EGO SUM OMNE QUOD EX-

(*) *Panth. Ægypt. Part. I. Lib. II. C. IV. p.* 204 & 208.

EXSTITIT, EST, ET ERIT: MEUMQUE PEPLUM NEMO ADHUC MORTALIUM DETEXIT. Quisque videt, hanc esse nominis JEHOVÆ explicationem. Et ipsam olim JOH sive PI-JOH masculino genere esse dictam, docuit JABLONSKIUS (*).

§. 9.

Jam clarius, nisi fallor, elucescet, quemadmodum Bileamus *Theocratiam* ISRAËLITARUM opposuerit ÆGYPTIORUM *Theocratiæ*. Hîc *Stellæ* mentio fit, *Sceptri*, *filiorum* denique *Sethis*. Nescimus cum ignarissimis, quæ causa sit cur Vates res tantopere diversas junxerit? Quis *Seth* sit, quinam *ejus filii?* Hic interpres hunc, alius alium commentarium edit; sed incertior plerumque abit lector, quam accesserat. Cordati sentiunt, hîc aquam sibi hærere, neque omnia esse explorata, & ad liquidum perducta. Et revera nihil intelliges, mi lector, si ab Ægyptiorum mysteriis & ritibus oculum avertas; omnia clara evadent, ista si paulo accuratius conferre velis.

§. 10.

(*) *Panth. Ægypt. Part. II. L. III. C. I. §. 2. p. 4.*

§. 10.

Et primum quidem STELLA, quo nomine hic verus *Sol justitiæ* summi Dei Filius mactatur, alludit ad *Stellam* Mnevidis, vel Apidis bovis, qui Osiridi & Isidi ab Ægyptiis dicari solebat; qua *Stella* effigies hujus Bovis insignita, comparet in præstantissimo monumento, quod JOANNES PRICÆUS primum ad Apulejum publicavit, JACOBUS GRONOVIUS optimo consilio ad *Herodoti Hist. Lib. II. Cap.* 130-131, (*) ubi propria hujus spectaculi sedes est, repetiit. Et videtur mihi quidem hæc Bovis qui *Mnevis* dictus & Heliopoli cultus fuit, expressa species esse. Bos *Apis* cum *duabus Stellis* & aquila, repræsentatur in *Thesauro Brandenburgico Begeri* (**). *Stella* alata supra *Bovem* utrumque cernitur, quos Mensa Isiaca exhibet (***). *Isidi* æque ac *Osiridi Stellam* fuisse dicatam, ex eadem Mensa Isiaca abunde constat (****). *Stella* hæc quænam fuerit, mox paulo distinctius exponam.

§. 11.

(*) *pag.* 166. *Ed. noviss.* WESSELINGI.
(**) *Part. II. p.* 821, 822.
(***) *Tab. IV. lit. R.* & *Tab. VI. Lit. HH.*
(****) Vid. *Tab. II. lit. G.* & *Tab. VII. lit. II. p.* 49.

§. II.

Sceptrum hic *Stellæ* jungitur. Inſcriptiones & notæ Hieroglyphicæ, Sceptrum Iſidis, (*) ſtella in cacumine inſtructum, nonnunquam præferunt. (**) Menſa Iſiaca SCEPTRIS referta eſt. Raro hic *Oſiris* ſine SCEPTRO comparet, quod nunc incurvum, nunc rectum eſt, modo accipitris capite, modo alio ornamento inſtructum (***). In eadem menſa *Iſis* pariter, ubique fere SCEPTRO ornata eſt, (****) quæ & *Horo* plus uno loco tribuitur. (*****) „ Hinc *Oſirim* „ Ægyptii, ut ſolem eſſe aſſerant, quo- „ ties hieroglyphicis literis exprimere vo- „ lunt, inſculpunt SCEPTRUM, inque eo „ ſpeciem oculi exprimunt, & hoc ſigno „ Oſirin monſtrant; ſignificantes hunc Deum „ ſo-

(*) Vid. *Menſ. Iſiac. Tab. VII. lit. II. pag.* 49.

(**) Conf. opus ſplendidiſſimum F. L. NORDEN *Voyage d'Egypte & de Nubie Tom. II. Planche CXI.* ubi notas hieroglyphicas habet in crure ſtatuæ Memnonis.

(***) Vid. *Menſ. Iſiac. Tab. I. lit. A. D. Tab. II. lit. K. Tab. III. lit. O. Tab. VII. MM.* & conf. NORDEN *Egypte Tom. II. Planche CXXX.*

(****) Vid. *Tab. I. lit. C. Tab. III. lit. P.* ubi conf. *Pignor. p.* 33. *Tab. V. Z. VI. FF. Tab. VIII. NN. &c.*

(*****) *Tab. V. lit. Y. Tab. VII. KK.*

„ solem esse regalique potestate sublimem „ cuncta despicere ". *Sceptrum* igitur hic est *oculatum*, secundum MACROBIUM *in Saturnalibus*. (*)

§. 12.

Stella processit ex Jacobo. „ Depicta Æ- „ gyptiis stella DEUM significat, & quidem „ *Deum* ἐγκόσμιον *qui in mundo est* " (ut recte Hoeschelius, Caussinus, & de Pauw vertunt) *quod Dei potentia victoriam decernit & imperat*, *&c.* teste Horapolline. (**) Hoc videlicet tempore, media calamitatum nocte, *Stella* Israëlitis ORTA erat fulgida, eaque magnifico gressu processerat. Nam דרך PREMERE CALCARE significat, *magnifico gressu procedere*, uti doctissimus CLERICUS recte vertit, opportune conferens illud Virgilii ex Ecl. IX. vs. 47.

Ecce Dionæi PROCESSIT *Cæsaris astrum.*

& HOMERI ante ipsum Il. K. vs. 252. Ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε *Astra jam processerunt*. h. e. maximam partem cœli emensa sunt. Israëlitarum numen, se verum DEUM esse miraculis

(*) *Lib. I. Cap.* 21. *p.* 248.
(**) *Hierogl. Lib. II. Cap.* 1. *pag.* 82. & *Lib.* 1. *Cap.* 13. *p.* 26.

culis multis ac ſtupendis manifeſtum fecerat, hic ſuos in columna nubis & ignis per Arabiæ deſerta præcedens, ſe radians cœli lumen, & benignum ductorem oſtenderat, quo nomine fruſtra ſuperbiebat *Oſiris.* Hic verus erat *juſtitiæ Sol*, ſummum & beneficentiſſimum Iſraëlitarum numen, cum quo *Oſiris*, *Iſis*, & *Horus* Ægyptiorum numina, nullo modo comparari poterant. *Stella* hæc *proceſſerat ex Jacobo:* quoniam mediis quaſi ex poſteris Patriarchæ *Jacobi*; præcipue vero Moſe & Aarone quorum miniſterio miracula edebantur, divina Majeſtas ſeſe manifeſtaverat in Ægypto. — *Sceptrum* ſummum regimen deſignat excellentiſſimi Iſraëlitarum regis; cujus cœleſtis plane Θεοκρατία, Oſiridis illam infinitis paraſangis ſuperabat. Hoc *ſurrexerat ex Iſraele.* Fere uti *Jehovah*, *Sceptrum roboris ſui* dicitur *mittere ex Sione*; h. e. ex populo Sionem inhabitante *Pſalm.* CX: 2. Verbum קם *ſurgere inſurgere* ſignificat *hoſtilem in modum*, & ad impetum in hoſtes faciendum; uti Cel. SCHULTENSIUS recte obſervavit. *Ex Iſraële* illud *ſurrexiſſe* adſerit Bileamus; quia Deus regium hoc imperium in Moſe prorege ſuo (hoc ſenſu dicitur *Rex in Jeſchurun Deut.* XXXIII: 5.) manifeſtaverat, idque impetum fecerat in Ægyptios.

§. 15.

§. 13.

De *Sceptro* hoc, atque hac illuſtri *Stella* h. e. Deo & Imperatore Iſraëlitarum; primo loco prædicatur ומחץ פאתי מואב *Et percuſſit valles Moabi.* Per פאתי מואב intelligo *valles Moabi*, ſive *campos Moabitidis:* „patentiores & amœnos Moabitidis tractus." Hoc enim فاو Arabibus denotat, a פאו فاو ultima و vel ي *Fidit*, *diffidit.* Hinc nomen فاو eſt *Interſtitium inter duos montes*, *patentior & amœnus terræ tractus*, quo duo montes quaſi *finduntur*; item *anguſtia vallis tendens in ſpatioſum tractum.* conf. *Neh.* IX: 22. Atque inde transfertur ad *Tractum* ſive *Vallem* lecti inter *duos parietes Amoſ.* III: 12; & ad *valles* ſive *loca depreſſa* capitis, qualia ſunt *tempora*, item locus depreſſus inter *labra ſuprema* & *naſum*, & inter *labra inferiora* & *mentum Lev.* XIII: 41. & XIX: 27. Tractum Moabitidis ad occidentem Arnonis cogito, fertiliſſimum & amœniſſimum: & per פאתי מואב eadem loca intelligo, ſtylo ſublimi ita dicta a vate jam Numinis pleno; quæ alias dici ſolent ערבות מואב ſtylo hiſtorico h. e. *campi Moabitidis.* vid. *Num.* XXI: 36. XXIII: 1. XXXIII: 48, 49, & 50. Hunc tractum Ciſarnonenſem Sihon Amorita-

tarum Rex Moabitis eripuerat, bello non longe ante Mosis adventum contra ipsos gesto. Eundem vero sibi vindicavit, dux & Imperator summus exercitus Israëlitici. Itaque jure dicitur ומחץ *Et percussit*, proprie *fœdâ cruentatione*, præterito tempore. Respicit cladem Amoritarum. Hanc enim jam accidisse ante hoc Bileami vaticinium ex *Num.* XXI: 20. constat.

§. 14.

Alterum insigne opus, quod Sceptro huic & Stellæ adscribit: hisce verbis exprimit; וקרקר כל בני שת *Et destruxit omnes filios Setbis*. Jam ad *Setbis filios* accedo. Quam densis hi tenebris involuti sunt? Quot commentariis, illi sunt ornati dicam, an onerati? Cui non dictus Hylas? Ecce jam insignem Ægyptiacæ Theologiæ in nostro loco explicando usum! *Sotbis* vel *Setb*, uti Petosiris astrologus Ægyptius perantiquus apud Vettium Valentem scriptorem huc usque ineditum, eam Ægyptiis appellatam scribit (*); est Sidus *Isidi* dicatum, quod ἀστροκύων Græcis, Latine *Canicula* dicitur, a cujus ortu annos suos auspicari solebant *Ca-*

(*) Vid. MARSH. *Can. Chron.* p. 8. & JABLONSK. *Panth. Aegypt. Lib. III. Cap. II.* §. 11. p. 50.

Caniculares incipientes a primo die mensis quem vocant Ægyptii *Thot* (*). Σὴθ vel Σώθ, si Jablonskio credas, significat *Principium rei* lingua Ægyptiaca (**): si Plutarcho κύησιν ἢ τὸ κυεῖν, *graviditatem sive utero gestare; unde, per deflectionem παρατροπὴν, Stella Caniculæ quæ propria Isidis censetur, dicta sit* κύων. (***) Quam sententiam ambabus ulnis amplector. Ista enim interpretatio, non tantum *Plutarchi* auctoritate nititur; sed ipso JABLONSKIO notante (****) hodierna Coptorum lingua mirifice confirmatur.' „ Coptis quippe ωϯ, OTI sonat *Uterum*; 6I, SI „ *accipere:* erit igitur 6I-ωϯ, SI-OTI *quæ* „ *accipit utero*, id est *concipiens* & *utero ge-* „ *stans.* " Sunt totidem Jablonskii verba. Qui addit KIRCHERUM sæpius fidenter adfirmare, *Sothin* Coptice scribi CI-ωϯ, *Si-oothi.* Quibus accedit, quod omninò notandum, Isidem ab Ægyptiis *communem omnium rerum matrem* fuisse habitam, uti diserte dicitur in Inscriptione ΦΥΣΙΣ ΠΑΝΑΙΟΛΟΣ ΠΑΝΤ. ΜΗΤ. *Omniformis natura omnium mater.* (*****) Unde

(*) *Censor. de Die Nat. C. XVIII. p.* 130.
(**) *Panth. P. II. L. III. C. II.* §. 11, 12.
(***) *De Isid. & Osir. Opusc. Tom. I. p. 669. Edit.* H. STEPH. 1572.
(****) *Panth. l. cit.* §. 10. *p.* 48.
(*****) Vid. GRUT. *Thes. p. XXVI. n.* 7. coll. JABL. *loc. laud. p.* 22.

 F

Unde & Μȣϑ i. e. *Matrem*, proprie *Matrem mundi*, cognominatam fuisse, notat *Plutarchus*. (*) Quid jam quæso probabilius; quam *Isidem* quæ *omnium mater* audiebat, etiam SI-OOTH, SOOTH, & SETH, h. e. *Utero gestantem* sive *gravidam* fuisse appellatam. Et conjicio I-SI, idem nomen esse modo paululum diverso prolatum; unde Salmasius forsan scripsit, (**) *Ægyptiis* Ἶσι *esse* MATREM. Sidus autem *Caniculæ* ad *Isidem* pertinuisse, & ipsam *Isidem*, *Seth*, sive *Sothin* fuisse dictam; ex Plutarchi loco laudato colligi potest. Atque id disertis verbis testatur *Horapollo*. (***) *Est autem apud eos* ISIS *Sidus, quod Ægyptio quidem nomine* SOTHIS, *Græce vero* Ἀςροκύων *dicitur*. Hinc in inscriptione antiqua (****) Isis de se ipsa, Ἐγώ ἐιμι μήτηϱ Ὥρȣ τȣ̃ βασιλέως. Ἐγώ ἐιμι ἡ ἐν τῷ ἄςϱῳ τῷ κυνὶ ἐπιτέλλȣσα. *Ego regis Hori mater sum. Ego sum quæ in canis sidere exoritur.* Damascius igitur recte. (*****) „ Ægyptii SOTHIN, „ *Isin* esse adserunt, Græci hanc ad *Sirium* „ stel-

(*) *De Isid. & Osir. Opusc. Tom. I. p.* 666, 667. coll. JABL. *l. l. p.* 121.

(**) *De annis climact. p.* 567.

(***) HIEROGL. *Lib. I. Cap.* 3. *p.* 4. *Ed.* PAUW.

(****) *Apud* DIOD. SIC *Bibl. L.* 1. *C.* 27. *Tom. I. p.* 31. *Ed.* WESS.

(*****) Apud PHOT. *in Bibliotb. Cod. CCXLII. p.* 1043.

„ ſtellam referunt, & *Sirium tanquam canem*
„ *orionis venatoris pingunt.*" —— Itaque SETHIS *filii* mihi ſunt Ægyptii: qui alma matre SETHI ſive *Iſide* quaſi genitos ſe jactabant; *Sethimque matrem* agnoſcebant, *cui Horus carnem adipemque tanquam matri debebat.* (*). Sic Ægyptii deſcribuntur: qui Sacris Iſidis dediti, vitam inſtituebant carnalem, & omni voluptatum genere diffluentem; præcipue in Feſto, quod menſe Epiphi ſive Junio, in Oſiridis & Iſidis honorem celebrare ſolebant.

§. 15.

וקרקר eſt crux criticorum, & omnium quotquot hunc locum tractarunt interpretum: quorum varias, quæ in cenſum venire poſſunt ſententias, recenſuit & examinavit Cel. SCHULTENSIUS in *animadverſionibus ad h. l.* & Cl. VERSCHUIR in *Diſſertatione laudata*, qui ſuas quoque ἐπικρίσεις, & novas doctasque explicationes addiderunt. Interpres poſtremo loco memoratus, recte meo quidem judicio obſervat: „ nexum hic requirere hoſtium ſubjugationem." Poſſet igitur וקרקר, ſi pro verbo habeatur, verti: *Et*

(*) *Plutarch. de anim. procreatione e Timæo Opuſc. T. III. p.* 1886. *Ed.* STEPH.

אביו וישראל עשה חיל׃. Quod verto fecundum temporum Hebræorum analogiam: *Quum Edom possessio hæreditaria est, & Seir possessio hæreditaria est suorum hostium; Israël rem strenue & feliciter geret.* ארום & שעיר eandem regionem esse, ad austrum terræ Canaän & maris mortui, circa urbem Petram quæ in Idumæa sita fuit; ex Sacra Scriptura, Josepho, & Onomastico Eus. & Hieron. ostendit RELANDUS (*). Montana *Seir*, quæ antea *Seir* Chorita incoluerat, Deus *Edomi* sive *Esavi* posteris dedit: uti ex *Gen.* XXXII: 3. XXXVI: 20. *Deut.* II: 5. & 12. idem vir doctissimus demonstravit. Respicit hoc vaticinium ad tempora Maccabaica; & victorias, quibus Johannes Hyrcanus, & Alexander Jannæus, Edomitas, & incolas montis Seir subjugarunt; & sacra summi Numinis Israëlitarum, missis Deastris quos hucusque coluerant, suscipere coëgerunt (**). Tum vere *Israëlitarum* populus rem adeo *strenue & feliciter gessit*; ut tempora hæc cum Salomonis felicissimo ævo committere haud vereatur Cl. VITRINGA vir harum rerum peritissimus. Sub Johanne Hyrcano qui Edomitas subegit, rempublicam Hebræorum ad-

(*) *Pal. L. I. C. XII. p.* 66—73.
(**) JOS. ANT. *L. XIII. Cap. IX.* §. 1. *p.* 659. *Cap. XIII.* §. 5. *p.* 672. & *Cap. XV.* §. 4. *p.* 674, 675.

ad ſummam perveniſſe felicitatis temporum ἀκμὴν; omnes norunt qui in hac Hiſtoriæ Judaicæ parte non plane ſunt hoſpites.

§. 17.

Comm. 19. vertendum exiſtimo: *Tum tanquam dominator incedet ex Jacobo; quum diſperire fecerit reliquias ex urbe.* Futuro tempore canit vates וְיֵרְדְּ מִיַּעֲקֹב *Et dominabitur:* non *aliquis*, uti interpretes ſine ulla ratione ſupplent; ſed idem illud *Numen*, eadem ſtella & ſceptrum, quod jam proceſſerat ex Jacobo comm. 17. quodque præcipuum orationis ſubjectum toto hoc vaticinio conſtituit. Hocce jam comma, quum omnia naturali ordine huc usque proceſſerant, ad Meſſiæ tempora ſpectat, ſive ad אחרית הימים *ultima illa tempora*, quibus hic populus conſummaret Moabitarum deſtructionem. Nimirum prædicit hîc Bileamus. „ Ipſum „ illud ſummum Numen, & illuſtriſſimum „ Iſraëlitarum regem, qui hoc tempore „ *tanquam ſtella proceſſerat ex Jacobo*, & „ *tanquam Sceptrum ſurrexerat ex Iſraële, at-* „ *que amœnas Moabitarum valles, planamque* „ *totius Ægyptiacæ gentis regionem, ſtrage* „ *cruenta percuſſerat*; ULTIMIS TEMPORIBUS, „ poſt ſubactos Edomitas & Seiri montis „ incolas, quando rem ſtrenue geſturi eſſent

 „ Iſraë-

„ Israëlitæ; rursus processurum ex Jacobo,
„ in illustri rege Messia, postquam ex me-
„ tropoli Moabitarum Ar periissent tenues
„ Moabitarum reliquiæ." —— וְיֵרְדְּ est
Futurum per apocopen pro וְיִרְדֶּה, quod in
votis solenne est (*), a רדה رَدَى proprie,
Calcavit terram ungulis suis equus, *modo medio inter cursum & vehementiorem gradum*; *Incessit istboc modo equus*, *ad stabulum cucurrit*; *ambulavit huc illuc ultro citroque*; *calcavit validius terram*: prout *Golius* hasce notiones ex *Gjeubario* edidit. Hinc est: *Tanquam dominatorem incedere*, *dominari*, *opus urgere*; ἐργοδιωκτεῖν, uti LXX. vertunt 2 *Chron.* VIII: 10 Itaque non video, cur heic loci propria significatio retineri nequeat; vel certe verbum ita verti, ut proxime ad propriam significationem accedat. *Tum tanquam dominator incedet ex Jacobo*; vel *Incedat* sensu votivo. Atque ita etiam hoc lucramur, ut מִיַּעֲקֹב *ex Jacobo*, longe melius cum nostro יֵרְדְּ cohæreat, si vertas: *Et tanquam dominator incedet*, quam si nude *Dominabitur* transferas. —— *Stella* hæc & *Sceptrum*, sive Numen illud Israëlitarum ex voto Bileam *processit* FEROCITER *ex Jacobo*, seu *tanquam* DOMINATOR: quum Messias verus Dei filius pri

(*) Vid. SCHULT. *Instit.* §. 149. & VRIEM. *Dict. Class. Tom.* 1. *p.* 327 & 331.

primo mirabili prorſus & illuſtri modo in lucem eſt editus; tum ingentibus auſis proceſſit, ad hoſtes ſuos omnes Diabolum cum ſuis ſubditis debellandum, mundumque ſibi ſubjiciendum.

§. 18.

Atque hunc ſenſum ſequentia plane confirmare videntur: והאביד שריד מעיר quod verto; *Quum diſperire fecerit reliquias ex Urbe.* אבד *Perire* notante SCHULTENSIO (*) nil aliud ſonat quam „ *Abire e conſpectu ſine* „ *ſpe redeundi*". Latinum *Diſperire*, ſatis mihi vim vocabuli exprimere videtur. Fuit, quum מעיר verti poſſe putabam; *Præ excandeſcentia*, *propter æſtum iræ*, a עיר *Fervere æſtuare*, *uti quando dies æſtu ſolis fervet:* quam notionem feliciſſime illuſtravit SCHROEDERUS vir doctiſſimus, in ſuis *ad origines Hebræas obſervationibus* (**); & ex qua variis locis lucem fœnerare conatus ſum in notis ad odas ſpirituales (***). Nunc vero, re accuratius perpenſa, omnino exiſtimo עיר hic eſſe *Urbem.* *Metropolis* intelligi poteſt Moabitarum quæ olim Orientalibus עיר IR vel עָר AR, hoc eſt *urbs*, *κατ' ἐξοχὴν* dicta fuit, Græcis Αρεόπολις, *Num.* XXI: 15, 28. *Jeſ.*

(*) *Comm. ad Job.* IV: 20. *p.* 123.
(**) *Cap.* II: §. 9, 10. *p.* 18—36.
(***) *Part. III. p.* 127.

Jeſ. XV: 1. &c. Nam עִיר idem olim fuiſſe quod עָר alio ore prolatum, manifeſtum eſſe videtur ex plurali numero עָרִים qui ex ſolo עָר formatur. Quando עִיר IR, vel AR; fuit nomen appellativum, uti Ἄϛυ *Athenarum*, URBS *Romæ*; quod poſtea apud Moabitas & circumjacentes populos in nomen proprium tranſiit. Poſſent etiam intelligi, ſenſu collectivo, *Urbes* Moabitarum; uti homines in *urbe* habitantes, iis qui *ruri* degunt opponi ſolent. Reliquiæ, quæ *urbibus* munitis ſe adhuc tuerentur, plane nunc perirent. Lectori optionem, quam ſententiam eligere velit, relinquendam puto. Ad Moabitas hæc referenda eſſe flagitat Bileami ſcopus, qui comm. 14. Balaco promittit ſe præmoniturum *quidnam populus Iſraeliticus ſit* FACTURUS *Moabitis* באחרית הימים ULTIMIS TEMPORIBUS. Quum vero comm. 17, non edat vaticinium quid perpeſſuri ſint Moabitæ; ſed hiſtoriam narret quid in ipſorum confiniis acciderit; quumque comm. 18. vaticinium contineat de Edomitarum ultimo illo tempore fatis: reliquum eſt, vatem, niſi ſi eum promiſſi oblitum eſſe velis, comm. 19. fata Moabitarum canere. שריד ergo denotat miſeras hujus gentis *reliquias*: quam gentem hoc vaticinio excludi non poſſe, quiſque etiam me non monente perſpicit. Imo, quæ comm.

18.

18. de *Edomitis* inseruit, eo faciunt, ut illustris hic exstaret character *ultimorum illorum temporum*, quæ hic אחרית הימים dicuntur. Hoc temporis tractu, Messias Deus & Rex Israëlitarum, in lucem prodiret; & *tanquam dominator incederet ex Jacobo*; idque cum interitu Moabitarum, qui ex urbibus suis pellerentur, conjunctum foret. Atque hæc fata, eodem plane modo, conjunxit Jesaias vaticinio luculentissimo *Cap.* XXV: 9, 10. & XV: 1-9. coll. XVI: 4, 5. *Obad.* vs. 17-21. & *Zeph.* II: 8-11. Eventus quoque docuit, finem regni populique *Moabitici*, quærendum esse circa tempora Messiæ. Nam A. 82. ante Ær. Christ. Alexander Jannæus cœvus Annæ Prophetissæ, Moabitarum urbes Essebonem, Medabam, Lembam, Oronas, Telithonem, Zaram, Aulonem, Cilicium, & Pellam cepit, postrema urbe diruta, quod incolæ Judaicos ritus recipere nollent (*). Atque ita paulatim nomen Moabitarum, uti recte doctissimi *Angli* notant, qui Historiam universalem, magno eruditionis adparatu concinnarunt, quo tempore *Stella & Sceptrum Messiæ* (**) *ex Jacobo procederet*, plane periit. Populus iste olim non spernendus, ita lapsu temporis concisus, & ad

(*) JOS. ANT. *L. XIII. C. XV.* §. 4. *p.* 674, 675.
(**) *Part. II. L. I. Sect. I. Cap. IV. pag.* 32. *Ed Belg.*

ad incitas fuit redactus: ut nullo amplius numero quum essent, communi *Arabum* nomine fuerint comprehensi; quod jam Alexandri Jannæi tempore incœpisse videtur, uti non obscure colligi posse arbitror ex loco *Josephi*, ubi de *Moabitarum & Galaaditarum* subjugatione sic scribit (*): Καταστρεψάμενος δὲ τ' Αράβων Μωαβίτας καὶ Γαλααδίτας εἰς φόρε ἀπαγωγὴν, κατέρριπτε καὶ Αμαθῦντα, Θεοδώρε μὴ τολμῶντος αὐτῷ συμβαλεῖν. *Item cum Moabitas & Galaaditas, qui* ARABES *sunt, subegisset, ut inde tributum exigeret; demolitus est etiam Amathunta, non audente Theodoro manus cum eo conserere.* Non ignoro, tempore FLAVII JOSEPHI, (**) Moabitas adhuc appellari μέγιστον ἔθνος *magnam gentem:* sed hæc cum grano salis accipienda, neque ultra limites, quos omnes hic satis arctos esse norunt, extendenda esse; quisque sentiet qui in historia hac vel leviter versatus est.

§. 19.

Atque ita breviter, nisi fallor, sensum, & implementum hujus vaticinii demonstravi. Nunc cum tribus præcedentibus, quæ cum nostro manifeste cohærent, illud confe-

(*) ANT. *Lib. XIII. Cap. XIII.* §. 5. *p.* 672.
(**) ANT. *L. I. C. XI.* §. 5. *pag.* 35. *Ed.* HAV.

feramus. Posset alicui mirum videri, Bileamum in vaticinio nostro, totum comma impendere enarrandis rebus præteritis. Verum hoc vati nostro adeo solenne est; ut nullum sit ex præcedentibus vaticiniis, in quo id non fieri videas. Primo Oraculo *Cap.* XXIII: comm. 7-10. de fundamentis agit Reipublicæ Judaicæ: quæ tam feliciter legibus saluberrimis jecerat ipse Deus, ut Populus hic seorsum habitaturus, & in multitudinem ingentem non modo excreturus sit, sed veri etiam fideles quos *rectos* appellat, post hanc mortem sint victuri; unde eorum suprema fata sibi expetit. Hic autem θεοφάνειαν summi Numinis in monte Horebo & Sinai, ejusque ex hoc monte descensum ex fatis præcedentibus tangit comm. 9. Alterum Oraculum C. XXIII: 18-24. statum hujus populi sub Judicum imperio, & Dei erga eos benignitatem atque in condonandis peccatis mansuetudinem ac gratiam, quippe qui tanquam Rex secundum præscripta sanctuarii, medio in clangore populi sui habitaret, summis laudibus effert. Hic autem comm. 22. ex præcedentibus fatis refert, *Deum populum hunc, cujus vires tanquam Reemi erant, eduxisse ex Ægypto.* Tertium denique oraculum *Cap.* XXIV: 3-9. Israëlitarum sub regibus, in primis Davide & Salomone, sub quorum imperio maxima ceperunt incre-

crementa, felicitatem canere, quisque videt. Hic vero liberationem hujus populi ex Ægypto, iisdem fere verbis ex ſuperioribus fatis enarrat. comm. 8. Cum igitur toties præcedentium hujus populi fatorum meminerit vates; neutiquam ſane mirandum, eum in Quarto hoc oraculo eandem viam inſiſtere. Quin mirum potius foret, eum viam iſtam heic loci voluiſſe deſerere.

§. 20.

Supereſt, ut paulo preſſius nexum demonſtrem ultimi hujus vaticinii; ſiquis ſit, qui illum ex conſpectu quem ſupra dedi, non ſatis clare perceperit. Præfatione Bileamus ipſe ſe deſcribit tanquam vatem eximium, qui Deo familiariter utebatur; quo, ut ſe oſtentaret & verbis fidem faceret, Thraſonico more gloriatur vſ. 15, 16. Mox tanquam e cœlo felicitatis in barathrum miſeriarum delapſus. agnoſcere cogitur, ne nimium ſe efferret, Deum iſtum ANGELUM JEHOVÆ, non obſtante hac familiaritate ſibi minime propitium fore, quum ipſum olim ſummum Judicem ſit conſpecturus. Hujus ſeveras, quas non ita pridem impiis populis inflixerat pœnas, paulo latius deſcribit, quo terribilior animo ſuo redderetur adſpectus iſtius Judicis in ultimo judicio, comm. 17.

Jam

Jam transit ad syrma malorum & calamitatum; quas postremis temporibus, & quidem post subactos plane Idumæos perpessuræ essent Moabitarum reliquiæ a summo isto Israëlitarum & universi mundi Judice comm. 18, 19.

Brevi paraphrasi, mens Bileami clarior fiet. Sic fere fatur. „ 15. Jam (arrige aures o „ Balace) oraculum incipit Bileami viri „ in te tuumque populum propensi; quippe „ qui invido & contumelioso oculo Israëlitas respicit? 16. Oraculum vatis, qui „ verba Numinis sibi præsentis audit, atque „ ita arcana novit Altitonantis, tanquam „ familiaris ejus amicus, vatis qui visum „ Dei validi prœliatoris accurate contem„ platur, cuique nuper prostrato, oculi a JE„ HOVÆ ANGELO sunt retecti. 17. Verum quid „ mihi hæc ostentatio prodest? Eheu mise„ ram meam conditionem! Quam totus ho„ muncio nil est! Deum illum Israëlitarum „ tremendum intuebor; non vero hoc tem„ pore: ipsum ultimo judicio oculis colli„ neantibus spectabo; non tanquam pro„ pinquum, sed ut judicem severum. Et „ sane ejus judicium hisce in terris jam ex„ perti sunt Amoritæ, & Ægyptii. Stella, ip„ sum JEHOVÆ ANGELUM dico, processit ex Ja„ cobi posteris;& Sceptrum, quod ipse ut Rex „ populi hujus tenet, ex medio Israëlitarum

„ in-

„ insurrexit.' Summus hic omnium rerum
„ arbiter, & judex justissimus, cruentas
„ edidit strages inter Amoritas, valles
„ Moabitarum inhabitantes; æque ac an-
„ tea inter Ægyptios, regionem æquabilem
„ ab utraque Nili ripa incolentes: cladibus
„ istis ostendens, nihil hisce populis, Osiri-
„ dis, Sethis sive Isidis, vel Hori astra
„ aut sceptrum prodesse. 18. Hinc facile
„ divinari poteris; quid populus tuus ab
„ hoc populo, ultimis temporibus istius
„ Reipublicæ, sit perpessurus. En tibi ac-
„ curatum horum temporum characterem!
„ Edomitæ jam liberi, plane olim a populo
„ Israëlitico sunt subigendi, qui rem feli-
„ cissime geret sub ultimis principibus. 19.
„ Atque hæc res ubi ipsis prospere evenit,
„ tunc Sceptrum illud stellatum, uti nuper
„ ex Jacobi posteris in Ægypto, rursum in-
„ cedet ex hoc Populo, in rege ipsorum qui
„ jam olim ipsis divino oraculo promissus est.
„ Isto autem tempore, quo magnus hic Rex
„ & judex sui populi veniet; jam miseræ
„ populi tui reliquiæ ex urbibus extermina-
„ tæ, eorumque memoria funditus deleta
„ erit."

III.

JO. WILH. PARIS,

V. D. M. HULSTÆ FLANDRORUM,

DISSERTATIO

AD LOCUM

JEREM. XXXI: 22.

Nam Jehova novum creavit in terra: Femina circumdabit Virum,

QUA

HYPOTHESES VIRI CELEB. NIC. BARKEY, ET PL. REV. AUG. LUD. ZACHARIÆ MODESTE EXAMINANTUR, ET NOVA VATICINIUM EXPLICANDI VIA PANDITUR.

SUMMARIUM.

Occasio instituti. §. 1. *De possibilitate & nobilitate hypothesium in genere.* §. 2. *Nexus & scopus verborum proximus.* §. 3. *De ordine tra-*

tractationis, & vox נקבה *&* סבב *notata.* §. 4. *Observatio generalis de hypothesi Cel.* BARKEY. §. 5. *Examinatur.* §. 6. *Ubi de parallelia* Hos. II: 6, 7. §. 7. *De verbis* נקבה *&* גבר. §. 8. *De conversione populi, ejusque respectu ad Prophetiæ pericopam.* §. 9. *Et ad nexum.* §. 10. *Fundamentum remotum hypotheseos pl. Rev.* ZACHARIÆ. §. 11. *Parallelia* Jes. VII: 4. *& verborum ex hypothesi emphasis.* §. 12. *Et relatio ad nexum.* §. 13. *Transitus ad commentationem Autoris.* §. 14. *Fontes explicationis.* §. 15. *Significatio & usus phrasis* ברא חדשה. §. 16. *Enunciati dispositio, & generalis idea supposita.* §. 17. *Specialis determinatio.* §. 18. *Ex scena Prophetica, veterum more, & analogia* Ps. LXVIII: 26. *illustrata.* §. 19. *Prædicati ad subjectum applicatio.* §. 20. *Nexus cum proxime antecedentibus.* §. 21. *Periphrasis finem facit.* §. 22.

§. 1.

Nomina, quæ in fronte conspiciuntur, mihi sunt charissima. A prima jam ætate cum plurimum Rever. ZACHARIÆ amicitiam junxi vere fraternam: Fuit ille mihi unus ex intimis, commilitonum in schola Patria familiarissimus. Brema postea, ubi studiorum causa degebamus, amicissimæ familiaritati nova attulit alimenta diurno commercio; Nec intermissionem passi sumus, donec Groningæ sequendum erat, quo nos

futa

fata trahebant. Reversus est ex Belgio Rever. ZACHARIÆ in Anhaltinatum, Patriam. Mihi vero in Belgio terminum habitationis posuit Deus ille, qui omnia gubernat. De Celeb. hujus Bibliothecæ Editore non opus est dicere. Quibus conjuncti sumus vinculis Ipse dixit, &, qua est erga me benevolentia, admodum honorifice dixit in *dedicatione fasc.* 3. *cl.* IV. Pro isthoc amoris & honoris monumento nunc publice gratias ago, quas possum maximas. Doleo tamen, quod Vir Venerandus mea respiciat oculo æquo magis, quam justo. Scilicet, me cerebrum habere putat. Hinc illæ flagitationes assiduæ, ut ad Bibliothecam suam & mea, quibus ditari possit, munera deferam. *Hoc mihi*, ut cum CICERONE loquar, *jucunditatis plenæ litteræ semper adspergunt molestiæ.* Ego vero diu & identidem contraria dixi, & adhuc me tenet *magna libido tacendi.* Hebræorum diverbium novi, שְׁתוֹק וְתִנָּצֵל, *Sile, ac tutus eris*; & cum applausu novi meæ paupertatis conscius. Ex suggestu apud populum dicere familiare mihi est, non id genus scripturæ, quod in conspectum eruditorum se dare possit. Instat tamen, & suo amore novissime me compellat Vir Clarissimus, immo judicem poscit, qui de controversia, Ipsum inter & pl. Rev. ZACHARIÆ de sensu *verborum, quæ in titulo*

leguntur, suborta, sententiam pronunciem. Ne igitur videar hominum obstinatissimus mei periculum erit faciendum. Obedire volui,

— — *Vitavi denique culpam,*
Non laudem merui.

§. 2.

Atque ut hinc exordiar, & statim ab initio de Virorum Doctissimorum cogitatis animi sensus depromam, forte neuter palmam præripuit. De possibilitate disputatur, dein de nobilitate. *Possibile* est, quod contradictionem non involvit. Contradictio vero, de qua hic loquimur, esse potest, vel in ipsis verbis, quæ enunciati materiam constituunt, vel in ejus relatione ad circumstantias, in quibus occurrit, quam dicti formám nuncupare possumus. Si non est in verbis ipsis, per se & abstracte consideratis, possibilitatem habet hypothesis, ut ita dicam, intrinsecam vel absolutam; si non in circumstantiis, extrinsecam vel respectivam. Hæc quidem involvit priorem, non vero illa statim posteriorem. *Nobile* est, quod præ ceteris excellentiam habet. Quicquid divinum est, est nobile, & splendet illustri perfectionum summarum demonstra-

stratione. - *Quam magna sunt facta Jehovæ!* *Ps.* XCII: 9. Cum vero earumdem perfectionum demonstratio aliquando sit exstantior, & plurium, immo omnium, hoc quidem sensu in operibus divinis nobilitatis gradus admitti possunt. Damus exemplum: Dei in carne manifestatio *opus est magnificum. Luc.* I: 49. Nobilitatem præ se fert summo gradu; quidni? mundus hic omnium possibilium est optimus, nobilissimus, id vero est, quia Deus in illo est manifestatus in carne. Ergone igitur, ubi verborum significatus non pugnat, subjecto huic est inhærendum, quia nobilissimum? Festinanter argumentaris, si ita; cum, quod possibile est absolute, statim tale assumas respective. Verbis inhæres, non circumstantiis, quibus involvuntur, & ad quas exigere verba, & eorum sensum determinare oportet. Non materia, sed *forma dat esse rei.* Huc igitur omnis redit possibilitatis ratio, & hoc respectu hypotheses, & una & altera, pariter possibiles esse non possunt. Esset id ejusdemmodi, ac si diceres, in hoc mundi systemate æque fuisse possibile, Celeb. BARKEY Cothenis, & Rever. ZACHARIÆ Bremæ divina oracula annunciasse, quod æque possibile non fuit, positis his rerum circumstantiis. Sequitur inde hypothesin possibilitatem non habere, quam

 per

per circumſtantias, quæ in hoc genere nihil ſunt aliud, quam ipſum orationis filum, ſeu ſcopi & nexus indoles, qui cum non vagus ſit, ſed fixus & determinatus, has & non illas notiones poſtulat, hoc & non aliud ſubjectum, hanc verborum exegeſin & non alteram. Quod bilateralem aliquando, ut ſic eloquar, divina effata nobis ſiſtere videantur adſpectum, ex noſtra oritur ignorantia, & hanc vel verborum & ipſius enunciati obſcuritas parit, vel mens de ſermonis tenore, nexu & ſcopo dubia & incerta, ſi non generaliori, ſaltem particulari & ſpecialiſſimo. Ubi vero de his nulla datur cauſa dubitandi, non difficili negotio eruitur, hanc & non aliam vocum explicationem eſſe poſſibilem, & ab hoc *poſſe* recte valere conſequentiam ad τὸ *eſſe*.

§. 3.

Jam propius ad ſcopum & nexum. Dixit de his, quod in genere ad rem ſatis eſt Cel. BARKEY, & cum dilucide Propheta prodat, quid indigitet, hæc quidem ſunt extra controverſiam. Statim tamen, quod verba attinet, de quibus quæritur, prolabimur ad *verſ.* 21. & 22. Viam in Canaanem parare, & ſignis publicis monſtrare jubet Propheta populi duces, & hoc modo, quo

quo nil desit ad redeundi facilitatem, provida Dei cura efficere voluit. Ultima captivitatis tempora hæc respiciunt, & liberationis primordia. Serio ergo populus admonetur, ut relinquat terram captivitatis, & revertatur, immo ocius revertatur ad patrias sedes. Quid vero filia Israëlis? præpropera non est, hæret incerta, difficultates, quæ a reditu deterrent, format meticulosa, & optime hic pl. Rev. ZACHARIÆ, quod ad has animi perplexi dubitationes, conferri vult Israëlis veteris ad eumdem lapidem offensionem, quæ causa erat, cur ad verba Mosis, exitum ex Ægypto urgentis, non attenderent. *Exod.* VI: 8. Meretur animus ille consilii incertus, & divinarum promissionum immemor severam Prophetæ correctionem. *Filiam* appellat *aversam*, seu se avertentem, ut recte vertit & ad rem apte Vir modo laudatus; & hoc nomine non solum tergiversationis notam subit, sed pergit Propheta: *Quo usque pergeres subducere Te? Syrus* omnium optime, *quo usque dubia eris?* Vult enim suo alloquio motos mentis dubiæ & incertæ fluctus componere Propheta, ne populus pergat Deo liberatori adversari, & huc illuc instabili proposito circumvagus moras nectat, sed tandem difficultates & dubias cogitationes ex animo ejiciat, & ad civitates suas revertatur. Hæc,

si non transversim video, vera verborum est periphrasis; illa vero, quam addere placuit & subordinare Celeb. BARKEY, *quo usque te ipsam ut adulteram prostitues*, cum venia sit dictum, rara mihi videtur Prophetici instituti metamorphosis, & subordinatio, quæ ex studio Arabico, non ex nativa verborum sede & relatione, ortum trahit!

Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum.

Arabes amat Vir mihi desideratissimus, eorumque thesauros, & inde avide expromit, quæ linguam Hebræam ditare & ejus pomoeria dilatare ipsi videntur. Institutum certe, sua laude dignissimum! Bene tamen & in his deliciis, quæ permagnum æstimantur, & fortasse plus justo, dum vel ea, quæ nihil habent reconditi, & omnibus sunt in promptu, non intacta sinunt, observandum illud: *Ne quid nimis.*

§. 4.

Jam ad alia. Erudite, ut solet, differit Cel. BARKEY ad verba, quæ sequuntur: *Nam patravit Jehova rem novam in terra: Femina circumdabit virum.* Exegesin Sacram, instructus præclaris litterarum subsidiis, affectu generoso non solum, sed felici etiam

co-

conatu excellenter promovet, & ut porro promoveat, & scriptis elaboratis, ut facit, orbem eruditum sibi devinciat, rogo iterumque rogo. Quæ Rev. ZACHARIÆ de ordine tractationis admonuit, ne ægre ferat, momentum non habent. Naturalis est, & utique subjectum præmittendum, ut inde pateat prædicati ratio. Quid enim juvat de novitate multa & magnifica loqui oratione, dum nondum constat, quidnam illud novum sit, & qua de causa tali titulo prædicetur. Est ergo novitatis indoles ex subjecto determinanda. In enucleandis verbis & phrasibus Clar. autor sui documenta dat, & quam scientiæ Philologicæ sit peritus.

An vero vox נְקֵבָה, quod Cel. autori placet, *turpitudinis* & *lasciviæ* crimen in recessu habeat, & feminam dicat stupratam fœdissimo modo, & admissariam, id quod tamen absque autoritate Orientali asseritur? quid si cum Rev. ZACHARIÆ dicerem, hæc longius esse petita, ut climax inde aptetur in subsidium sententiæ, forsan non multum opinio a vero aberraret. Fateor tamen, eleganter & ingeniose hæc sunt inventa. *Virgo* primum, dein *filia rebellis*, mox, *femina meretrix*, *cuivis perforata*, *prostibulum*. Addo verbulum de voce סבב, cujus originaria notio derivatur ex Arabico شبّ,

 exar-

exarsit, *accendit* aut *suscitavit ignem*, ut inde idea formetur conversionis significantior, & cum ardenti amore conjunctæ. Hanc ego significationis amplitudinem non susque deque habeo. Quod vero verbi origines attinet, in alteram posset disputari partem, & quæri de Arabica notione, anne potius sit secundaria & accessoria? Prono enim alveo idea exardescendi, amoris, benevolentiæ & sic porro, fluit ex notione Hebræa se vertendi, ambiendi, circumdandi, & forte magis sua sponte, quam hæc Hebræa ex Arabum fontibus.

§ 5.

Sed hypothesis Cel. Viri jam ipsa in conspectum veniat. נְקֵבָה תְּסוֹבֵב גָּבֶר. Hac phrasi nihil aliud declarari autumat, quam conversionem feminæ vel virginis Israëlis, idololatria stupratæ, ad Deum, Dominum & virum vel sponsum suum veterem, purumque & defæcatum ejus ac redintegratum amorem. Judæorum, KIMCHII, ABEN-ESRÆ, & aliorum castra sequitur. Frivola vero esset exceptio, quæ ex eo hypothesi odium pararet, quod Judæorum sit. Ubi verum dicunt, & Judæi audiendi sunt, eorumque scrinia perreptanda, ut in lucem protrahantur, quæ in iis latent veritatis & sanæ mentis

tis argumenta. De sententia ipsa sic opinor in genere; si necessitas urgeret, verba in se spectata sensum hunc figuratum non refugere, nec pompam prologi evilescere, aut mentem magna exspectantem falli, ubi novitatis, excellentiæ, magnitudinis idea applicatur conversioni totius populi, antea per omnia idololatriæ scelera turpissime conspurcati, nunc vero ad verum Dei cultum ejusque amorem religiose ex suo errore declinantis. Vide ipsum autorem de hac materia disputantem in hac *Biblioth. cl.* IV. *fasc.* 3. *p.* 497, 498. Addo ex VITRINGA ad *Jes.* LXIV: 21. magni nominis Interprete; *videbantur*, ait, *potius in exilio ad idololatriam esse seducendi, quam seducti se ad Deum conversuri.* Res ergo miranda, novum & præclarum, quod præter exspectationem se sistit, phænomenon. Et cum in his rem suam agat exegeta mascule, ad comprobandam, quam dedit explicationem, non inepte ex collatione *Hos.* II: 6, 7. ubi idem conversionis emblema, quod in loco Jeremiæ mente sua concipit, adminicula petuntur.

§. 6.

Hæc largior. Nunc habe, quæ in explicatione desiderari possunt, mea quidem opi-

opinione, quam, ut ordine procedam, ad regulas, quas ipse Cl. autor in primordio dissertationis suæ dedit, alligare, & ex amicitiæ lege audacter proponere, suo tamen examini subjicere volui. Videamus canones. Tria requirit Vir Cel. ne hoc negotio precario & dissolute, sed, ut interpretem decet, solide perfungamur. 1°. Nexum urget. Optime, quæ enim est interpretationi veritas, certe nulla, nullum pondus, ubi non est cohærentia; omnis in illa cardo rei vertitur. 2°. Dictionis significatum vult attendi. Procul dubio, voces sunt notionum signa, nil intelligis terminis non intellectis. 3°. Paralleliam denique aliorum vaticiniorum; Imo vero, si contorta non est & gratis assumta, verbis & rebus non parum lucis adspergit, & ad illustrandam ac demonstrandam explicationem magni est momenti. Similis enim similium est ratio, & quod verum est in uno, in altero falsum esse nequit. Omnis ergo meæ disquisitionis habitus ad hæc tria capita conformari debet.

§. 7.

Initium facio, ordine retroverso, a loco parallelo *Hos.* II: 7. Ubi Propheta ex hypothesi, idem dicit, quod Jeremia. Addit tamen Cl. autor, *fere* idem dicit, & sic de iden-

te loquitur dubitanter. Immo vero
lubito, an hæc vaticiniorum collatio
dita. Venit apud Hoſeam Iſraël ſub
: uxoris adulteræ, quam ſcortatio-
enitet, quare propoſitum declarat ad
n legitimum revertendi. Equidem
hoc ſchema Cl. autori & in loco Je-
mihi vero ita non videtur. Fateor
de conjugio fœderali, quod ab Iſraë-
itum erat factum, mentionem injici.
c fit in tranſitu, & in aliis rerum
ſtantiis. Non obſcure in iſtis verbis
ontinetur, quare Novum fœdus erat
dum, & ut conſilii divini neceſſitas
de fœderis Sinaïtici inconſtantia &
loquitur Deus; fere eodem modo
ſtolus ad *Rom.* VIII: 3. & *Hebr.* VII:
II: 7. Eſt ergo in his verbis reſpe-
iidam particularis, & quæ ως εν πα-
nguntur, materiæ ſubſtratæ ſunt ac-
odata, non vero characterem conſti-
ſcenæ Propheticæ, quæ ceteroquin
di relationis nulla habet veſtigia.
ta in tota pericopa ita agit, ut facile
ias, quo animum intendat. Crimina,
triam, adulterium, Iſraëlitis non in-
, nec vapulat populus ſermonis auſte-
Blande loquitur; non aculeum ha-
erba, ſed ſpirant mel & roſas; Bar-
iunt, non Boanergis. Eſt enim oratio
ex

ex genere consolatorio, non reprehensorio. Vocatur populus *Virgo*, *filia Israëlis*, non γενεα σκολια, μοιχαλις και αμαρτωλος; nec denominatio *Filiæ aversæ* in hunc sensum trahi potest, quæ ex tenore orationis animi suspensi & in varias partes divisi est indicium, non impudicitiæ & turpitudinis. De his supra jam dictum, ubi simul notavimus illam *prostibuli* notionem, quæ quidem in hypothesi, non in textu & nexu involvitur. Hæc cum ita sint, multa ansa non datur, de relatione tali, quæ est inter Virum & mulierem adulteram, cogitandi. Est e contrario in præsenti rerum serie inter Deum & Israëlem alia prorsus relatio, quæ ab isthac est alienissima. Deus Israëli est *Pater*, pater *misericors*, de cujus misericordia, amore, benevolentia vel *ima viscera* testantur. Israël est ejus *primogenitus*, *filius charus*, *natus suæ oblectationis*. vs. 9. & 20. Quid tam distans, quam hic respectus a figurata Hoseæ dictione de uxore adultera ad virum suum priorem, illum scilicet, de quo modo memoraverat, revertente? cui tamen schemati, cum inhæreat Viri Cel. explicatio de femina virum circumdante, ex parallelia, dum Propheta noster in alia schesi versatur, sibi gratiam conciliare nequit; & illam hoc quidem nomine non sat firmo stare talo, atque Jeremiam verbis citatis aliud quid,

quam

apud Hoseam est, dicere voluisse, videtur.

§. 8.

:c de parallelia. Quod verborum sig-tum attinet, non operose agere mihi .tui. Quod nulla sit necessitas tam e & odiosæ notionis, quæ voci נקבה licatur, jam vidimus. Hic in genere o voces istas נקבה & גבר etiam non ssario conjugalem relationem involve-jualis est inter maritum & uxorem. ; sunt nomina; quæ conjungi possunt o respectu, quam conjugali. Immo, ; mihi quidem locus occurrit, in quo 'irum dicat *maritum*, & נקבה *feminam itam*, qui significatus tamen in hoc ite, tamquam exegeseos fundamen-substernitur. Fallitur certe STOCKIUS, נקבו putat tali notione venire *Numer.* [: 15. Hæc eadem vox, quantum cio, nullibi de populo Israëlitico usur-. Et in hoc Jeremiæ loco, ubi popu-virginem Israëlis denominat filiam am, quam his verbis alloquitur: *nam n creavit Deus in terra, femina circum-Virum*, feminam hanc a virgine ista ia certo respectu distinguit, quod in-esse potest, feminam hic non generatim

tim totam gentem Iſraëliticam indicare, ſubjectum aliquod ſpecialius, quod ut ı ſub toto comprehenditur.

§. 9.

Denique nexus ratio eſt habenda. Qı parum præſidii accedat hypotheſi ex ne: & illa, quam nexus refugit, proſtibuli tione, dictum eſt ſatis. Hæc non amp urgeo, cum reſtent plura, quæ difficultaı pariunt. בארץ procul dubio innuit, factu quod hic memoratur, Dei creatrici m: poſt reverſionem Iſraëlitarum exſtiturum ı in terra Cananæa. Pro facto iſto ſume hypotheſi populi converſionem, quæ igi ad illum terminum, ut enunciatum ſibi cı ſtet, erit redigenda. Et nihil habet Cel autor in contrarium. Ultima captivit: tempora & liberationis initia ex vſ. 21. nunciat, & hoc non obſtante gentem Iſr liticam, ut adulteram adhuc & idololatı addictiſſimam, graphice depingit. Quo vı modo hæc ſcena ad nexum Prophetiæ q drat? quæ converſionem Iſraëlis jam pı ſentem, non futuram, non minus graph ſupponit. vſ. 18, 19. coll. *Thren.* V: ſeqq. Rev. ZACHARIÆ in diſſ. ſua p. 5ı hoc incommodum jam obſervaſſe videtı *credibile eſſe*, pronunciat, eam *jam in Baı*

factı

factam. Ego vero, non hæsitabundus, sed confidenter, ante reversionem factam esse affirmo, saltem quoad maximam populi partem, & generaliorem ab idololatria crassissima in bonam mentem reditum, quod opus felicissime cœptum postea pio zelo Doctorum & Virorum antistitum, quibus magna erat cura reformandi, variosque abusus & nævos adhuc superstites tollendi, magis magisque est consummatum. Postulat id orationis divinæ in hac pericopa ratio. Non enim videtur Deus tam blande cum populo velle loqui, uti inprimis facit in hoc capite, si ejus mutatio in meliorem mentem non esset supposita. Vigente adhuc universali idololatriæ crimine alio prorsus utitur sermonis genere. Postulat id modus agendi generalis, quem in viis suis Deus, Rex & Judex gentium, sequitur, & demonstratio divinæ justitiæ, sapientiæ & bonitatis in mundi regimine conspicua; pœnas infligit propter peccata, & non aufert, nisi intercedente pœnitentia & conversione. vide *Jer.* XVIII: 7-10. *Ezech.* XVIII: 21-24. &c. Postulat denique specialior Dei cum Israële œconomia, vel ad has ipsas circumstantias applicata. Erat illa populi conversio conditio, *sine qua non* exspectanda erat ex captivitate liberatio. Sic rerum venit ordo in illustri Mosis vaticinio, de quo nullus datur

locus disceptandi. *Deut.* IV: 29, 30, 31. XXX: 1, 2, 3. seqq. quocum confer *Jerem.* XXIX: 12, 13, 14. Si similia huic schemati quæris, utique illa Salomonis legi merentur 1 *Reg.* VIII: 46-53. 2 *Chron.* VI. 36-39.

§. 10.

Hoc ergo nomine nexus & divinæ œconomiæ rationem non assequitur hypothesis; addenda sunt, quæ nexum spectant specialissimum. Equidem extra controversiam est, verba Prophetæ proxime cohærere cum immediate præcedentibus: *Quo usque pergeres subducere te, o filia aversa!* Verborum periphrasin supra dedi; jam tollere vult Propheta illas se subducendi causas, & anxios mentis incertæ propositi, & hac illac fluctuantis, affectus. Audi jam, quomodo id facit, *nam*, ait, *patrabit Jehova novum in terra, femina circumdabit virum*; quæ verba si ad explicationem datam intelligas, hunc habebis sensum: Ne time, filia aversa! difficultatum, quæ tibi obversantur, rationem non habe, age nunc, revertere, quid dubia hæres? nam Jehova hoc novum opus in terra patrabit, quod te ab idololatria ad verum Dei cultum sis conversura. Fateor me nihil hic videre, quod apposite & ad scopum præsentem sit dictum. Pellere vult Propheta

timorem, lapides offensionis removere, ad exitum ex Babele incitare, & loquitur de populi conversione. Qui hæc cohærent? Estne talis agendi modus vera μεταβασις εις αλλο γενος? Nisi me fallit animus, & parum prospiciunt oculi, habent aliquid verba in recessu, quod huic fini est accommodatius.

§. 11.

Videamus, an altera hypothesis, quæ est communior Christianorum, & quam plur. Rev. ZACHARIÆ tuendam suscepit, sua se probabilitate commendet. Ne vero dissertatio in nimiam longitudinem excrescat, rem absolvam non verbosus, sed in rerum pondera attentus. Veneror in amicissimo Viro meditationum pietatem, &, qua est ornatissimus, scientiam vere Theologicam. In ideis versatur possibilitatis & nobilitatis. De his jam supra, & nemo ibit inficias, esse, quod tractandum sibi sumit, subjectum nobilissimum. *Magis*, inquit, *decet Christum quærere, quam non quærere.* Apophtegma est Theologo dignum. Bene tamen sententiam adstrinxit cautioni, ne eveniat, ut quidem pie quæratur, sed labore irrito, ac locum habeat, quod dicit Angelus feminis: *Non est hic*; vel illud Servatoris: Si quis vobis dixerit: *Ecce hic Christus aut hic, ne credite.*

 Matth.

Matth. XXIV: 23. XXVIII: 6. Imo generalis revelationis divinæ ſcopus, cui cetera ſunt ſubordinata, *Chriſtus* eſt. *Scripſit eum Moſes & Prophetæ. Joh.* I: 46. *Teſtimonium Jeſu eſt ſpiritus, Prophetiæ. Apoc.* XIX: 10. In ſubjecti vero determinatione, quod per circumſtantias & certa criteria eſt limitatum, non agendum ex ſcopo generali, ſed ſpeciali; Notum eſt illud AUGUSTINI, *quod in Scripturis omnia ad Chriſtum referantur*, qua vero moderatione ſit intelligendum, jam docuit JO. TARNOVIUS *in epiſt. ad lectorem* II. *exercit. Biblicis* præmiſſa, & S. GLASSIUS *Phil. S. Lib.* II. *part.* II. *ſect.* II. Urget Rev. Vir, *nexum non in ſe eſſe conſiderandum, ſed in collatione cum verbis, quæ in nexu obveniunt.* Cum grano ſalis tamen hic canon eſt accipiendus propter petulantiam quorundam hominum, qui ad verborum adſpectum mirifice ſibi placent, & nexus rationem non habent, quam ex inventis ſuis. Hi illi ſunt, qui egregie & ſubtiliter luxuriari conſueverunt, ubi verba offendunt, extraordinarium, ſublime quid & magnum ſonantia; ſtatim myſterioſe cogitant, & ſubjecta effingunt exſtantiora, per ſaltum ſcilicet, invito ſæpe omni nexu. *Næ! faciunt illi intelligendo*, ut ait Comicus, *quod nihil intelligant.* Bonum factum! noſtra ætas, quæ ad modeſtiorem mentem & ſolidiora exe-

exegeseos principia est reversa, hos ingenii lusus intra cancellos suos redegit, utinam penitus profligasset. Risum movent id generis evagationes, quin aliquando ansam dant incredulis vertendi in ludibrium sacratissimas religionis veritates. Rideant autem Judæi, dum *Christum* in Prophetiis quærimus, aut rumpantur invidia; quid id ad nos attinet? Ita bene Doctiss. ZACHARIÆ. Sensum communem habent, quis negaret, vel ipsis cognoscendi facultatem denegaret. Hoc tamen est verissimum, gentem infelicem ejusque sapientes de spiritualibus regni Dei, & ejus justitia stultissime sapere. *Oculos habent & non vident, aures & non audiunt* *Jes.* VI: 9, 10. *Matth.* XIII: 14. *Velamen cordi eorum impositum est ad hunc usque diem.* 2 *Cor.* III: 15. Homines sunt vere ψυχικοι, terrenis ita irretiti, ut non percipiant τα του πνευματος του Θεου. 1 *Cor.* II: 14. Hoc tamen non obstante vel Judæorum causa, *in quærendo Christo*, non incaute est agendum sed cogitate, ne nimis præcipites veritati noceamus, aut nobis ipsis imponamus. Ubi Christus est, *signa* adsunt, quibus ab aliis potest dignosci. *Luc.* II: 12. suntque ista sat dilucida, & tanta est characterum significantia, atque cum temporis & loci circumstantiis congruentia, ut illum videre possis, quemadmodum, quando oculi sunt aperti,

ſolem vides, in medio cœlo luce ſua ſplendentem. Optime a Viro Rever. hanc in rem citantur vaticinia *Jerem.* XXX: 9. & 21. Centum alia poſſent addi.

§. 12.

An vero locus, qui eſt in quæſtione, hujus ſit naturæ, non dixerim. Autori parallelus videtur *illuſtri Prophetiæ Jeſ.* VII: 14. Sed quanta differentia! Ibi *de Virgine gravida, de partu Virginis, de Filio, quem parit, & ille Filius* eſt עמנואל, Θεανθρωπος. Quam diſtincta omnia. Non inducitur, ſed rapitur mens attenta & ad divina oracula non ſtupida, per determinationes individuales, in venerandi myſterii miraculoſæ incarnationis & nativitatis Criſti ex femina, virum non paſſa, contemplationem, & nihil reſtat dubii ex Matthæi, Viri Θεοπνευςου, conſenſu. Quid vero hic? an termini per ſe & abſolute eo ducunt, & radiantia præ ſe ferunt *Chriſti incarnati* indicia? non putem. *Novum* quid prædicatur, ſed quam multa nova dici poſſunt? nec eſt omne, quod novum eſt, miraculum. *Femina ambit Virum, eſt loquutio admodum emphatica.* Imo habet emphaſin, ſed diverſo modo ambire poteſt, quæ cogit neceſſitas cogitare de ambitu per conceptionem? *Eſt vero heic loci Vir infans maſcu-*

lus,

ϑ· *αῤῥην*. *Apoc.* XII: 5. & quare non
is adultæ ætatis? ubi character se
tam pressi & determinati significa-
Quam apte & concinne tamen phrasis
embryonem a matre conceptum, quem
ν ἐχουσα quasi circumdat, & amore
amplectitur! Sed exprimit ex hypo-
cum nulla dictionis in hunc sensum,
vulgari prorsus declinat, acceptæ,
exempla, nec autoritas. *Immo vox*
on sine causa hic legitur, est nomen sexus,
ierale est, & in idea prima non ad aliam
n, quam quæ adhuc illibata, adeoque
t, ducit. Verum enim vero, si prio-
ut ita loquar, ratio est habenda,
non *ideæ primoprimæ*, quæ non est
iubilis & ad conceptionem apta, sed
nfans. *Est vero heic loci Hebræa vox*
ii denominatio, נקבה *feminam notat om-*
determinatam. Sed non ex generali
e, nomen enim sexus est. *Vide ta-*
a Gen. I: 27. V: 2. *Creavit Deus ho-*
, marem & feminam creavit eos. Et
si & hic, cum זכר & נקבה sexus
mina, verba ita vertas: Deus creavit
em, *generis masculini & feminini* crea-
s; an hoc videri posset absonum &
linguæ contrarium? Sed esto, Evam
נק nominari, notione individui; ergo
eremiæ loco נקבה est femina indivi-

 dua.

dua? Non sequitur. Eva vero, cum adhuc sola esset in terris, an alio nomine potuit nominari quam sui sexus? Quin etiam sexus idea in voce נקבה involvitur, cum in Eva, ut femina & matre omnium primâ ceteræ omnes includantur, id quod, si systemati Illust. HALLERI sua stat veritas, vel sensu physico dici potest. Vide Viri insigniter & elegantissime docti *Memoires sur le Poulet*, &c. *Mem.* I. *&* II. ac *Corollaires melés* l. c. ut & C. BONNET, variarum Academiarum socium, *Considerat. sur les Corps organisés*, qui HALLERI partes sequitur, & cum ejus observationibus confert HARVÆI experimenta *in exercit. de coitu cervarum & damarum*, quarum Illust. MAUPERTUIS jam fecerat mentionem, suo tamen conceptui litans, in libro *Venus physique*. Hæc vero non attingo, quia ad rem magnopere necesse est, sed quia objectum est nobile, & ulteriori indagine dignissimum. Optandum ergo, cum Viri ceteroquin perspicacissimi dum sunt in experiundo, aliquando committere possint *vitium*, quod Logici vocant, *subreptionis*, ut plurium, qui in his studiis excellent, curiositate & iteratis observationibus hæc de propagatione doctrina, quæ Philosophis est momentosa, tandem extra dubium ponatur.

§. 13.

§. 13.

E diverticulo in viam redeo. Cum ergo per verba ipsa & phrasium indolem, si absque respectu considerentur, nullum hypothesi concilietur præsidium, de nexu & scopo jam dispiciendum est. Quod *vs.* 33, 34. de Fœdere Novo Deus ipse annunciat, hypothesis in suas partes trahere liquide non potest. Utique tempora hæc feliciora liberationem ex captivitate erant subsequutura; Esse vero, quæ de his prædicantur, res alius commatis & generis, quam Propheta antea memoraverat, satis patet ex verbis distinctivis: *Ecce veniunt dies.* Collatio *vs.* 25. cum *Matth.* XI: 28. quæ Doctiss. autori placet, multum habet δουλειας υποθεσεως. Inspice versum anteced. 24. cum quo *vs.* 25. αιτιολογικως connectitur, & admitte hæc placita., quæ & qualis cohærentia? Quod scopum attinet, vellem Virum Rev. non hæsisse in generalioribus. Non enim sufficit, cum illis hypothesin non pugnare; imo inservire consolationi piorum in captivitate, & ut populus ad reditum in terram Canaänem moveatur. Hoc concedi potest. Sed ex hac generali idea præsentis nexus ratio datur non nisi vaga. Dubia illa, quæ filiæ Israëlis obversabantur, curatius erant deter-

 mi-

minanda, & quid causæ fuerit hoc inprimis temporis articulo, cur adhuc suspensa & a reditu aversa tenebatur. Utique determinationis ejusmodi necessitas vel inde patet, quod criteria suppeditasset, quæ sensum vaticinii suis limitibus circumscribere, & quid ad hunc rerum adspectum, scopum & nexum, non remote, sed proxime, non vage, sed nominatim, presse & expedite, erat comparatum, indicare potuissent. Vide de his infra. Imo, non verba solum mox præcedentia, sed & statim subsequentia ad calculos voçari debuissent. Non enim difficulter constat, novum istud, quod Jehova erat patraturus, ex hoc nexu *vs.* 23. esse inter ea, propter quæ *verbum hoc in terra Judæ & civitatibus ejus sit dictura redux multitudo captiva: Benedicat tibi Jehova, o habitaculum justitiæ, mons sanctitatis!* Quas acclamationes, gaudii insignis testes, præsens rerum status, non futurus, & beneficia temporalia, quibus reduces in illa terra jam erant mactati, læto animo exprimebant, *nam*, ita sequitur *vs.* 24, *habitabunt in ipsa Judæa, & omnibus civitatibus ejus pariter agricolæ & pecuarii.* Pertinet ergo illud novum ad benedictiones, quæ non post secula in terra Judæ exstituræ essent, sed quas Israëlitæ exspectare poterant nunc in terram reversi, & non diu post. Agitur de *desiderio*

ad-

adveniente, non de spe protracta. Prov. XIII: 12.

§. 14.

Jam huic scribendi generi modum facere possem. Celeb. BARKEY morem gessi hoc meo, de controversis ad locum Prophetæ hypothesibus, qualicunque judicio interposito. Sufficit pugnasse. *Armatorum copias præstolatus est* Vir Clariss. Miles ego levissimæ armaturæ periculum detrectassem, nisi a pugnæ flagitatore fuissem irritatus. Habeat sibi & suæ importunitati, amicissimæ tamen, quod cum ipso manus conferre debuerim. Ne vero destruere velle, non ædificare, videar, paucis expediendum erit, quid mihi de Prophetæ verbis sit animi, eo quidem fine, ut Viris, amicorum optimis, & ego proponam, quod, si tanti est, examinare, & si nullam habet veri speciem, repudiare possunt. Tela intendant; apponam lucro, & ex hoc conflictu me fore instructiorem non dubito. Docere non volui, sed discere. Post lustrum sexagenarius modeste de mea capacitate cogito, & cessit cupiditati discendi, & nil nisi, quod sit verum & solidum aucupandi, illa, quæ in juvene erat, pro concepta opinione animositas. Hanc ego mentis indolem *in hos*

annos

annos solam vivendi rationem optimam duco memor ejus sententiæ, POMPONII incertum ai S. JULIANI, *qui dixisse fertur*, καν τον ετερον ποδα εν τη σωμω εχω, προσμαθειν τι βουλοιμην. i. e. *Et si alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiscere. L. 20. D. de Fideic. libert.*

§. 15.

Explicationis fundamenta non e longinquo arcessam. Amo facilia & a proximo petita. Nihil afferam, quam quod est familiare, & contextui orationis consentaneum. Ipse Jeremia dux mihi erit, & claves porriget, quibus hæc recondita, ut multis visum est, non difficili negotio reserari possunt, & si cum his, quæ Propheta suppeditat, conferamus alia istius generis vaticinia, nihil in hoc enunciato adeo obvolutum nos reperturos puto, ut sistere gradum aut multum gravari necesse habeamus. Sed ne exordio benevolentiam captare videar, rei ipsius faciamus periculum. Ante omnia velim *loca* Celeb. BARKEY *jam citata* p. 569. non leviter tangi, sed serio & attente ponderari, quorum alter est *Jes.* XLIII: 19. alter *Jes* LXV: 17, 18. Miror Virum Clar. qui tam oculatus est, in his locis non invenisse, quod magis & definitive ad diluci-

dan-

danda verba Jeremiæ facere potuisset. De argumento Prophetiarum, scopo & nexu, non inquiro; verborum analogiam, & generalem rerum respectum in oculis habeo. Quod *Jesaias* c. XLIII: 19. עשה חדשה vocat, Jeremia exprimit per ברא חדשה, utrinque *factum novum*. Et inprimis inhæreo loco *Jes.* LXV: 17, 18. Nam licet ille gloriosum œcŏnomiæ novæ statum in ultimis temporibus respiciat, non difficulter, qui styli Prophetici non imperiti sunt, mihi concedent, felicitatem illorum temporum delineari verbis & phrasibus, ad rerum fa- ciem post reversionem Judæorum in Canaanem alludentibus. Multa dantur apud Jesaiam & in aliis locis allusionum hujus generis exempla, quæ ex typica relatione liberationis Judæorum ex Babele procul dubio originem trahunt. Non ergo a re præsenti alienum est Jesaiam cum Jeremia conferre, quod ad verborum paralleliam & respectum attinet, & ὁμόψηφον allegare. Imo, si dicerem, Jeremiam in hac pericopa stylum Jesaiæ imitari, & eodem dictionis genere uti, non abs re dictum foret. Loquitur Jeremia de *possessione terræ jure hæreditario*, וירשוה, c. XXX: 3. idem dicitur *Jes.* LXV: 9. *A plantantibus vineas fructus earum, & non ab aliis, comedendos* prædicit *Jes. vs.* 21, 22. idem *Jer.* XXXI:

5. *De caula gregum & cubili armenti. Jes. vs.* 10. & *Jer.* XXXI: 24. XXXIII: 12. *De plenitudine gaudii & exsultationis, vocem fletus & mœroris subsequutura*, vaticinatur *Jes. vs.* 18, 19. & huc redit, quod habet Jeremia c. XXX: 19. XXXI: 4, 12, 13, 15, 16. *Deus ipse gaudet* de populi felicitate *Jes. vs.* 19. itidem *Jer.* XXXII: 41. *Creatur novum* quid utrinque, estque illud κατ' ἐξοχην *opus Jehovæ. Jer.* XXXI: 22. XXXIII: 2. coll. *Jes. vs.* 17, 18. *Sunt in Judæa, qui de hoc novo sibi invicem benedicunt per Jehovam. Jer.* XXXI: 23. quod cum illo *Jes. vs.* 16. colludit, *qui sibi benedicturus est in terra, benedicet sibi per Deum veritatis.* Nec hæc μιμησις a Prophetæ stylo aliena est, qui in quam plurimis aliis locis scriptioni Jesaïanæ est simillimus. Vide quæ Jeremia de Moabo prænunciat c. XLVIII: 5, 20, 29, 33, 37. & confer. *Jes.* XV: 2, 3, 5, 6. XVI: 6, 7, 10. Deridentur *Jer.* X: 3, 4, 5, 8. gentium idola eodem sarcasmo, quo Jesaia utitur c. XLI: 7, 23, 29. XLIV: 14. seqq. XLVI: 1, 7. Idem sæpissime phrasium respectus, eædem emblematicæ & metaphoricæ loquutiones, quin eadem ipsissima verba, conf. *Jer.* VI: 20, 30. cum *Jes.* I: 11, 22. *Jer.* XII: 2. cum *Jes.* XXIX: 13. *Jer.* XIII: 16. cum *Jes.* LIX: 9. *Jer.* XVII: 5. cum *Jes.* V: 19. *Jer,* XVIII:

XVIII: 1-6. cum *Jes.* XLV: 9. LXIV: 8. *Jer.* XXXI: 3, 35. cum *Jes.* XLIII: 4. LI: 15. *Jer.* XLVIII: 43. cum *Jes.* XXIV: 17. &c. Quæ cum ita sint, illa, quam urgeo, styli Jeremiæ in præsenti negotio ad typum Jesaiæ configuratio, ut ita loquar, nemini videbitur ex ingenio conficta, & cum Propheta noster in iisdem temporibus versatur, ad quæ Jesaia alludit, optimo jure argumentari licet, unum cum altero conferri & ex altero illustrari posse, adeoque verba hæc apud Jeremiam ברא חדשה eadem significatione esse sumenda, qua κατα γραμμα veniunt in loco Jesaiæ citato. Nihil in his est, quæ proposui, violentum aut coactum; hoc ergo pede procedamus.

§. 16.

Vocem ברא obvenire, ubi sermo est de operibus providentiæ divinæ potentissimis & admirandis, præcipue, quæ in populi alicujus productione & instauratione conspiciuntur, jam annotavit Cel. BARKEY vid. *Jes.* XLIII: 1, 7, 15. & idem significatus locum habet *Jes.* LXV: 17, 18. Notionem *revelandi* adjicit Vir. Clar. ex VITRINGA ad *Jes.* XLVIII: 7. Significatum non refugio, quamvis de ejus applicatione ad l. c. posset dubitari, de quo infra in fine §. Hæc eadem

dem *revelationis* idea, ex alio tamen principio, arridet NEUMANNO in *Genesi* L. S. ubi verbum ברא derivat a בר & רא, quod cognatum putat cum ראה, & sic ברא ex hac originatione ipsi dicit, *aliquid revelare, seu in lucem & conspectum producere, quod antea non erat visum.* Hæc Viri, in Hebraicis famosissimi, ingenio sunt relinquenda; tango tamen inventum, propter convenientiam cum vera του חדשה, quod Propheta Deum creaturum declarat*, idea, quæ oritur ex conspectu rei, quæ antea non erat visa. *Novum* ergo est, quod antea non fuit, & nunc demum in lucem producitur. Est vero, cum novitatis indoles, ex usu vulgari, a quo phrasiologia S. non deflectit, relationem involvat temporis successivi, hæc idea amplianda ex notione *antiqui*; novum enim opponitur rebus præcedentibus, quæ antea fuerunt, hancque ob causam tanquam antiqua considerantur, abolenda, aut jam abolita; & si denique addis respectum *præstantiæ*, quæ novo, ut præcellentiori, locum facit præ veteri, completam habes του חדשה notionem, quæ in vaticinio nostro non est mutilanda, sed in omni suo ambitu admittenda. Id enim postulant verba parallela, jam supra ex *Jes.* XLIII: 18, 19. & LXV: 17. citata, ubi חדשה est oppositum *priorum illorum & antiquorum, quæ,*

pro-

ropter *præstantiam novi*, *non amplius comme-ıorabuntur*, *neque in mentem venient*; & cum :atim in hoc ipso capite de *novo* & excel-entiore *fœdere*, quod pro *veteri & antiquando* :rat substituendum, Propheta vaticinetur, ocis significatus in verbis nostris perspicue atis se prodit. Nulla ergo urget necessitas, id quod obviam est, cum VRIEMOETIO *ad dicta class.* V. T. repetendi ex Arabico حدث *polire ferrum*, & ita *gladium ac cul-trum micantem reddere*, ut inde aliquid *lucidi* formetur; & cur non aliquid *novi*, dum ferro, quod poliendo ab ærugine purgatur, & sic etiam gladio & cultro, qui itidem tali politura pristinum nitorem adipiscuntur, sua novitas redditur. Sed esto, Arabicum istud revera & originitus lucidum quid & micans exprimere, notio hæc ad verbum חרשה in loco nostro applicata non est nisi partialis & secundaria; subordinari potuisset: prima autem & nativa, quæ sua se implicitate & auctoritate commendat, om-ıemque, quem dedi, novitatis conceptum :xhaurit, non debuisset deseri. Dixi jam upra, & non sine ratione, *ne quid nimis*. De significatu vocum ברא & חרשה jam atis; quod usum verborum attinet in com-lexu, ברא חרשה, hoc velim non præter-nitti, amare Jesaiam sub idea *novæ creatio-*

nis proponere liberationem populi ex exilio; ejusque consequentia, statum scilicet populi ex suo interitu & cinere quasi renascentis; quæ observatio ad determinandum verborum Jeremiæ sensum utique momentum habet, & interpretamenta, quæ ad hanc ideam non ducunt, tanquam a proposito aliena removet. Video VITRINGAM id jam notasse de voce חרשה ad *Jes.* XLVIII: 6, 7. verbum autem ברא refert ad *revelationem* decreti divini de reducendo populo, nunc majori claritate, quam antea, factam. Sed nil video orationi & scopo contrarium, si & heic loci ברא referatur ad ipsam liberationem, quæ dici potuit tunc jam esse *creatam*, si consideratur in circumstantiis suis præparantibus, quæ per admirandam Dei providentiam, cujus arcano regimini vel animus Regum, omniaque hominum consilia sunt subjecta, in illa temporis periodo, de qua Propheta loquitur, ita jam erant dispositæ, & in talem ordinem & nexum redactæ, ut inde effectus, seu liberatio ipsa, certo certius poterat exspectari.

§. 17.

His præmissis definite explicandum erit, quid jam illud novum sit, quod Jeremias pronunciat, Jehovam in terra Canaane esse crea-

creaturum. Ex mente interpretum hoc novum verbis, quæ sequuntur; Propheta declarat: *Femina circumdabit Virum*. Posset tamen omnis verborum complexio, duplici modo considerari; ita quidem, ut non unam propositionem, sed revera duas complectatur, quarum prima יהוה בורא חדשה sit enunciatum principale, res ipsa, de qua Propheta vaticinatur, altera נקבה תסבב גבר prioris consequens & effectus, & tunc verba in hac connexione venient. *Jehova creavit novum in terra, & propter hanc novi creationem femina circumdabit virum*. Vel ex communi sententia vaticinium ad unam propositionem redigi potest, cujus subjectum est נקבה תסבב גבר, prædicatum vero in verbis, quæ præcedunt, continetur, & tunc hic sensus emergit: *Jehova creavit novum in terra, & illud novum in eo situm est, quod femina circumdabit virum*. Nihil interest, qua ratione enunciata ordinentur. Res eodem redit, & non variat, quam in modo rem considerandi, estque talis thematum ad se invicem respectus, ut unum alterum includat. Ne vero de via trita nimium deflectamus, sequemur verborum dispositionem, quæ interpretibus placet, & sic נקבה תסבב גבר effati Prophetici subjectum sistit, de quo jam est inquirendum. Ut id fiat accommodate, & ad fundamenta explica-

 tionis,

tionis, quæ antea ſubſtruxi, compoſite, in genere *gaudii abundantis* idea ex collatione *Jeſ.* LXV. eſt ſupponenda. Loquitur ibi Propheta de *creatione novorum cœlorum & novæ terræ*, quæ verba alludunt ad populi Judaici e captivitate liberati & in terram Canaanem reducti ſtatum felicem, eorumque res in melius mutatas. Statim addit hujus mutationis conſequens, הנני בורא את ירושלים גילה ועמה משוש nam *ecce ego creo Hieroſolymam exſultationem, & populum ejus gaudium.* Abſtractum hic venit pro concreto, qui mos loquendi ſcriptoribus S. eſt uſitatiſſimus, & hic non ſine emphaſi. Declarat Propheta his verbis Novi illius, de quo erat vaticinatus, veram & genuinam indolem, fore ſcilicet Hieroſolymam, rebus ſic feliciter converſis, plenam exſultationis, & populum ejus gaudio abundantem. Et eſt certe hæc exſultationis & gaudii plenitudo fere perpetuus character, quo Prophetæ illam temporis periodum deſignare ſolent, id quod res eſt ex eorum oraculis notiſſima; vide tamen *Jeſ.* XXV: 8, 9. XXXV: 10. & neutiquam hæc lætitiæ idea ex hac Jeremiæ pericopa exulat; imo urget illam, & variis dictionis figuris elegantiſſime decorat. Loca tantum citare ſufficit, in ſequentibus propius in ſcenam producenda. *Jer.* XXX: 19. XXXI:

4,

4, 12, 13, 25. XXXIII: 11. Est ergo illa nova creatio, de qua Jesaia vaticinatur, ut verbo repetam, reapse nihil aliud, quam hæc gaudii abundantia, quæ Hierosolymæ ejusque populo jam in Canaanem reducto a Jehova erat paranda; & ad hanc ideam hoc, de quo quæritur, Jeremiæ effatum comparatum esse, nullus dubito.

§. 18.

Quid vero, dices, hæc faciunt ad verba נקבה תסבב גבר? imo faciunt egregie, & ipsa illa verba exsultationis & multi gaudii significationem præ se ferunt. Tropo in Sacris familiarissimo *signum hic venit pro signato*, gaudii testificatio pro gaudio ipso. De vocum notionibus paucula sunt notanda. נקבה & גבר nomina esse sexus, non singularium sed singulorum, supra jam dictum est. Sic feminas habes & mares. סבב in genere *vertendi* notione venit; usurpatur de versionibus in hanc vel illam partem, & quovis modo fiant, iis præcipue, quæ fiunt *in circulum*, ut bene notavit LEIGHIUS in *Critica S.* hinc est, quod *ambire*, *circumire*, *circumdare* significat. LOESCHERUS *de causis Ling. Hebr. Lib. II. c. 6.* in ea est sententia, סבב simplex suum סב supponere, & significare *copiose*, *multis vicibus varioque modo cir-*

cumdare. Mitto hypothesin de *primitivis bilitteris*, *&* *geminata alterutra radicali*, ad quam significatum efformat. Variis illam modis esse precariam demonstrant Viri harum rerum peritissimi. Ex multis nominasse sufficit Rev. C. VAN WAENEN, de cujus amicitia mihi gratulor, adversus hypotheseos patronos, NEUMANNUM, ZIEROLDUM, LOESCHERUM, & doctum quendam Suecum, Mag. JO. ENGESTRÖM egregie disputantem in eruditissima dissertatione *de L. H. pomœriis ampliandis. c. I. sect. I.* Hoc tamen asseverare ausim, quod ipsam notionem attinet, non esse, cur illos circumdandi varios modos, qui fiunt copiose, iterata vice, &, ex mente LEIGHII, ad instar circuli, repudiemus. Vel ipsa circumdandi idea tale quid sibi sumit, &, si autoritatem quæris, exempla te non fallent. Hanc ergo notionem amplector; emphatica est, & rem præsentem non solum exprimit, sed graphice & eleganter figurat. Siste tibi nunc, si veram vis, quam verba hæc נקבה תסבב גבר ferunt imaginem, siste tibi *feminarum* χανηγυριν, quæ se ad *viros* jungunt, eorum *latus*, quæ Latinorum dictio est synonima, *cingunt*, eos *circumdant*, *magna copia & circulatim* ambiunt, cumque ipsis *multis & variis modis*, canendo, saltando, ludendo, magnam lætitiam demonstrant. Hac ergo phrasi

Pro-

ropheta Hierosolymam, prout ex *Jes.* LXV: 9. vidimus, pingit exsultationis plenam, usque populum gaudio abundantem, & uale illud gaudium, quod sensus beneficio-um, quorum Judæi facti erant compotes, xprimebat, sit futurum, declarat; scilicet on solum exterius se prodens, reduces ad iotus corporis animi affectui convenientes icitans, & se per os & varios gestus expli-ans, sed &, quo magis pateat affectus iagnitudo, *choros repræsentat*, *in coronam euntes*, multitudinem inprimis *puellarum & minarum*, *mares multifariam circumdantem* : suo exemplo præeuntem, quæ lætantium urba publice in statis festorum, aliisque etis diebus, & ubicunque occasio ferebat, oncentu Musico, vocali & instrumentali, um saltatione & varia gaudii testificatione, berationis ex exilio & alia, quæ illam rant subsequuta divina beneficia grato & etissimo animo prædicabat, sibique invicem e felici rerum mutatione congratulatur, cclamando illud verbum, quod Deus vs. 19. ædicit a populo reduce in terra Judæ au-itum iri: *Benedicat tibi Jehova*, *o habitacu-um justitiæ*, *mons sanctitatis*; quæ acclamatio idetur formula fuisse solennis, & Judæis amiliaris, in diebus lætis, præcipue festis. *Ps.* CXV: 14, 15. CXVIII: 26. Usurpa-am etiam esse in tempore messis, & inter

messores & transeuntes reciprocatam, patet ex *Ps.* CXXIX: 8. coll. *Ruth.* II: 4. Heic loci vero quibusdam videtur formula reducum templum intrantium, quod tamen contextui non est consentaneum, cum hæc verba audiantur in terra Judæ ejusque civitatibus. Hæc illa terra Judæ, & ejus civitates sunt illud *habitaculum justitiæ Jes.* LI: 7. coll. *Job.* VIII: 6. *mons Sanctitatis* est templum. Pro templi ergo cultusque divini, pro Hierosolymæ & civitatum instauratione, & felici constitutione, & sic pro omni Judæorum salute publica reduces his verbis vota faciunt, & ut terra Judæ *benedictionibus divinis* abundet, atque *gloria in illa habitet, benignitatis, veritatis, justitiæ & pacis, Ps.* LXXXV: 10, 11. lætabundi sibi invicem apprecantur.

§. 19.

Dixi de choris, quid vero ad propositum aptius posset dici. In omni antiquitate, ubi de publica lætitia sermo est, chororum fit mentio; id quod, cum pervulgatum sit apud omnes, exemplis illustrare velle, supervacaneum foret. Imo, quando afflante fortuna aliquid erat actum, aut parta reipublicæ prosperitate, imperantium mandato indicebantur chori; Ita perhibet EURIPIDES

in Alcest. de rege Admeto. Αστοις δε πασι τ' εννεπω τετραρχιαις χορους επ' εσθλαις συμφοραισιν ιστανι. *Civibus vero omnibusque impero Tetrarchiis, ut choros ob felicem rerum eventum instituant.* Et heic loci talis σχηματισμος orationi Propheticæ non intruditur, sed illi est convenientissimus. *Prodit ex civitatibus Judæ vox gratiarum actionis & vox ridentium. Jer.* XXX: 19. *Procedunt chori ludentium. Jer.* XXXI: 4. *Lætatur virgo in choro, juvenes ac senes pariter. vs.* 13. ubi τριχοριον vides, cum quo aliquam similitudinem habet LYCURGI institutum, &, quod ex eo sumtum videtur, PLATONIS, de tribus choris, *puerili, virili* & *senili.* Et illa feminarum & marium in choros coitio moris est antiquissimi. Hoc modo se res agebat, cum Israëlitæ, vitulo ab Aarone facto, ad instar Bacchantium genio indulgebant, edebant, bibebant & dein surgentes vitulabantur. Mose de monte descendens in castris videt *choros ludentium & canentium. Exod.* XXXII: 6, 18, 19. Nec in eo laborandum, quod in hac publica lætitiæ testificatione feminis a Propheta primæ dentur partes. *Femina circumdabit virum:* vel scenæ Propheticæ ratio id postulabat, quæ populum sub imagine *Virginis* & *Filiæ* repræsentat, adeoque dicti subjectum præcipue in sexum femininum trahere voluit. Imo sic loquitur non

incongrue ex indole affectus, qui ob t
peramenti naturam in feminis est fort
& magis quam in Viris erumpere, &
externa signa se prodere solet. Hæc
tassis causa est, quare feminarum in di
lætis fere semper præcipuæ fuere pa
Sic vides *Mirjam*, *Prophetissam*, *cum ty*
no in manu sua, *& post eam omnes Israëlita*
feminas, *cum tympanis & fistulis exeu*
Exod. XV: 20. pari modo ac apud Pro
tam *Virginem Israëlis*, *quæ se ornat tymp*
suis & procedit cum choro ludentium.
XXXI: 4. Hæc enim antiquitus femina
erant instrumenta. vid. TILLIUS *Di*
Zang- en Speelkonst p. 1. sect. 6., & si ali
generis ex antiquitate S. exempla deside
habes in *Jephtæ filia*, *quæ patri obvian*
cum tympanis & cum choreis. *Jud.* XI:
& in *feminis ex omnibus civitatibus Israë*
& earum choreis, *in honorem Davidis can*
tibus, *& tympana præ lætitia ac alia ins*
menta Musica pulsantibus. 1 *Sam.* XVIII
Et quam latus esset exspatiandi campus
scrinia Poëtarum compilare vellem, qui
nihil est frequentius, quam choros rep
sentare, puellarum & feminarum, in l
secularibus, variis sacris, nuptiis & a
lætitiæ temporibus, carmina cum salta
ne, quæ *hyporchemata* dicebantur, decan
tium; nec sunt hæ feminarum choreæ
su

uetæ inter hodiernos Græciæ & Orientis populos, uti ex *itinerariis* patet, vid. quæ ex recenti lectione occurrunt, *les lettres de Milady* M. WORTHLEY MONTAGUE. Non abludit ergo a veterum moribus scena Prophetica. In hoc lætantium confluxu primas agunt *feminæ*; hinc *virginum in choro* prima, dein *juvenum* & *senum*, mentio *vs.* 13. *circumdant* mares *catervatim*, tripudio, hymnis, festis clamoribus, & quæ sunt alia hilaritatis profusæ signa, ad gaudia impellunt, & quasi *circulo includunt*; quam circuli ideam ad choros applicare ab effigie, quam antiquitas præbet, nullo modo est remotum. Ita HESIODUS *Scuto Herculis vs.* 201, 202, 203.

Εν δ᾽ ην αθανατων ιερος χορος. εν δ᾽ αρα μεσσω
Ιμεροεν κιθαριζεν Λητους και Διος υιος
Χρυσειη φορμιγγι.

At erat in eo immortalium sacer chorus, in cujus medio
Desiderabile quiddam personabat Latonæ & Jovis filius
Aurea cithara.

Addo in laudem *Christi* de morte triumphantis, quia nostra illustrat, GREGORII NA-

NAZIANZ. *hymnum post silentium in pascha* *vs.* 47, 48. qui est in ejus *Opp.* T. I *carm.* IV.

Σημερον αιγληεις σε μεγας χορ☉ αμφιγεγηθ
Αγγελικ☉, μελπων υμνον επιςεφιον.

Quod ita vertit BILLIUS,

Te chorus Angelicus luce hac lætusque mi
cansque
Victorem cinxit, læta trophæa canens.

Versio nitorem habet. Græcum tamen αμφιγεγηθεν σε, *circum Te exsultavit*, magis *circumdandi*, *&* *circulo cingendi* notionem exhibet. Ut vero lucidissime pateat, esse in his, quæ figuravi, vestigia antiquissimi temporis, animum adverte ad pompæ triumphalis elegantissimum typum in *Psal.* LXVIII. 26. *Præcedebant cantores, post fidicines, inter puellas tympana pulsantes*, quæ TREMELLII & JUNII est versio; non tamen presse sequuti sunt verborum בתוך עלמות תופפות, structuram. בתוך quod cum substantivo עלמות jungitur, formam induit *constructi*, & sic עלמות vox *recta* est, genitivo casu reddenda, eodem modo, ac alia nomina, quæ cum תוך constructa, ejusmodi regiminis exempla præbent. בתוך המים *Gen.* I: 6 ושרה

בתוך השׂר *Gen.* XXXVII: 7. אל־תוך הים
xod. XIV: 23. אל־תוך הקהל *Num.* XVII:
2. &c. Omnium ergo optime ALEXANDRI-
A, εν μεσω νεανιδων τυμπανιςριων; & quæ
llam κατα ποδα sequitur VULGATA, IN MEDIO
uvencularum tympanistriarum. Nihil pictius
osset dici ad mentem meam super verbis
eremiæ explicandam. Imo hæc Poëtæ S.
ictura veram verborum indolem exprimit,
k cum decoris apparatu egregie commen-
atur. *Virgines* habes in Psalmo scenam
enentes, cum *tympanis suis* choros ducen-
es, *in gyros* coëuntes, & *in medio Virginum*
antores & fidicines; Et in nostro vaticinio
'iros in medio, & *circulatim feminarum cater-*
as, *Viros circumdantes.*

§. 20.

Sunt hæc satis superque exposita; nec
ore, qui de *prædicati* veritate & congruen-
ia scrupulos injiciant, confido. יהוה בורא
חדשה באר. Imo hi ludentium chori, hæ
audii & exsultationis testificationes quidni
ovum aliquid possent dici. *Novum* antea
n hac terra, quæ vastationis & tristitiæ
uerat theatrum non visum, nec Israëlitis
ot retro annos afflictis, procellis agitatis,
k consolatione destitutis, cognitum. Nunc
rum luctus est mutatus in gaudium, consola-
tione

NAZIANZ. *hymnum post silentium in pascha vs.* 47, 48. qui est in ejus *Opp.* T. *carm.* IV.

Σημερον αιγληεις σε μεγας χορ☉ αμφιγεγηϑ
Αγγελικ☉, μελπων υμνον επιςεφιον.

Quod ita vertit BILLIUS,

Te chorus Angelicus luce hac lætusque ovanscansque
Victorem cinxit, læta trophæa canens.

Versio nitorem habet. Græcum tam αμφιγεγηϑεν σε, *circum Te exsultavit*, mag *circumdandi*, *&* *circulo cingendi* notionem ex hibet. Ut vero lucidissime pateat, esse his, quæ figuravi, vestigia antiquissi temporis, animum adverte ad pompæ trium phalis elegantissimum typum in *Psal.* LXVI 26. *Præcedebant cantores, post fidicines, in puellas tympana pulsantes*, quæ TREMELLII JUNII est versio; non tamen presse sequu sunt verborum בתוך עלמות תופפות, str ćturam. בתוך quod cum substantivo מות jungitur, formam induit *constructi*, & עלמות vox *recta* est, genitivo casu redde da, eodem modo, ac alia nomina, q cum תוך constructa, ejusmodi regimi exempla præbent. בתוך המים *Gen.* I: ורה

בתוך השדה Gen. XXXVII: 7. אל־תוך הים Exod. XIV: 23. אל־תוך הקהל Num. XVII: 12. &c. Omnium ergo optime ALEXANDRINA, εν μεσω νεανιδων τυμπανιστριων; & quæ illam κατα ποδα sequitur VULGATA, IN MEDIO *juvencularum tympanistriarum*. Nihil pictius posset dici ad mentem meam super verbis Jeremiæ explicandam. Imo hæc Poëtæ S. pictura veram verborum indolem exprimit, & cum decoris apparatu egregie commentatur. *Virgines* habes in Psalmo scenam tenentes, cum *tympanis suis* choros ducentes, *in gyros* coëuntes, & *in medio Virginum cantores & fidicines*; Et in nostro vaticinio *Viros in medio*, & *circulatim feminarum catervas*, *Viros circumdantes*.

§. 20.

Sunt hæc satis superque exposita; nec fore, qui de *prædicati* veritate & congruentia scrupulos injiciant, confido. יהוה בורא חדשה בארץ. Imo hi ludentium chori, hæ gaudii & exsultationis testificationes quidni *novum* aliquid possent dici. *Novum* antea in hac terra, quæ vastationis & tristitiæ fuerat theatrum non visum, nec Israëlitis tot retro annos afflictis, procellis agitatis, & consolatione destitutis, cognitum. Nunc *eorum luctus est mutatus in gaudium, consola-*

tione

tione lætifacti sunt a mœstitia ipsorum. Τα αρχαια παρηλθεν, ιδου γεγονε καινα τα παντα. Quam hæc priſtino ſtatu præſtabant? Nobile ergo, magnificum & a populo omni laude & gratiſſimo animo commemorandum, opus. Factum Jehovæ, opus omnipotentiæ, ſapientiæ, veritatis & benignitatis luculentiſſimum, Judæorum animos ita demulcens & tanta lætitia implens, ut præ hac novitate veterum beneficiorum ſenſus ac memoria videretur evaneſcere. *Non dicturi eſſent amplius; vivit Jehova, qui evexit Iſraëlitas e terra Ægypti; ſed vivit Jehova, qui evexit & qui eduxit ſemen domus Iſraëlis e terra Aquilonis, & ex omnibus regionibus, quo depulerat eos, cum reſidebunt, in terra ſua. Jer.* XVI: 14, 15. XXIII: 7, 8. Vide porro, ne his immorer *Oden Sacram*, hoc חדשה emphatice & ſententioſe delineantem. *Quum reduceret Jehova multitudinem captivorum Sionis, eramus velut qui ſomniant. Tunc impletum eſt riſu os noſtrum, & lingua noſtra cantu; tum dictum eſt inter gentes: magnifica efficit Jehova opera erga nos. Magnifica Jehova efficit erga nos, ſumus læti. Reduc Jehova multitudinem captivorum noſtrorum, tanquam validiſſimas aquas in regionem ſiccam. Qui ſeminarunt cum lacrymis, cum cantu metant; Qui portans acquiſitum ſemen, indeſinenter ibat flendo, is omnino redeat*

cum

rum cantu, reportans manipulos suos. Psalm. CXXVI.

§. 21.

Et quam presse ad scopum & nexum omnia. De generali non loquor. Claret explicationem illi esse convenientissimam. Hic de speciali & proximo. *Quo usque perg geres subducere Te, o Filia aversa! nam creavit Jehova novum in terra; Femina circumdabit Virum.* Agitur ergo de dubiis, quæ filiam Israëlis in suspenso tenebant, & in quibus causa latet, cur adhuc a reditu aversa manebat, & serio admonita, ne ulterius se subduceret, exitum ex captivitate retardabat. Jam in eo est Propheta, ut hæc dubia resolvere velit, & ad exitum incitare, & eo fine de hac novi in terra creatione loquitur. Quænam vero erant illæ mentis dubiæ cogitationes; in contrarias partes trahentes? Optime illas novit Propheta, hic vero explicite non declarat. Varias ergo imaginari possumus, ex temporis ratione, & populi rerumque statu subortas. Puto tamen, principem aliquam difficultatem ex ipso Propheta directe indicari posse. De *terra* vaticinatur, in quam Israëlitæ erant reducendi, & de novi in illa terra creatione. Hanc ergo difficultatem *hæc ipsa terra*, & præsens terræ hujus

hujus adſpectus nectebat. Scilicet, quid agerent in illa terra deſerta, inculta & omnibus vitæ commoditatibus orbata? Illud proavorum & hi eorum poſteri ſecum murmurabant: *Educemur in deſertum iſtud, ut mori afferatur toti huic cœtui fame.* *Exod.* XVI: 4. *Quis dabit panem in deſerto?* uti incredula Chriſti cohors, ingeminabant. *Matth.* XIV: 15. Qui civitates collapſas inſtaurare poſſent? animo incerto agitabant, qui terras vaſtatas recolere? qui res acciſas ad priſtinum ſtatum reſtituere? cum ſint neceſſitatibus deſtituti, & hoſtium invidiæ & inſidiis obnoxii. Nihil in illa terra præſentiebant quam miſerias, pauperiem & triſte vitæ genus. Hæ illæ erant injucundæ & formidoloſæ repræſentationes, hi illi Panici perplexæ mentis motus, quibus torquebantur, & a reditu in Canaanem deterrebantur; Eventum teſtor; hæc cauſa fuit, quod pars populi maxima in terra & civitatibus exilii remanere potius, quam illam cum reducibus relinquere voluit. Et nihil eſſe in his, quod hoc inprimis temporis articulo ex ingenio fingo, Propheta ipſe & ipſiſſimis Judæorum verbis declarat; Sic illi: *Terra eſt deſolata adeo, ut nullus inſit homo, aut jumentum; tradita eſt in manum Chaldæorum.* *Jer.* XXXII: 43. XXXIII: 10. ſ.

§. 22.

§. 22.

Videamus jam, quomodo Propheta his difficultatibus obviam eat. Paraphrasi dicam, certe a scopo & rerum indole non aberrante, & ita dissertationi finem imponam.

„ Falleris, inquit, *Filia Israëlis!* Utique, si ex præsenti adspectu judicas, „ exigua spei apparet ratio. *Est tamen* „ *tibi exspectatio. Jer.* XXXI: 17. *Jehova,* „ *qui creavit cœlum & terram virtute sua* „ *maxima & brachio suo extenso, cui nulla* „ *res est mirabilis, nulla impossibilis Jer.* „ XXXII: 17. Jehova ille *creabit novum* „ quid in illa *terra*, & hactenus inauditum. „ Tristissimas rerum ideas, מגור מסביב „ *Ps.* XXXI: 14. meticulosa tibi formas. „ Non ita. *Creabit Jehova Hierosolymam* „ *exsultationem & populum ejus gaudium Jes.* „ LXV: 18. Et ecce lætitiæ futuræ causas. „ In ipsa illa terra, quam tam desertam & „ vastatam clamas, *domi* erunt, *agri*, *vineæ*. „ *Deus ipse te ædificabit & ædificaberis. Jer.* „ XXXI: 4, 5. XXXII: 15. Homines ibi „ esse, habitatores aut jumenta negas. Esto, „ *multiplicabit te Deus & non minueris, amplificabit te & non exigua fies. Erunt filii* „ *tui; ut olim; & cœtus tui coram eo stabilientur.*

„ *tur. Civitates inhabitabuntur, vastitates*
„ *reædificabuntur. Homines & jumenta au-*
„ *gescent. Agricolæ* erunt *& pecuarii, caulæ*
„ *pastorum, facientium, ut accubent greges ac*
„ *transeant opera numerantis*, & si hostes
„ times, Chaldæos aut alios, *animadvertet*
„ *Deus in omnes te opprimentes. Jer.* XXX:
„ 19, 20. XXXI: 24. XXXIII: 12, 13.
„ *Ezech.* XXXVI: 8–12. Nullus tibi erit
„ tuum fatum, aut de miseria, calamitate
„ & pauperie, querendi locus. *Pax* erit,
„ *abundantia, satietas, frumentum, mustum,*
„ *oleum, fœtus gregis & armenti. Jer.* XXXI:
„ 12, 14. XXXIII: 6. His Deus bonitatis
„ suæ argumentis *mutabit luctum tuum in*
„ *gaudium, consolabitur te & lætificabit a*
„ *tristitia tua. Anima defessa satiabitur,*
„ *anima mœsta explebitur. Jer.* XXXI: 13, 25.
„ Hoc est illud *novum*, quod *Jehova in terra*
„ illa *creabit*, & tanta erit lætitiæ illic cre-
„ andæ exuberantia, ut *virgo sit lætatura*
„ *in choro, juvenes & senes pariter. vs.* 13.
„ *Feminæ procedent cum tympanis*, aëra lætan-
„ tium & ludentium voces pulsabunt, io
„ triumphe! acclamabunt, & his affectus
„ sui testimoniis *mares cingent, choris sui*
„ *circumdabunt*, ad gaudia, divinæque be-
„ nignitatis memoriam ac laudem impel-
„ lent, ac ore sparso *circum illos* vocifera-
„ buntur: *a Jehova est hoc, estque mirabil-*

is

„ *in oculis nostris. Hanc ipsam diem effecit*
„ *Jehova; exsultemus & lætemur in illa.*
„ *Ps.* CXVIII: 23, 24. Hæc est illa feli-
„ cissima rerum mutatio, *nova* illa *in terra*
„ ista *creatio*, quam prænuncio, tibi optata
„ quidem, sed non sperata, certissime ta-
„ men exspectanda; o *Filia Israëlis!* adhuc-
„ ne maneres *aversa?* adhucne *pergeres te*
„ *subducere?* Ne fiat! Age, Tantæ hilari-
„ tatis profusæ scena illustris & spes haud
„ fallax te trahat. Quid moras nectis?
„ quid dubia & anceps hæres? *Via jam est*
„ *parata. Revertere*, iterum iterumque di-
„ co, *revertere ad civitates tuas istas. vs.*
„ 21. (*)

T A N T U M.

(*) Gratius equidem ad disceptationem pl. Reverendum ZACHARIÆ inter & me super difficile *Jeremiæ* Vaticinium mihi mitti non potuit munus, quam quod supra B. L. obtuli, doctissimi PARISII, Amici mei itidemque olim Collegæ desideratissimi, quo litem nostram felicissime diremit. Palmam mihi licet adjudicaverit Celeberrimus Lipsiensium Philologus & Theologus J. A. ERNESTI, vel quisquis fuerit doctissimus dissertationis nostræ Censor, in *Bibliotheca sua Theologica*, quæ *Germanice* editur T. VII. p. 786-791. f. ita ut pl. Rev. ZACHARIÆ altercationis finem indixerit, eam tamen *Parisius* non solum mihi dubiam fecit, sed ipse quoque præripuit. Fateor ingenue ex amore veritatis,
quam

quam solam quæro & veneror, argumei
quibus interpretationem meam lacessivit
scopo & nexu specialissimo vaticinii, im
parallelia, & indole phrasium vocumque
titis tantum inesse robur, ut nullus sul
fugiorum locus sit, quæ temere quær
ubi lux fulget, foret velle versari in calig
Quod ipse struxit schema *simplex* est &
sigillum veri habet, hinc illud jure me
rosis aliisque fragrantibus floribus exorn
Addo, *Septuaginta-Viralem* Versionem εν συν
αγαλλιασονται ανθρωποι jam minus obscuri
bere, dum promiscue Virorum & femina
profusam hilaritatem & lætitiam in choi
epulis & itinere exprimere videntur, pra
tim dum σωτηρια de *insigni gaudio* usurp
v. *Ps.* CXXXII: 17. &c. & confer ea qua
notavi *Biblioth. Brem. Nor. Cl. V. p.* 383, 38
versionem SYMMACHI & AQUILÆ: γυναικες
ελευσονται. ανδρες, & THEODOTIONIS *frag*
tum, quod habet: εκπισε κυριΘ- σωτηριαν κ
γυνη αγαλλιασεται ανθρωπον, quarum versio
memini p. 386. quasque repetendas esse
ad stabiliendam doct. *Parisii* sententiam.
posite recordor lætitiæ Hyperboreorum
tis, quam graphice PINDARUS descripsit
X. *vs.* 58. f.

παν-
τα δε χοροι παρθενων,
λυραντε βοαι, καναχαι τ' αυλων δονεονται.
Δαφνα τε χρυσεα κο-
μας αναδησαντες, ειλα-
πιναζοισιν ευφρονως.
Νοσοι δ', υτε γηρας υλομενον
Κεκραται ιερα γενεα; πονων
Δε κ) μαχαν ατερ.

Sed u-
bique chori virginum
Lyrarumque sonitus, strepitusque tibiarum agitantur.
Lauroque perpulchra comas redimientes, epulantur hilariter & amice:
Neque morbi vero, neque senectus perniciosa
Permixta est sacræ genti: laborum
Vero & bellorum expertes.

Veritati unice lito, dum me a *Parisio* convictum victumque agnosco, cui, ut recte ait TERTULLIANUS, *nemo præscribere potest, non spatium annorum, non patrocinia personarum, non privilegium regionum.* Quin conjicere ausim, Venerabilem mihique amicissimum H. VENEMAM, eruditionis veræ illum condum promum, qui ad hunc locum in *Commentario suo in Jeremiæ vaticinium T. II. p.* 749. *s.* scientiæ suæ thesauros tam largiter profudit, ut stupeas Viri magni ingenium, *Parisii* mei cogitata albo comprobaturum esse calculo, & qua est ingenuitate pl. Reverendum *Zachariæ* omnesque liberalioris animi lectores inter quos præsertim *cel.* ERNESTIUM refero, ipsi delaturos esse palmam. Bonum igitur factum, quod importunitatis amicissimæ reus agar; culpam hanc lubens suscipio nec deprecor, immo ad emolumentum regni veritatum aggravare non desinam, id quod omnes Veri amantes laudabunt. Immeritas laudes mihi adeo prolixe datas soli ejus amicitiæ tribuo, qui meo me metiri pede edoceor quotidie. Ipsi palmam concedendo

 eas

eas re ipsa potiori jure retuli. Me au
penitus eximat Vir Amicissimus ex Arabi
tium numero, cum Arabica vix primis la
gustaverim, & ostenderim quam aliorum V
rum Doctorum ope indigeam. Ceterum
deo, quod locus hic difficilis jam positu
extra controversiam, & optandum est
quam plurima Prophetarum vaticinia,
adhuc recondita sunt, nimisque vage e
nuntur, parem experiantur fortunam. A
autem verum est *Clementis Alexandrini*
phtegma: *Ut ferri silicisque concussione ig
ita hominum doctorum conflictu & disputa
veritas elicitur.* Modo sit conflictus ingen
modestus & amicus, disputatio sobri
Christiano nomine digna. N. B.

IV.

BENJAMINI VILELMI DANIELIS SCHULZE,

GYMNASII REG. JOACHIMICI, QUOD BEROLINI EST, PROFESSORIS ET ALUMNORUM EPHORI,

DISSERTATIO APOLOGETICA,

QUA PRÆCIPUE INQUIRITUR,

NUM

PUNCTA VOCALIA, τῷ KETHIBH SUBJECTA, AD KERI SINT REFERENDA.

§. 1.

Siquis præjudicatam quandam opinionem animis hominum evellere ſtudet, facile ſibi perſuadebit, fore ut in Eruditorum circulis atque diariis brevi bene depexus reddatur.

Multis enim auctoribus eadem fere fata subinde impendere, quæ hominem, vesparum turbam invadentem, manent, quotidiana docet experientia. Si quis rejectis Masoretharum nugis, & imitatores exosus, in nullius jurat nomen magistri, ejusque literaria specimina a consuetudinis priscæ momentis recedunt: mirum non est, si hæc non omnibus arrideant, & solo novitatis nomine damnentur. Idem non solum ipse præsensi, sed amici etiam identidem me monuerunt. Simul ut *uberior mea Critica* in lucem fuit edita (*) statim, quasi de compacto, insurrexere, qui me in suis diariis acriter & acerbe perstringendum sunt arbitrati. Non sine ratione existimaveram, fore ut aliter sentientes in causæ arcem invaderent, probando, Judæorum librarios in

* Titulus est. Vollständigere Kritik über die gewönliche Ausgaben der Hebräischen Bibel / nebst einer näheren zuverläßigen Nachricht von der Hebräischen Bibel / welche der Sel. D. Luther bey seiner Ubersetzung gebraucht Berlin 1766. 8. Vehementer doleo, librum hunc, qui multa continet egregia & notatu digna, illiterato autem nullum omnino usum & commodum præstat, Germanico idiomate scriptum esse. Quam vellem redigeret Vir doctissimus & amicissimus quæ ad hoc forum spectant, in sermonem eruditorum, ut reliquarum regionum litteratis quoque prodessent. N. B.

in deſcribendo nullum admiſiſſe errorem; ſed hæc omnia, data opera, alto prætereunt ſilentio.

Id tantum agunt, ut in me graviter invecti, ſcripturæ genus & innoxios ſales derideant. Quum animum meum quodammodo obfirmaſſem, omnia, qua decet tranquillitate, perlegi, & de induſtria tempeſtatis tranſitum exſpectavi. Clariſſ. SIMONIS acrius & ardentius a me eſſe impugnatum, non eo infitias; nec diffiteor, me id dolere. Interea certum eſt, me omni obſervantia Virum, de lingua Hebræa meritiſſimum, proſequi, & publice polliceor, me non verbis, ſed reapſe talem me ſemper eſſe præſtiturum, qualem me in præfatione, Criticæ præfixa, ſum profeſſus. Jam mihi vitio non vertetur, ſi cauſæ meæ defenſionem, ob negotiorum multitudinem adhuc neglectam, qua decet modeſtia, ſuſcipio.

§. 2.

Mirum in primis videtur, *me hominem viris eruditis ignotum, & in occulto latentem, huic campo Critico, multis difficultatibus obſito, me intuliſſe.* Equidem lubenter largior, me integra volumina in forma majore, aut quarta, cum orbe literato haud communicaſſe; nec tamen ſpero, me adeo fore igno-

NAZIANZ. *hymnum post silentium in paschate. vs.* 47, 48. qui est in ejus *Opp.* T. II. *carm.* IV.

> Σημερον αιγλησις σε μεγας χορ⊙ αμφιγεγηθεν
> Αγγελικ⊙, μελπων υμνον επισεφιον.

Quod ita vertit BILLIUS,

> *Te chorus Angelicus luce hac lætusque micansque*
> *Victorem cinxit, læta trophæa canens.*

Versio nitorem habet. Græcum tamen αμφιγεγηθεν σε, *circum Te exsultavit*, magis *circumdandi*, *&* *circulo cingendi* notionem exhibet. Ut vero lucidissime pateat, esse in his, quæ figuravi, vestigia antiquissimi temporis, animum adverte ad pompæ triumphalis elegantissimum typum in *Psal.* LXVIII: 26. *Præcedebant cantores, post fidicines, inter puellas tympana pulsantes*, quæ TREMELLII & JUNII est versio; non tamen presse sequuti sunt verborum בתוך עלמות תופפות, structuram. בתוך quod cum substantivo עלמות jungitur, formam induit *constructi*, & sic עלמות vox *recta* est, genitivo casu reddenda, eodem modo, ac alia nomina, quæ cum תוך constructa, ejusmodi regiminis exempla præbent. בתוך המים *Gen.* I: 6. השדה

בתוך השדה *Gen.* XXXVII: 7. אל־תוך הים *Exod.* XIV: 23. אל־תוך הקהל *Num.* XVII: 12. &c. Omnium ergo optime ALEXANDRINA, ἐν μέσῳ νεανίδων τυμπανιστριῶν; & quæ illam κατὰ πόδα ſequitur VULGATA, IN MEDIO *juvencularum tympaniſtriarum.* Nihil pictius poſſet dici ad mentem meam ſuper verbis Jeremiæ explicandam. Imo hæc Poëtæ S. pictura veram verborum indolem exprimit, & cum decoris apparatu egregie commentatur. *Virgines* habes in Pſalmo ſcenam tenentes, cum *tympanis ſuis* choros ducentes, *in gyros* coëuntes, & *in medio Virginum cantores & fidicines*; Et in noſtro vaticinio *Viros in medio*, & *circulatim feminarum catervas*, *Viros circumdantes.*

§. 20.

Sunt hæc ſatis ſuperque expoſita; nec fore, qui de *prædicati* veritate & congruentia ſcrupulos injiciant, confido. יהוה בורא חדשה בארץ. Imo hi ludentium chori, hæ gaudii & exſultationis teſtificationes quidni *novum* aliquid poſſent dici. *Novum* antea in hac terra, quæ vaſtationis & triſtitiæ fuerat theatrum non viſum, nec Iſraëlitis tot retro annos afflictis, procellis agitatis, & conſolatione deſtitutis, cognitum. Nunc *eorum luctus eſt mutatus in gaudium*, *conſola-*

tione

NAZIANZ. *hymnum post silentium in paschate. vs.* 47, 48. qui est in ejus *Opp.* T. II. *carm.* IV.

Σημερον αιγληεις σε μεγας χορ@ αμφιγεγηθεν
Αγγελικ@, μελπων υμνον επισεφιον.

Quod ita vertit BILLIUS,

Te chorus Angelicus luce hac lætusque micansque
Victorem cinxit, læta trophæa canens.

Versio nitorem habet. Græcum tamen αμφιγεγηθεν σε, *circum Te exsultavit*, magis *circumdandi*, *& circulo cingendi* notionem exhibet. Ut vero lucidissime pateat, esse in his, quæ figuravi, vestigia antiquissimi temporis, animum adverte ad pompæ triumphalis elegantissimum typum in *Psal.* LXVIII: 26. *Præcedebant cantores, post fidicines, inter puellas tympana pulsantes*, quæ TREMELLII & JUNII est versio; non tamen presse sequuti sunt verborum בתוך עלמות תופפות, structuram. בתוך quod cum substantivo עלמות jungitur, formam induit *constructi*, & sic עלמות vox *recta* est, genitivo casu reddenda, eodem modo, ac alia nomina, quæ cum תוך constructa, ejusmodi regiminis exempla præbent. בתוך המים *Gen.* I: 6.
השדה

בתוך השדה Gen. XXXVII: 7. אל־תוך הים Exod. XIV: 23. אל־תוך הקהל Num. XVII: 12. &c. Omnium ergo optime ALEXANDRINA, εν μεσω νεανιδων τυμπανιστριων; & quæ illam κατα ποδα sequitur VULGATA, IN MEDIO *juvencularum tympanistriarum*. Nihil pictius posset dici ad mentem meam super verbis Jeremiæ explicandam. Imo hæc Poëtæ S. pictura veram verborum indolem exprimit, & cum decoris apparatu egregie commentatur. *Virgines* habes in Psalmo scenam tenentes, cum *tympanis suis* choros ducentes, *in gyros* coëuntes, & *in medio Virginum cantores & fidicines*; Et in nostro vaticinio *Viros in medio*, & *circulatim feminarum catervas*, *Viros circumdantes*.

§. 20.

Sunt hæc satis superque exposita; nec fore, qui de *prædicati* veritate & congruentia scrupulos injiciant, confido. יהוה בורא חדשה בארץ. Imo hi ludentium chori, hæ gaudii & exsultationis testificationes quidni *novum* aliquid possent dici. *Novum* antea in hac terra, quæ vastationis & tristitiæ fuerat theatrum non visum, nec Israëlitis tot retro annos afflictis, procellis agitatis, & consolatione destitutis, cognitum. Nunc *eorum luctus est mutatus in gaudium*, *consolatione*

Hebrææ parum congruam, sensu laxiori, *diversam* quidem posse vocari, sed tantum *per abusum*. Quicunque ejusmodi lectionibus, aperte falsis, diversæ lectionis nomen tribuunt, male agunt. Pugnant enim contra genuinam atque propriam significationem, ad quam omnes lectiones sunt exigendæ. Quodsi lectio, a nostro textu varians, sanum fundat sensum, utique diversæ lectionis nomen meretur. Qui autem contrarium defendunt, nec me, nec alios forte ad sententiam suam perducent. Equidem quam plurimi hujus seculi Litteratores, ex codicibus MScr. multis sumtibus undecunque congestis, amplissimam scripturarum variantium farraginem cum orbe literato communicarunt, sed peritiores Critici, qui non obesæ sunt naris, rident ejusmodi nugas librariorumque somnia.

§. 4.

II. Quum in textu sacro ingentem nævorum silvam, quos librariorum incuria fudit, detexi, ignorantiæ compellor, mihique vitio datur, quod non perpenderim, *puncta τῶ Kethibh subjecta ad Keri esse referenda*. Pergunt, *magno igitur me esse in errore, qui in immensum per totum librum diffundatur; hoc tantum requiri, ut punctis ad*

Keri

relatis, *ſenſus τῦ Kethibh reddatur* *modiſſimus*; *veritatem rei patere ex* חָרָאִין & שֵׁינֵיהֶם 2 *Reg.* XVIII: 27. *Jeſ.* XVI: 12. *Porro* ex עֲפֹלִים *Deut.* XXVIII: 1 *Sam.* V: 6, 9, 12. VI: 4, 5. & מַחֲרָאוֹת *eg.* X: 27. *Denique* ex אֲנִי *Jerem.* XLII: 6.

jectio hæc maximi mihi videtur monti. In hac enim cardo rei vertitur. Oam igitur haud perdam, ſi in rem accuius inquiſivero. Quum Maſorethæ in ris literis pro vocabulis, quæ ſibi obſcevidebantur, ſæpius honeſtiora ſubſtituet: certum eſt & indubitatum, canonem ıc celebratum omnino hic habere locum. g. *Jeſ.* XXXVI: 12. legebant שֵׁינֵיהֶם *vas ſuas.* Maſorethis, decori cultoribus, vocabulum fuit offendiculo; at quum tus ſacer illud exhiberet, puncta vocavocibus מֵימֵי רַגְלֵיהֶם debita, ſubſtitue-, cum adſcripto מימי רגליהם קרי h. e. *ito* ——— Honeſtati jam erat conſuln, & decori regulis ſatisfactum. O cirmſpecta prudentia! At, num Spiritus nctus honeſtatis præcepta a Maſorethis, t auctoribus τῦ Keri diſcet? Mitto hæc. ıamvis nullus dubitem, in vocabulis ab neſtate, ex Judæorum ſententia, remotis,

tis puncta vocalia ad Keri pertinere, mihi tamen certum est, Criticos, canone hoc ad alias voces extenso, ex difficultatibus vix esse emersuros. Res digna est, quam diligentius perpendam. In opusculo meo librariorum menda in duas classes divisi, videlicet in *vitia oculi* & *auris*. Nisi omnia me fallant, contenderem, in plerisque locis, quibus *oculi vitia* offendi, puncta vocalia ad Keri minime esse referenda.

§. 5.

Nec mihi videor a veritatis tramite discedere, si Lectoribus meis confirmo, puncta vocis אֲנַן τῷ Keri minus convenire. Si pronomen hoc personale obiter tantum ponderatur, non diffiteor esse possibile, ut puncta τῷ Keri tribuantur; sed si accurate diligenterque & studiose omnia pensito, vehementer miror, sacri codicis editores a se admodum esse diversos. Lectoribus non injucundum erit, brevem hujus diversitatis indicem, quem Viro Maxime Reverendo SCHOLZ, a Sacris Regis Borussiæ, acceptum refero, hac occasione perlustrare.

(1) אֲנַן

Ita legerunt *biblia quadrilinguia*, quæ anno 1569. Hamburgi prodiere.

Porro

Porro POLYGLOTTA *Antwerpienſia Ariæ Montani*, anni 671.

VATABLI, anni 687. ex officina *Santandreana*.

B. JOH. HENR. MICHAËLIS.
B. JABLONSKI.
B HOOGHTII.
B. OPITII.
Cel. SIMONIS.
ZULLICHAVIENSIA.

(2) אֲנַ ןְ cum ſpatio inter נ & ן.

Ita legitur in *Baſileenſi Hieronymi Frobenii* & *Nicolai Epiſcopii* editione, quæ in forma quarta anno 536. prodiit, atque hoc absque Keri.

Porro in Bibliis REINECCII.

(3) אֲנַן sine (:)

Sic legunt Biblia *Kapha Iloniana*, in quarta forma.

Bombergiana in eadem forma, anni 533.

Menaſſæ, anni 639.

Kapha Iloniana in forma duodecima, anni 617.

(4) אֲנַן cum (- -:) ſub litera א.

In Codice MScr. Maxime Reverendi *Scholz*.

(5) אֲנַוְ . sub נ sunt (-) & (:).

In *Polyglottis Londinensibus.*

(6) אֲנַוְ Cum (˙) inter literas נ & ו.

In editione *Clodii.*

(7) אֲנוּ

In R. *Salomonis ben Melech* Michlol Jophi.

(8) אֲנַ ו

In *Abarbanelis* commentario in Prophetas.

(9) אֲנַחְנוּ

In editione *Munsteri* anni 546.
In *Gersoniana* editione.
In *Codice MScr.* in Regia Bibliotheca *Berolini* asservato.

Diversitatem hanc Lectores mecum admirabuntur, & re accuratius expensa, hoc saltem dabunt, ex vocabulo אֲנַוְ non facile peti argumentum, ad probandum, quod ejus puncta τῶ Keri sint propria. Sed hæc de אֲנַוְ sufficiant.

§. 6.

Ad meum potius revertar propositum, & pace Lectoris commemorata *oculorum vitio*

exa-

examini ſubjiciam. Si autem cogitationes meas aperte & ingenue explicare licuerit, non multum hæſitans contenderem, Eruditorum ſententiam, meæ adverſantem, tenui fultam eſſe tibicine. Rem exemplis, e Sacro codice petitis, declarabo. Pſalmo XVI: 10. in noſtris Sacri codicis editionibus legimus חֲסִידְךָ. Ne litera י in hoc vocabulo pro ſuperflua habeatur, viri docti ex regula ſibi præſcripta in Kethibh legunt חֲסִידֶיךָ, quod, ut commodus inde oriatur ſenſus, vertendum putant: *Sanctos tuos.* Mihi autem literula י videtur eſſe vitioſa; hinc ea abjecta legendum duco חֲסִידְךָ. Jam argumenta, quibus utraque ſententia probetur, diſpiciamus. Certus autem ſum atque confirmatus, me palmam eſſe laturum. Sed ne triumphus ſit ante victoriam, examinanda ſunt argumentorum pondera, quibus aliorum & mea ſententia nitatur. Si rationes, quibus auctores diverſæ ſententiæ permoti, in S. textu חֲסִידֶיךָ legunt, omni accuratione colligere aggredior, oleum & operam me perdidiſſe vehementer doleo. In ullo enim codice MScr. חֲסִידֶיךָ cum vocali (ֶ) legi, admodum dubito. Nihil igitur ſupereſt, quam ut affirmem, viris eruditis absque ulla ratione placuiſſe hanc vo-

cem per חֲסִידֶיךָ efferre. Num autem liceat, lectionem, in cerebro natam, sua auctoritate aliis obtrudere, Lectori æquo & erudito dijudicandum relinquo. Jam mea argumenta proponam, & Lectores faciant judicium, utrum iis pondus insit, necne? (1) חֲסִידֶיךָ perversum fundit sensum. De Messia hic agi nemo in dubium vocabit. Jam quis sensus? *non dabis* SANCTOS TUOS *videre foveam*. (2) Apostolus Petrus, qui hunc locum *Actor.* II: 27. adducit, & de Messia explicat, adhibet τὸν ὅσιον σȣ, in numero singulari. (3) τὸ Keri præcipit legi חסידך. (4) Omnes interpretes in bibliis polyglottis vocabulo singularis numeri utuntur. (5) Triginta plus minus codices Mscr. teste Celeberr. KENNICOTT, veram exhibent lectionem sine Jod. Hisce jungimus codicem Mscr. Regiæ Bibliothecæ, atque Bibliothecæ SCHOLZIANÆ. (6) In *Gersoniana* editione legitur חֲסִידְךָ. Ex his argumentis conficio, primo, חֲסִידְךָ veram esse lectionem; deinde, quum librarii oscitantia litera Jod in textum sacrum irrepsit, in τῷ Kethibh חֲסִידֶיךָ legi haud licere.

§. 7.

A scopo meo non erit alienum, aliud ad-

huc afferre exemplum. 2 *Sam.* XXIII: 37. Joabi *armiger* נשׂא כלי inducitur. In citato autem loco extat נשׂאי. Viri docti, τὸ Kethibh pro aris & focis defendentes, vocem hanc ex numero plurali formant, ita ut legant נֹשְׂאֵי. Quum mihi librarii mendum suboleat, legendum puto נֹשֵׂא. Jam, mi Amice! unde probabis, in τῷ Kethibh legendum esse נֹשְׂאֵי? persuasissimum mihi est, te multum difficultatis ac laboris habiturum, ut unicum tantummodo argumentum pro sententia tua stabilienda afferas. Ego autem lectionem meam defendo (1) ex re ipsa. Verba textus sacri hujus sunt tenoris: In numero heroum Davidis erat *Naharai*, *Berothita*, ARMIGER *Joabi*, *filius Zeruiæ*. Jam legas, si placet, נֹשְׂאֵי, ac vertas: ARMIGERI *Joabi* Sensusne fere ridiculus inde nascitur? Conf. *mea Critica p.* 89. (2) Porro mihi favent τὸ Keri. (3) & editiones *Gersonis* ac *Menassæ*. (4) Omnes interpretes in *Polyglottis* Londinensibus. (5) Locus parallelus 1 *Chron.* XI: 39. Recte inde sequitur, Jod finale in vocabulo נֹשְׂאֵי ad menda referendum, sicque operam prorsus superfluam esse, quæ a viris doctis impendi-

 tur,

tur, ut circuitione quadam, de punctis ad Keri referendis, sanum sensum τῷ Kethibh affundant.

§. 8.

Siquis animum induceret, omnia loca, quibus *oculi vitium* inesse putavi, examinare, & ea præcipue legere, quæ literarum trajectione sanavi: sponte fatebitur, librarium, si non in omnibus, in plerisque tamen errasse. Quid? quod sententia de punctis τȣ̃ Kethibh τῷ Keri apponendis ideo tantum mihi efficta videtur, ut librarii mendo aliquid obtendatur. Quidquid sit, superstitiosa hac sollicitudine plane non esse opus, & sacris literis consuli, si e *Gersoniana* editione vera lectio textui sacro restituatur, iterum iterumque affirmo. Magnopere igitur mihi gratulor, Virum Celeberrimum J. A. ERNESTI, (ecquis suffragio tanti Viri non gloriaretur?) atque Doctissimos Auctores *Mercurii Altonaviensis*, & der freyen Beurtheilungen die neueste litteratur betreffend/ mihi adstipulari, largientes, me clarissime probasse, librarios in describendis sacris codicibus ab errore non fuisse immunes. Idem quidem ἐναντίως statuentes animadverterunt, sed quum veritatem, cujus nos amantes esse deceret, aperte confiteri recusant, ad alia dilabuntur.

§. 9.

§. 9.

Ordo me ducit ad *auris vitia*, quæ ex dictando ortum traxiſſe exiſtimaveram. Hic forte Viri docti exquiſitis rationibus ſententiam meam labefactabunt. Audio eos magna voce me inclamantes: *videsne, in his locis nulum eſſe librarii vitium; refer puncta, τῷ Kethibh in noſtris editionibus ſubjecta, ad Keri, omnia erunt ad amuſſim. Sic e. g. Joſ.* IX: 7. *legitur* אֱבָרוֹת; *Keri habet* אבּרת; *quid eſt planius, quid evidentius, quam extare in Kethibh* אֱבָרוֹת *& in Keri* אֱבְרָת? Ita contra me decernitur; nec ſine fundamento. Equidem non eſſet, quod cauſæ meæ patrocinium defererem. Retorquere poſſem, canonem hunc ad voces וַיָּשׁוּב *Ezech.* XVIII: 28. & וַנָּשׁוּב *Nehem.* IV: 9. non apte quadrare. Legas enim, quæſo, in Kethibh וַיָּשׁוּב ac וַנָּשׁוּב & in Keri וַיָּשָׁב / וַנָּשָׁב num ſcrupulum ex animo tuo evulſum dices? vehementer dubito. וַיָּשָׁב & וַנָּשָׁב analogiæ reſpondere concedo; ſed וַיָּשׁוּב ac וַנָּשׁוּב illi repugnare, ſine ulla dubitatione affirmo. Si enim accentus ob vav converſivum ex ultima ad penultimam retrahitur,

quod

quod in his verbis ſemper, niſi ſit in pauſa, contingit: vocalis longa Schureck neceſſario eſt corripienda. Hinc ſequitur, lectionem τȣ Keri ad verum quam proxime accedere; illam autem, quæ τῷ Kethibh affingitur, nullo modo tuendam. Idem fere affirmarem de עַל־תָּחוּם ad *Ezech.* IX: 5. pro quo legendum eſt אַל־תָּחוֹס. Ecquis negaverit, mendum ex ſyllaba falſo intellecta fuiſſe ortum? Si quis hoc in loco particulam עַל eſſet defenſurus, profecto multum ſibi faceſſeret negotii. Sed nolo hæc ulterius perſequi.

§. 10.

Quum mihi nihil prius & antiquius eſt veritate, ipſe me accuſo, ac publice & ſollemniter profiteor, me eſſe alucinatum. Itaque ut ipſe me revocem præſtabit. Ergo quæcunque de mendis, *ex auditu* ortis, ſcripſi, ea omnia a veritate eſſe aliena, Lectoribus meis ſincere aperio. Sed nolo eos celare, Viros doctos ſententiæ meæ repugnantes, etiam forte in errore verſari.

§. 11.

Rem, qua fieri poteſt perſpicuitate, explicabo. Cardo in eo verſatur, utrum puncta

voca-

vocalia, quæ in τῷ Kethibh conſpiciuntur, ad Keri, an ad librariorum menda, ex dictando orta, ſint referenda? Utramque ſententiam procul vero eſſe reſpondeo. En animum meum ab omni partium ſtudio remotum! Non commemorabo, Judæos perquam abſurde fuiſſe acturos, ſi puncta, quæ Keri ſibi vindicat, τῷ Kethibh adſcripſiſſent. Hoc enim adeo iniquum fuiſſet, ut iis vix, ac ne vix quidem, eſſet condonandum; ſed Lectorem tantum monebo, rem altioris eſſe indaginis, &, niſi fallor, ex librariorum more, in codicibus ſuis obſervato, derivandam. Ad figmenta, in cerebro nata, delabi non licet. Judæorum libri ſunt inſpiciendi, inque eorum conſuetudinem inquirendum. Qui ita agunt, rem ex veritate æſtimaturi mihi videntur. Gerſoniana ſacri codicis editio ad hanc me deduxit cogitationem. Gaudeo igitur, vehementerque lætor, quod hunc Judæorum morem, exemplis nondum probatum, immo Lectoribus meis forte incognitum, ob oculos ponere mihi liceat. Animadverti videlicet in multis locis, in una eademque ſyllaba, Schureck & ſimul Kibbutz ſcribi. Exempla hujus anomaliæ afferre juvat.

Joſ. XVIII: 14. וְהָיֻוּ XXII: 9. וַיָּשֻׁובוּ
Jud. IX: 28. יְרֻובַּעַל XI: 34. בְּתֻוּפִּים

Jud. XXI: 17. יְרוּשַׁת 1 *Sam.* XXI: 6. עֲצוּרָה
Jes. XVIII: 7. מְמוּשָׁךְ *Jerem.* IX: 9. נִצָּתוּ
Eccl. VII: 25. וְהַסְּכָלוּת 1 *Chron.* I: 12. כַּסְלוּחִים
1 *Chron.* VI: 20. צוּף XII: 40. וְצִמּוּקִים
1 *Chron.* XIII: 6. הַכְּרוּבִים 2 *Chron.* VI: 20. 40.
פְּתוּחוֹת & sic in amplius centum locis. Idem in codice MScr. *Regiæ* Bibliothecæ sæpius observavi. Mihi nihil certius est, quam Judæos hoc modo lectionis diversæ nobis facere indicium, h. e. ut rem repetam, *Jos.* XXII: 9. in aliis codicibus וַיֵּשׁוּבוּ, in aliis וַיֵּשְׁבוּ legi, & s. p. Hæc adeo clara & perspicua sunt, ut extra omnem dubitationis aleam posita mihi videantur.

§. 12.

Si quis singula librariorum menda, *auditui* a me tributa, iterum animo subjiceret, & observationis, ex *Gersoniana* editione allatæ, rationem haberet: mihi, nisi partium studium id prohibeat, dabitur rem eodem modo in nostris editionibus esse comparatam. e. g. 1 *Sam.* XXII: 15. legitur לְשָׁאוּל & in Keri לשאל. Ab aliis, puncta τε Kethibh ad Keri trahi constat; sed nulla hujus rei dari potest ratio. Mihi illud vav vitio-

vitiosum, & ex dictando ortum videbatur. Nonne omnes forte jam erravimus? Quid impedit, quo minus errorem agnoscamus? Nonne præstat ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ? Quum errores nutricis lacte sugamus, & dies diem doceat: lapsum suum sponte confiteri, non vitio, sed laudi ducitur. A vero igitur mihi non aberrare videbor, si affirmavero, Judæos hac punctorum anomalia nobis aperuisse, quod in aliis codicibus לְשׁוֹאוֹל, cum perfecto Cholem, & in aliis לְשָׁאָל, cum Kametzchatuph legatur. Et sic in omnibus ferme sacri codicis locis, quæ *auris vitio* adscripseram.

§. 13.

At mihi objici audio, nullum hac ratione τῦ Keri fore usum; si enim τὸ Kethibh binas exhibeat scripturas, cur altera in Keri repetatur? nonne sic eadem oberretur chorda? Sed responsio est in promtu. Auctores τῦ Keri Lectorem voluerunt monere, quæ lectio sit præferenda. Lector videlicet poterat hæsitare, ac nescire, cui primæ essent deferendæ. Hi igitur auctores, Magistrorum munia obeuntes, in margine, quid legendum esset, præceperunt. e. g. Quum *Jes.* XLIV. 17. in aliis codicibus

bus יִסְגּוֹר, in aliis יִסָּגֵר occurreret, Masorethæ per ſuum Keri lectorem incertum & dubium inſtruxere, יִסָּגֵר veram eſſe lectionem. Jam apparet ratio, quare *Gerſon*, lectoris commodis conſulturus, in multis locis, τῷ Kethibh rejecto, potiorem plerumque lectionem, ex τῷ Keri in ſua editione reſtituerit. Lectoris judicio rem expendendam relinquo.

§. 14.

Veniam autem dabit eruditus Lector, ſi huic conjecturæ, fundamento haud deſtitutæ, aliquot obſervatiunculas, argumentum hoc illuſtrantes, adjecero.

Prima tangit brevem inquiſitionem, a me §. 14. Sect. II. inſtitutam. Quum in noſtris ſacri codicis editionibus pro ו aliquando adhiberetur י, mirum mihi fuit viſum, quod in *Gerſoniana* hoc vitioſum י non ſolum fuerit retentum, ſed inſuper Kibbutz additum. e. g. *Geneſ.* XXXVI: 5. in HOOGHTIANA eſt יְעִישׁ, ſed in GERSONIANA יֻעִישׁ.

Hac occaſione inquiſiveram, quare a Judæis Kibbutz eſſet adſcriptum. Mihi, conjecturis indulgenti, in mentem venerat, τὸ י cum prævio Kibbutz, vel mendum eſſe auditui adſcribendum, vel ſcripturam varian-

riantem. In dubio igitur positus animi pendebam. Jam vero posterius mihi placet. Admodum igitur est verisimile; *Gersonem* per (ֻ) cum ׳ vel ׳ (quod pro ֻ scribitur) conjunctum, voluisse notare, in aliis codicibus ו, in aliis (ֻ) reperiri.

§. 15.

Secunda versatur circa nomen filii Isascharis, qui *Genes.* XLVI: 13. & *Numer.* XXVI: 23. פֻּוָּה vocatur. Nomen hoc, ut verum fatear, ex aliqua parte mihi videtur absonum, non ideo, quod naturæ syllabarum linguæ Hebrææ adversetur, sed quod huic Isascharis filio 1 *Chron.* VII: 1. nomen sit פּוּאָה. Posterius verum ejus fuisse nomen, mihi est certissimum. Quis autem sibi persuaderet, פּוּאָה & פֻּוָּה unum idemque esse nomen. Talpa esset cæcior, qui librarii mendum hic non animadverteret. Nisi me omnia fallant, probabile videtur, librarium scripsisse פֻּוּאָה, ad indicandum, in aliis codicibus ו, in aliis (ֻ) inveniri, sicque esse diversam lectionem. Ex פֻּוּאָה, τῷ א per incuriam omisso, nostrum פֻּוָּה fuisse ortum, haud inanis est conjectura. Sententiæ meæ pondus accedit, si consideratur, patrony-

mi-

micum, inde formatum, non esse פְּנִי, sed פּוּנִי, *Numer.* XXVI: 23. Nomen hoc eodem sese haberet modo, quo שֵׁלָנִי *Numer.* XXVI: 20. quod est a שֵׁלָה, filio Judæ. Confer. Celeb. SIMONIS *Onomast.* p. 364. & 374.

§. 16.

TERTIA spectat ad Hebræam vocem שְׂמֹאול, passim in sacris literis occurrentem; conf. si placet, *Numer.* XX: 17. *Deutr.* II: 27. *Jos.* I: 7. 1 *Sam.* VI: 12. & sic in aliis locis. Vocis hujus litera ו plane mihi non arridet; nec enim movetur, nec quiescit; immo rectam pronuntiationem illa impediri, nemo, nisi literarum Hebræarum expers, negabit. Viri quidem docti, linguæ Hebrææ peritissimi, contendunt, literam vav hoc loco esse otiosam, atque ex vocali cholem residuam; sed num hac ratione omnis dubitatio tollatur, animus pendet. Hoc enim responsum pro certo mihi videtur ponere, mendum hic esse librarii. Quidquid sit, miror auctores τῦ Keri nullam adjunxisse observationem. Si autem mecum reputem, Judæos de diversitate lectionis nos voluisse monere, ita ut in aliis codicibus שְׂמֹאול, in aliis שְׂמָאל legatur,

nul-

nullum supererit dubium. *Gersoniana* editio plerumque *Cholem defective scripto* utitur, quod etiam videtur præferendum. Quæ quum ita sint, non solum jam probabile, sed fere certum erit, puncta vocalia, τῷ Kethibh in nostris editionibus adscripta, non τῷ Keri esse vindicanda, sed variantem innuere lectionem. Sequitur, ut in objectionibus contemplandis pergam.

§. 17.

III. Ex me quæritur, unde sim probaturus, *R. Gersonem virum fuisse spectatioris ingenuitatis & R. Jacobo ben Chajim probitate, ac literarum Hebræarum peritia excelluisse*. Porro, unde possit evinci, *Gersonem accuratiore codice Mscr. fuisse usum, quam R. Jacobum ben Chajim*. Quæstio hæc levis mihi videtur esse momenti. Ex lectionibus enim, e *Gersoniana* editione allatis, quibusque multum inerat ponderis, satis patet, *Gersonem* Mscr. codicem, alios vetustate & præstantia longe post se relinquentem, adhibuisse. Nemo autem existimet, me Gersonianæ editionis præstantia adeo capi, ut libros sacros ad eam, veluti ad normam, exigendos statuerem. Minime! Sensa mea de hac re in Critica p. 359. explicui. Nunquam infitiabor, Gersonianæ editioni multa inesse

men-

menda; mox literas ita pictas, ut illæ ab aliis vix possint discerni; mox puncta vocalia neglecta; nostrasque editiones, si externæ tantum formæ ratio habeatur, magnam habere prærogativam. Sed quamvis hæc libens lubensque largiar, nihil tamen Gersonianæ de pretio suo hoc modo decedet. Sufficit mihi, lectiones, a me excitatas, Gersonem habere auctorem. Cætera in medio relinquo.

§. 18.

IV. Objiciunt, *veri esse simile, Gersonem unicam tantum lectionem, quæ optima sibi visa, ideo prætulisse, ut brevitati studeret* Hæc forte erit mens. Gersonem unicam lectionem, pro præstantissima habitam, ideo elegisse, ne vocem, in textu sacro scriptam, in margine, sub nomine Keri, repeteret; præcipue, quum glossemata, nostris editoribus usitata, neglexerit. Inviti igitur Viri Doctissimi largiuntur, *Gersonem* virum fuisse longe sapientiorem, quam *Jacobum ben Chajim*. Unum tantum, rei illustrandæ causa, exemplum adducam. 1 *Reg*. VII: 45. occurrit pronomen demonstrativum הָאֹהֶל. Hic erit, in quo Critici sese exerceant. Librarii mendum adeo clarum est, ut nihil ha-

beat

it excuſationis Jacobus ben Chajim. perſtitione magna imbutus, hoc perab- dum & textu ſacro indignum vocabu- 1, ex mendoſo ſuo codice, τῷ Kethibh erit, veramque lectionem margini ad- ibit. O quantum ingenii acumen! Alii tiliſſimum & acutiſſimum ſcribendi genus rentur, ego non. *Gerſon* plus ſalis ha- is, ſapientius & conſideratius agit. Quum tus eſſet, τὸ הָאֳהֶל monſtroſum eſſe li- rii mendum, & ejusmodi nugas faſtidi- : textui ſacro, librariorum incuria cor- to, genuinam vocem ex accuratiore ſuo ice reſtituebat, ita ut de vitioſo אֳהֶל quærere quidem laboraret. Si hæc eſt orum doctorum ſententia, nec caput pam, nec pollicem admordebo, nec ues rodam.

§. 19.

'. Obtruditur mihi, quod omnes diver- lectiones rejicere, & unice τῷ Keri in- ere videar. Obtruditur inquam, mihi entia, quam nullo libelli mei loco ſum us. Conferas, quæſo, p. 356. 357. 361. eriora edoceberis. Equidem non diffi- , fore ut initio res multis implicita ſit cultatibus; ſed modo fiat initium; reſti-

tuantur literæ omissæ, superfluæ ab
tur: magna me spes alit, fore ut c
negotium optato gaudeat successu: Si
cur quis sibi religioni duceret 2 *Sam.* V
pro (ׇ ׃) scribere פְּרָת & *Jerem.* XX
pro (׃ ׇ) בָּאִים & f. p. Si in nostr
tionibus ידרך & חמש *Jerem.* LI: 3.
XLVIII: 16. a librario bis scripta,
terentur, quot menda, quot errata
evitari!

§. 20.

VI. Quod ad Hebræas fabricas a
artis hujus experimenta dandi, aut
in Magistris profitendi, minime mi
animus. Quod si quis nova vocabula
fabricata, examini subjiceret, exigu
rum esse numerum statim animadv
quum alii aliquoties centena ex suo i
finxerint.

§. 21.

VII. Credunt, quum ego Dagesc
ctuosum rejecerim, atque hoc emp
quam proxime accedat, me logom
commisisse. Sed consilia non esse p
tanda existimo. Dagesch *emphatic*

effectuoſum mihi ejusdem fere ſunt valoris. Equidem Grammatici, præcipue *Altingius*, *Danzius*, & Grammaticæ *Marchicæ* auctor largi ſunt in eo ex variis locis probando, ſed accuratiori examine inſtituto, affirmo, nos emphatico Dageſch facile poſſe carere. In *Gerſoniana* editione quævis loca, a Grammaticis hunc in finem adducta, evolvi, Sunt hæc ſequentia: *Geneſ.* XLIX: 10. *Exod.* II: 3. XV: 17. *Jud.* XX: 32. *Jeſ.* XLI: 17. LXIII: 19. LXIV: 2. *Ezech.* VI: 9. XXVII: 19. *Hoſ.* III: 2. *Pſalm.* LXXXIX: 45, ſed illud nusquam, niſi *Exod.* XV: 17. & *Hoſ.* III: 2. offendi. Inde mihi fit probabile, punctum hoc ad errores Celeberrimi *Jacobi ben Chajim* commode eſſe referendum, & Criticos non perperam facturos, ſi illud a Grammaticis exulare juberent.

§. 22.

VIII. Obſervant, *interpretationem meam*, evolutione vocum omnium phraſiumque pluribus adſtructam, *loci difficillimi* 2 *Sam.* XII: 31. (*) admo-

* Loci ex 2 *Sam.* XII: 31. hæc erat Interpretatio: *Populum vero, qui erat in urbe illa, juſſit educi, & funibus catenisque ferreis vinciri, carceribusque ferreis includi, eosque traduci per omne regnum Judæ, & ſic fecit omnibus civitatibus Ammonitarum.* Loci autem ex 1 *Chron.* XX: 2. hæc erat verſio. *Et populum, qui erat in urbe, juſſit educi, & teneri funibus, & catenis ferreis & carceribus, &c.*

admodum esse affectatam, *immo coactam*; porro me monent, *ex re ipsa patere*, *quod longe alia pœna hic indicetur*; denique quærunt, *quæ deinceps Ammonitarum fuerint fata*, *utrum David eos*, *per regnum traductos*, *carceri iterum includi*, *an dimitti jusserit?* Ad hæc respondeo, interpretationem meam affectationis non esse insimulandam, siquidem magnam partem Syrum & Arabicum interpretem fui sequutus; porro illam ita esse comparatam, ut me omnibus expediverim difficultatibus. Ad quæstionem, quomodo David Ammonitas tractaverit, conferat Lector interpretem Syrum, cujus versionem p. 154. adduxi: *neminem ex iis interfecit*, *sed abiens habitare fecit eos in pagis terræ Israëlis*.

§. 23.

IX. Nova mea somnii interpretatio *Judic.* VII: 13. tantum in conjectura est posita; itaque ad palinodiam canendam, si objectiones alicujus ponderis proferantur, semper ero promtus ac paratus. (*) Sed in

(*) Concernit potissimum verba צליל לחם שערים translata per *gladium acutum & strictum*, cujus versionis veritas comprobatur non solum ex vocum significatu, sed etiam ex responsione proximi *vs.* 14. *non est hoc aliud nisi gladius Gideonis &c.*

Omne

in hanc neceſſitatem nondum ſum adductus. Nec me hujus explicationis auctorem vendito. Honos SANCTIO eſt deferendus. (*) Exempla, ad ſomnii illuſtrationem allata, huc non ſpectant; pertinent enim ad Aegyptiorum imagines, ſive figuras hieroglyphicas. Obſervatio, quod miles panem ſomniet, mihi ſufficere haud videtur. Hoc autem gratiſſimo agnoſco animo, quod ſim edoctus, non Gideonitam ita ſomniaſſe, ſed Midianitam.

§. 24.

X. Limites mihi præſcripti non permittunt, ut in objectiones, quæ forte adhuc ſuperſunt, inquiram. Hoc autem certum erit, eas reſponſione haud indigere, quum cuivis rem obiter meditanti, ſtatim ſuccurret, quid viciſſim poſſit moneri.

Hoc autem mihi eſſet in votis, ut Viri docti, ſententiam meam oppugnaturi, absque præjudiciis & partium ſtudio Criticam meam volverent. Non mihi blandiar, ſi

 affir-

Omne ferret hæc explicatio punctum, ſi proximi illius reſponſum loco חרב haberet לחם, vel ſi Midianita in hiſtoria ſomnii loco τυ לחם voce חרב uſus fuiſſet. Interim laudo conjecturam. N. B.

(*) Conf. GLASSII *Philol. S. p.* 2c08.

affirmavero, eos, ſi non omnibus, pleris
que tamen explicationibus, a me allatis
eſſe adſtipulaturos. Forte etiam rei litera
riæ conſuleretur, ſi Viri Doctiſſimi novan
Hebrææ Grammaticæ, aut Lexici editio
nem, non præcipitarent, ſed conſilia su
potius differrent, dum Celeberrimus KEN
NICOTT Biblia ſua Hebræa, pro theſauri
habenda, ediderit.

V.

STATUS CONLATIONIS HEBRÆORUM MANUSCRIPTORUM VETERIS TESTAMENTI

Qualis fuit sub finem Anni ab incepto opere QUARTI 1763. delineatus

A

BENJAM. KENNICOTT,
S. T. D. ET MEMBRO COLLEGII EXETERANI OXONIENSIS.

Quum opus hoc rem Christianam publicam concernit, & revera haud vulgarem honorem & adplausum experitur, necessarium esse censeo, ut ad finem cujusque anni SUBSCRIPTORIBUS exponatur, qualem fecerit *progressum*, qualisque sit *status subscriptionis*. Quale fuerit u-

trumque ad finem anni ab incepto o
Quarti ſequens hæc expoſitio *Mæcenate*
cebit. Gratiſſima mente hic deprædicc
traordinarium favorem, quam ſubſcrip
meæ comprobarunt tot *Societates erudito*
totque *Viri*, qui tum zelo eruditionis &
ligionis tum dignitate & muneribus c
maxime præ aliis excellunt. Præprimi
ſtanda eſt officioſiſſima gratiarum acti
niverſitatibus OXONIENSI, CANTABRIG
& DUBLINENSI pro honore, quem huic
ri contulerunt; & omnium maxime
piiſſimo & munificentiſſimo patrocinio,
Ipſa REGIA MAJESTAS hoc opus dignata

Inſtituti hujus *utilitas* illis omnibus
dens ſit oportet, qui adtento animo ſequ
perpendunt; — quod ſcopus hujus o
ſit textui *Veteris* Teſtamenti ſimile ſol
debitum, quale (omnium adplauſu) te
Novi Teſtamenti & plerisque aliis ſc
antiquis ſolutum eſt; — quod textus
braicus hucusque (licet maximum it
momentum habeat) juxta *recentiora* & *v*
MANUSCRIPTA excuſus ſit; — quod a
feliciter conſervata ſint multa *antiq*
MSS. mendis multis recentioribus,
partem Divinæ revelationis contaminar
haud obnoxia: MSS, quorum Lecti
contextui, *verſionibus antiquis* & textui
Teſtamenti magis reſpondent; — &
pte

pterea, quod summopere desiderandum sit, ut Lectiones omnes Variantes horum MSS, (quæ per ætatem pereunt) cito conligantur, & postmodum accurate junctimque luci exponantur publicæ.

Quod MSS. Hebraica adtinet, quæ in regnis nostris inveniuntur, illorum numerus erat secundum ultimam annualem relationem CXXI. Huic nunc addo completum MSS. Hebraicum V. T. in *Syria* scriptum anno circiter 657, quod amice ad usus meos comparavit *Venetiis* Reverendus MORDAUNT, Capellanus Comitis quondam NORDHAMPTONENSIS, Legati ibidem Regii. Hoc, additis duobus MSS. *Bodlejanis*, nondum memoratis, (quorum unum continet *Pentateuchum*, alterum autem librum *Jobi*) conficit numerum Codicum Hebr. MSS, in M. Brittannia & Hibernia jam cognitorum CXXIV. Ex his præsentibus conlata jam sunt XXXII. & conlationes *originales* XVIII. MSS. eleganter pictæ, juxta methodum a delegatis preli ad subscriptionis formam præscriptam in Bibliotheca *Bodlejana* depositæ sunt.

Interea *Sex* alia MSS., quæ *Museum Britannicum* possidet, hoc anno conlata fuerunt. Et hic grates quam maximæ præstandæ sunt Musei hujus DIRECTORIBUS pro singulari honore, quo opus hoc ejusque susceptorem dignati sunt. Conventui ipsorum generali

præterito menſe Februarii habito, ad rc
tum meum, benevolentiſſime à Reveren
ſimo Archiepiſcopo CANTUARIENSI comm
datum, placuit ſtatuere — *quod on*
MSS. *Hebraica mecum Oxonium deferre*
demque conferre poſſem. Ad hujus dec
normam paulo poſt ex 26. MSS. mihi
dita fuerunt *Sex*, quæ labente hoc anno
rate & fideliter reſtituam.

Unum eorum erat Pentateuchus Sam
tanus ab Archiepiſcopo Uſſerio datus
berto Cottono. Apographum maximi
tii: fere unicum completum in E
pa, & eadem manu uniformiter pictı
plusquam 400. annos excedens.]
MSS. ſimul & alterum MSS. Bodlejaı
ejusdem generis cum textu Samaritano
lyglottorum Londinenſium conlatum eſt, &
illa conlatione adparet, quod textus Sa
ritanus horum *Polyglottorum* (quæ alias c
mendatione valde digna ſunt) revera m
adcurate excuſus ſit. Ita ut ex his duı
MSS. multi errores, qui in his & in *I*
glottis Pariſienſibus deprehendantur, cı
genda ſunt. Res hæc magni momenti
& ſpecialem meretur adtentionem, ut
Pentateucho Samaritano ſua reddatur d
tas. Non enim mirum eſt, quod Viri
dam vere docti eum judicaverint valde
ruptum, quando excuſum exemplar

quo tale judicium (ad minimum in Anglia) commune fuit, tam mendosum repertum fuit. MSS. igitur hæc ut magni pretii æstimanda sunt, quia ad corrigendum excusum *hujus* Pentateuchi textum ducunt, sine cujus auxilio Pentateuchus Hebraicus, (ut videtur) nunquam restitui potest ad ejusdem Integritatem Originalem. Liceat hic in honorem hujus Pentateuchi addere testimonium notatu dignum cel. CUDWORTHI, terrarum nostrarum & eruditionis ornamenti, qui (in tractatu *Unio Christi & Ecclesiæ*, inscripto, a *Moshemio* Latinitate donato) interpretatus textum, qui in excuso textu Hebraico ab ejusdem in *Novo* Testamento citatione differt, hæc adnotavit. *Postremo, quod maximi esse puto ad hanc caussam ponderis, quamvis Hebræi Codicis exempla nostra, quæ a Judæis accepimus, hæc aliter legant; Pentateuchus tamen* SAMARITANUS, *quod pretiosissimum antiquitatis monumentum non ita pridem in lucem protractum est, qui* VARIIS IN LOCIS EXACTIOR *esse videtur quam nostri Codices, habet id, quemadmodum citatum est in quatuor diversis N. T. locis.* Auctoritati huic jungo illam Viri Illustris ISAACI NEWTONI, quæ conlationi Hebræorum MSS. valde favet, dum textum, uti nunc excusus est, corruptum adgnoscit: nam non ita pridem ipse in magni hujus Viri Manuscriptis

ptis varias textus Hebraici excuſi corre
nes vidi, quorum aliquæ cum illis,
Doctus *Houbigeantius* fecit, exacte co
niunt.

Quatuor Bibliothecæ Bodlejanæ M
cum hiſce *Sex* Muſei Britannici hoc
conlata ſunt. *Duo* commodata ex Biblio
ca Decani & Capituli Weſtmonaſterie
Unum elegantiſſimum, Biblia completa
tinens, mihi miſſum ab Univerſitate A
donienſi; *Duo* ex Collegio Trinitatis D
nenſi, quæ ab ipſo ejus Præpoſito ben
lenter adlata mihique tradita fuerunt
Unum Rev. HIERONYMI DE WILHEM, V.
Lekkerkerkienſis in Belgio, Roteroda
amice tranſmiſſum. Pro uſu horum o
um MSS. heic gratias ago maximas & o
genas. In his *Sedecim* MSS. magnus
antium Lectionum numerus repertus
quæ varium magnumque uſum præſ
præſertim in magnifico MS. illo *Lekker*
ad me miſſo. Legitur in textu hujus
ipſum verbum (ſignificans OMNE)
XXVII: 26. (excuſum in textu *Samari*
quod pars adeo materialis eſt citat
Paulinæ (*Gal.* III: 10) & ad argume
Apoſtoli tam neceſſaria, ut, licet nc
periatur in excuſo Hebræo Codice,
inſerendum ſe obſtrictos judicaverint A
ei noſtri Interpretes. Præter Sill

hunc MSS. quædam mihi commodata sunt a popularibus & alia mihi missa fuerunt ab exteris, quibus addendum est MS. valde antiquum Pentateuchi Hebraici, quod possidet Eruditissimus SCHULTENS, Professor Leidensis, quodque se mihi missurum esse amicissime promisit, immo cl. hic Professor, huic operi favendo aliquot Viros-Juvenes adornavit, qui sub ejusdem propria inspectione MS. Pentateuchi Samaritani Bibliothecæ Leidensis conferunt.

Necesse autem est, ut sciant Instituti hujus MÆCENATES, quod præter MSS. jam enumerata, quorum conlatio in Anglia hoc anno durat, varia MSS. in aliis terris conferantur. Dum enim domi omnem adhibemus curam & adtentionem, quicquid possibile est impendimus: ad procurandam exterorum opem, & revera hæ curæ talem habuere successum, qualem forte nulla alia res Litteraria. In quamplurimis regionibus ab Anglia & a se invicem dissitis huic instituto favor cum insigni zelo delatus est, imo a viris doctis diversæ licet religionis, qui in eo conveniunt, quod Institutum hoc tendat ad communem caussam, sc. ad *dignitatem Revelationis*, quibus ob auxilium mihi præstitum & amice oblata in futurum officia valde devinctus sum.

Maximus honor ab exteris huic Instituto dela-

delatus originem ſuam trahit a decreto duobus teſtimoniis corroborato, uno ROMANO, altero GENEVENSI. Quia ſucceſſus tam felices ut plurimum extraordinariis his commendationibus adcreverunt, teſtimonia illa, ſemel jam communicata, hic repetenda ſunt; præſertim dum varii extranei, qui narrationem ultimi anni non viderunt, hanc veroſimiliter legent. *Primum* horum mihi ROMA ſpontaneo motu miſſum fuit a *Cardinale* PASSIONEO, (quondam ibidem honoratiſſimo meo Mæcenate), ipſa manu Eminenti ſignatum & reſeratum. Teſtimonium hoc non ut actio viri privati conſiderandum eſt, ſed ut in publico & eminenti munere conſtituti, quale eſt *Eccleſiæ Romanæ Cardinalis Bibliothecarii*. *Alterum* Apographum eſt ex Diariis publicis Univerſitatis *Genevenſis*, quod mihi per *Generoſiſſimum* MOUNT STUART benevolentiſſime procuratum & in Angliam miſſum fuit.

Teſtimonium ROMANUM
vide *Biblioth Brem. Nov. Cl. V. p.* 302.
Teſtimonium GENEVENSE
vide *B. B. N. l. c. p.* 303.

Ut diverſæ conlationes ab exteris inſtituendæ eodem ordine decurrant, eademque adtentione ad omnes neceſſarias circumſtan-

ſtantias, qualem obſervamus in Anglia, dirigantur, Tabula, qua methodus conlationis adcurate deſcribitur, typis nuper expreſſa & ad extraneos conlectores transmiſſa eſt.

ROMÆ magnam jacturam, quam paſſi fuimus ex obitu Eminentium Cardinalium PASSIONEI & SPINELLI, reſarcivit patrocinium eminentium Cardinalium ALBANI & TORREGIANI, hujus *Cardinalis Secretarii Status*, illius *Cardinalis Bibliothecarii* —— Hic (epiſtola menſe Januario humaniſſime ad me data) dignatus eſt me certiorem reddere, quod *ſingula* MSS. *Bibliothecæ Vaticanæ*, *quarum mentionem feceram*, *operi huic in ſervitura ſint*. Gratiarum actionibus, quas Viris his Eminentiſſimis debeo, aliam ſpecialem jungo, debitam digniſſimo Prælato MAREFOSCHI, Secretario Collegii *de Propaganda fide*, pro patrocinio huic operi conceſſo, proque præſtitis Conlatori, Profeſſori *Conſtanzi*, variis auxiliis; talemque debeo Reverendis *Xaverio Vaſquez* & *Auguſtino Giorgi*, Conventus *Auguſtiniani* Patribus; Collegio *Maronitarum* & Abbati *Ballarini*, Principis *Barbarini* Bibliothecario, qui hilariter ad hanc cauſam MSS. ſuorum uſum conceſſerunt. Altera Commiſſio, quam Romam miſi, deſtinata erat ad conferenda XVII MSS. XII Bibliothecæ Vaticanæ & V Bibliothecarum aliarum jam memoratarum.

Pro-

Profeſſor, qui aliquot horum MSS. jam contulit, ſequentem mihi miſit notitiam – *In Codicibus mox laudatis plures atque eas quidem magni momenti variantes Lectiones me inveniſſe lætaberis, & quod Tibi gratiſſimum fore confido, in Codice Bibliothecæ Angelicæ ea Danielis & Esdræ capita, quæ Chaldaice tantum ſcripta vulgo reperiuntur, tum Chaldaice tum etiam Ebraice ſcripta deprehendi.* Hunc Articulum non poſſum finire, quin multas agam gratias *Danieli Creſpin*, *Armigero*, quocum mihi Romæ litterarum eſt commercium, pro multis & magnis mihi præſtitis officiis.

In HISPANIA Catalogum MSS. Bibliorum Hebraicorum Bibliothecæ *Scoriliacenſis* procuravit NUNTIUS, *Madriti* reſidens ad preces Cardinalis SPINELLI, qui mihi paulo ante ejus obitum miſſus fuit. Haud dedignatus erat me monere, quod Nuntium, amicum ſuum, ſerio rogaſſet, ut procuraret Catalogos Hebræorum MSS, *quotquot vel in Regiis vel in publicis Hiſpaniarum Bibliothecis adſervantur*; & Scorialicenſi Catalogo adnexum erat promiſſum, quod Catalogi MSS. *aliarum Hiſpaniæ Bibliothecarum publicarum* mihi paulo poſt eodem modo mittendi eſſent. Spes his Catalogis potiundi ſedet animo. Obligatum me quoque ſummopere adgnoſco Docto & Reverendo

FRAN-

FRANCISCO PEREZ BAYER, Canonico & Thesaurario Templi magni Toledani, quod mihi amicissimis literis faverit, & syllabo variorum pretiosorum MSS. Hebræorum propriæ suæ Bibliothecæ, una cum adcuratis speciminibus Characterum, quibus singula MSS. conscripta sunt; quæ specimina elegantissima sunt & curiosa. Vetustissimum horum MSS. scriptum erat anno 1144.

An ullum Hispaniæ MS. ibidem conferri possit, aut favorem transmissionis in Angliam ad breve tempus obtinere, (quemadmodum permiserunt *Belgæ* &c.) adhuc incertum est. Verum dum cogito – quod REX HISPANIÆ se ipse vario modo demonstraverit Mæcenatem eruditionis – quod Excellentissimus ROCHFORD, Regis Angliæ Legatus, mihi benevolentissime & certissime promiserit, se hoc negotium in aula Hispanica promoturum – quod similiter summus militiæ Præfertus CRAUFURD, cui jam multum debeo, ibidem favorem huic operi conciliare velit; – certa nobis exoritur spes, ex his terris insigne auxilium profecturum esse. Immo ex *hoc* regno speciatim exoptandum est auxilium, in quo *Judæi* paucis abhinc seculis frequenter admodum domicilia habuerunt.

TAURINI Professores Hebr. litterarum, quibus REX SARDINIÆ conlationem MSS.

Regiorum demandavit, examen *Sex* cum, (qui magni habentur pretii) ab runt, eorumque conlationes elegante ſcriptas, mox traditurì ſunt M. Britann dem Legato L. DUTENS, *Armigero*, a qu ipſo momento honorificas accepi litt quibus ſe teſtatur paratum ad eas ſollic Angliam transmittendas.

FLORENTIÆ alteram conlationem ſul runt *Il Padre Berretta Vallembroſano* & *Bartoli*, in *Sex* MSS. conſiſtentem. conlatio *Quatuor* MSS. præcedente an nita eſt, elegantiſſime ſcripta, & c miſſa per Legatum ibidem Regium, E lentiſſimum HORATIUM MANN, cujus nis mentionem facere nequeo ſine ma gratiarum actione pro præſtito ubique Inſtituto patrocinio; præſertim quod commendaverit Excellentiſſimo *Comiti* MIAN, Gubernatori Milanenſi – quod ſiverit Catalogum MSS. Hebr. Bibliot *Ambroſianæ Milanenſis*, – quod licentia conferendi obtinuerit, – & Docti *Henrico A Porta* perſuaſerit eorumdem lationem inſtituere. Excellentem h MSS. deſcriptionem Profeſſor hic forr ad deſiderium Comitis Firmian, qui ea miſit ad Virum generoſum Horatium M cujus cura adlata eſt in Angliam per C roſiſſimum *Ducem* GRAFTON, qui hanc

ſcipere haud dedignatus fuit. Catalogus ille Milanenſis continet expoſitionem *Quatuordecim* MSS., quorum aliqua magni videntur eſſe pretii, eorumque unum antiquus eſt Pentateuchus Samaritanus, cujus conlationem *Montefalconius* exoptavit. Profeſſor *A Porta* litteris, præterito menſe Septembri datis, me exhilaravit, habentibus, quod ſe tum temporis ad conlationem omnium *Quatuordecim* MSS. pararet.

TURICI conlatio duorum MSS. Bibliothecæ publicæ, quam cl. *Breitingerus* facere promiſerat, dilata eſt, quia licentia his MSS. utendi à Magiſtratu hujus urbis obtineri haud poterat. Spes tamen ſupereſt, licentiam hanc jam impetratum iri, eandem quærente & rogante Miniſtro Angliæ, qui *Bernæ* ſedem habet. Et BERNÆ eſt Hebr. MS., continens partem aliquam Bibliorum, cujus collatio ſub directione doctiſſimi *Sinneri*, Bibliothecarii publici, mox inſtituetur.

HAMBURGI hucusque conlatio MSS. per Profeſſorem *Reimarum* procurata eſt, ita ut *Tria* antiqua MSS. (unum Bibliorum Codicem conſtituentia) examinata eorumque Variantes Lectiones mihi miſſæ ſint.

BEROLINO primarius REGIS BORUSSIÆ Capellanus, Reverendus *Sack* miſit ad me varias lectiones MS. *Seideliani* Pentateuchi, (adſervati in Bibliotheca Saxonum *Halenſi* pu-

blica) quod Profeſſor *Murſinna* contulit.
ter alia officia, quæ relate ad hoc opus
SACKIO pro præſtitis auxiliis & data n
debeo, gratias ipſi ago, quod mihi
mercium Litterarium cum cl. *Semlero*, T
logo Halenſi, conciliaverit.

DRESDENÆ Bibliotheca Electoralis a
vat MS. Bibliorum Hebr. completum
jus conlatio directore cl. *Clodio*, Bibli
cario, inſtituta eſt, quem favorem cl. *A*
Bibliothecario Regio Hanoverano, de
Et *Caſſellis* MS. exſtat Hebraicum,
merità adeo inſignia viſa ſunt, ut ſubje
fuerit doctiſſimæ & utiliſſimæ Diſſert
nis, quam A. 1748. doctus *Schiede* p
cavit. Me itaque converti ad Am
meum, cl. *J. D. Michaelis*, Profeſſ
Gottingenſem, ejusque conſilium petii,
meliori modo optima hujus MS. con
procurari poſſit.

Tandem hic memorare oportet, quæ M
LUTETIÆ PARISIORUM conlata fuerint,
que adhuc ad uſum hujus operis confe
tur. Mirum enim non eſt *ibidem* quam
rima & pretioſa MSS. Hebraica Biblic
adſervari. Non poſſum quin me ipſe
ciſſimum reputem, quod ad promoven
hoc Inſtitutum amicum invenerim,
hanc id rem aptum natum zeloque adfect
qualis eſt Abbas LADVOCAT, Bibliothec

& Professor Linguæ Hebrææ in Academia *Sorbonensi*, Vir nobilis, qui tum ipse horas suas conlationi impendere statuit, tum suorum Discipulorum aliquot ad idem opus formavit & adhibuit. Præterito mense Februarii mihi misit Variantes Lectiones ex *Septem* Psalmorum MSS. Postea contulit *Novem* alia Psalteria, & me certum reddidit, aliquot harum Variantium magni esse momenti. Unum in hoc studio Professoris *Ladvocat* memorare oportet singulari gratitudine – quod licet sibi ipsi & discipulis suis laborum ingens onus imposuerit, neque tamen Ipse, neque hi ullam remunerationem nummariam accipere velint. Ultimis, quibus Professor ille me honoravit, ipsi adlubuit dicere: *Hoc nobis haud est moris in Sorbonna, & existimamus nos omnino felicissimos utrique, & Juvenes mei & ego, dum aliquid operi tam utili & non minus ad studium S. Litterarum necessario conferre possumus.*

Quæ in præcedentibus speciatim retuli dum lecturi sunt hujus operis MÆCENATES, utrumque illis satisfacturum spero, progressum sc. quem in Anglia fecimus, & strenuum laborem in procurando auxilio & inquisitione apud exteros. Quum unumquodque fere MS. reales exhibet variantes, evidens sit oportet, (saltem Viris in Critica &

 Classi-

Claſſicali Litteratura verſatis) quod proportionatim, quo plura MSS. præſertim antiqua conferantur, eo plus utilitatis ad hoc opus redundare debeat. Nullus eſt in orbe locus, quem non adiverim, ardenterque cognitionem & uſum MSS. Hebraicorum deſideraverim. Me ergo devinctum eſſe cenſeo pro detectione cujuslibet ejusmodi MS., exque hac cauſſa heic ſpeciales gratias debeo doctiſſimo *Ravio*, *Profeſſori Trajectino*, *aliisque*, qui mihi talium MSS. notitias miſerunt, ſimiliter Reverendo *Lind*, Capellano Legati Regii, *Conſtantinopoli*, ac cuicunque alii, qui in hujusmodi MSS. amice inquiſitionem inſtituit.

Ut ut ſit, (inſignis cum ſit ſubſcriptio, eritque & editio hujus operis revera ampliſſima) non ita vanus ſum ut adſerere auſim, vel *dimidiæ partis* Hebr. MSS. jam cognitorum ſola in *Europa* conlationem poſſibilem fore. Nam ex *hac ipſa cauſſa* fere dicenda eſt impoſſibilis, ſi conſideramus, quod MSS. totius vel partium Codicis S. Hebr. quæ *jam innoteſcunt*, (exceptis quæ reperiuntur in tribus propriis noſtris regnis) – in *Italia* 117 – in *Germania* 87 – in *Gallia* 70 – in *Belgio* 32 – in *Hiſpania* 20 – in *Helvetia*, *Dania* & *Suecia* 10 – in totum quæ apud exteros cognita ſunt, conficiunt CCCXXXVI. Additis eis quæ in Anglia habemus, ſumma erit

erit CCCCLX. MSS. quæ probabiliter pertinget ad numerum D. MSS. Et quam optandum foret hoc opus comprehenderet Lectiones Variantes omnium *Quingentorum* MSS. – atque (exceptis ſphalmatibus in exſecutione) *ſemel* fieri poſſet *opus in ſuo genere perfectum*, – ſed ita ut (poſt ſubſcriptionem tam inſignem) adderetur *Veteris Teſtamenti* Adpendix poſt Adpendicem, ſemperque aliqua ſequeretur conlatio, quemadmodum hoc *Novo Teſtamento* obtigit, omnibusque notum eſt. Multa enim N. T. MSS. (forte *centum*) manſerunt intacta, licet cl. *Millius* 30 annorum labore circiter *Centum* MSS. Variantes Lectiones publicaverit – licet *Kuſterus* & *Bengelius* addiderint Lectiones Variantes *duodecim* aliorum MSS – & licet *Wetſtenius* primas conlectorum editiones multis aliis adauxerit.

Paucis, Reip. Litterariæ adſerere auſim, me omnem operam, quæ jure exſpectari poſſit, huic Inſtituto conſecraturum eſſe. Perſequar incepta indefeſſe in procurandis multorum MSS. conlationibus, & conciliando huic operi talem perfectionis gradum, qualem indoles ſubſcriptionis permittet. Huc tendo motus non tantum ex convictione utilitatis & momenti hujus operis (quæ quo majores opus hoc fecit progreſſus, eo evidentior evaſit), ſed etiam ex

justo honoris sensu, & ex sensu gratitudinis EIS debito, qui ad multorum publica vota præsentis Instituti patrocinium susceperunt.

OXONII
a. d. 12. Decemb. 1763.

Sequitur TESTIFICATIO V. C. THOMÆ HUNT, *Professoris Linguæ Hebrææ Regii Oxoniensis*, eisdem fere verbis concepta, quæ leguntur *Bibl. Brem. Nov. Cl. V. p.* 311. 312. Additum est, hujusmodi Testificationem requisitam quoque fuisse ab Academia *Cantuariensi*. Signata est *d.* 10. *Decembr.* 1763.

Syllabum Subscriptionis non opus est addere, cum fere convenit eum ea, quam vides *B. B. N. l. c. p.* 313. s. Hoc unum noto, quod cum subscriptio præcedens efficiat Librarum 910,, 11,, 6. *hujus anni subscriptio* habeat summam 1002, 2. *librarum Sterlingicarum.* N. B.

VI.

V I.

JO. CHRISTOPH. HARENBERGII,

RELATIO

DE BIBLIORUM LATINORUM SECULO XII. SCRIPTORUM RARO EXEMPLARI.

Biblia latina, membranis Voluminibus duobus formæ regalis inſcripta, memoratu ſint digna, quæ Brunsvici anno 1750. ex Bibliotheca RITTERIANA per hæreditatem in manus ANNÆ SOPHIÆ MARGARETÆ SALEFELD, HACKMANNI *viduæ*, tranſlata ſunt. Habent enim ea icones Auctorum, libris ſingulis præmiſſas, auro ductili olim & lævigato inſtructas easque de reliquo miris coloribus ornatas: habent litteras capitum ſtichorumque elegantiſſimo colore ſcriptas: habent litteras ad amuſſim exaratas & pauciſſima ſcripturæ compendia. Nec jota nec y pſilon punctum accepit ſuperſcriptum.

Annus

Annus descriptionis nuspiam indicatur. Auctor ejus seu librarius fuit *Joannes, minister ecclesiæ S. Mariæ Magdalenæ in Ugeza sub monte Petrino in Bohemia.* Id ipsum perspicitur ex testimoniis, quæ in fine psalterii Davidici ac Apocalypseos se offerunt lectori. In illo loco leguntur hæc: „ Explicit psalterium David regis „ & prophete KMOTRZE KUPSUKUP SUKNY. „ YUZGEST. CZASS. "

In hoc, ipso fine bibliorum, leguntur ea, quæ ex parte jam adtigi & sic habent:

„ Explicit liber Apokalipsis beati Jo-
„ hannis Apostoli nec non totus liber bi-
„ blie domini Johannis plebani ecclesiæ
„ Sce. Marie Magdalene in Ugezd super
„ monte Petrino finitus feria sexta.
„ post *Salus populi* ". Videtur indicari *Aujest, pagus circuli Pilsnensis*, XI. milliaribus Germanicis ab urbe Praga distans, Dominæ Illustrissimæ *Bentenrideriæ* subjectus. Est, qui aurem mihi vellicat, monens, designari cœnobium *Osseg.*, Dominicanis inserviens. Eam ob caussam mihi non est animus cum quoquam pignore certare. Litem solide definient Bohemi. Nobis reliqua sunt adjungenda.

Singulis libris biblicis præmissus fuit HIERONYMI prologus, & post hunc summæ stichorum exhibentur, numeris eorum

haud

haud neglectis. Descriptio tamen ipsa non ubique abludit a nostra capitum distributione, licet numeratio in margine spiret scripturam recentioris ævi. Plerumque capitum numerus a consuetudine, ad nos propagata, abhorret. Nam *Matthæo* capita XXVI. sunt adtributa, *Marco* XII, epistolæ Pauli ad *Romanos* XII, priori ad *Corinthios* XVII. Ante epistolam Pauli ad *Ephesios* hæc leguntur: *Incipiunt capitula in epistolam ad Ephesios*, quæ deinde æquant *numerum* XXXI. congruenter numero stichorum. Epistolæ ad *Philippenses* præmittuntur summæ capitulorum VIII, ad *Colossenses* X, *priori* ad *Thessalonicenses* XI. *posteriori* VI, *priori* ad *Timotheum* XII. Cetera omitto. Omnibus Pauli epistolis postposita sunt *Acta Apostolorum*, eisque præfigitur indicium seu numerus capitulorum LXXII. Epistolæ *Jacobi* præmittitur series capitulorum XX, *Apocalypsi* XXIV, licet hæc ipso facto sit in capita XXI. divisa. Duplex igitur & stichorum & capitum divisio fuit circa id ævum in usu, licet nostra nondum tunc prorsus fuerit recepta.

Contuli illud exemplar cum *Vulgata Versione*, a Theologis *Lovaniensibus* adornata & *Antwerpiæ* 1587, 8, edita, & haud raro in lectiones incidi discrepantes.

Exem-

Exemplar Joannis plebani habet *Gen.* III: 15. ſcriptum, *ipſa conteret caput tuum.* Ad examen vocavi caput *Apocalypſeos* XXI. ſpeciatim, in quo has notavi variantes:

	MStus codex.	*Lovanienſis editus.*
6.	Ego ſum a & m r.	Ego ſum α & ω.
	aquæ vivæ gratis.	aquæ vitæ gratis.
8.	quod eſt morte ſecunda.	quod eſt mors ſecunda.
11.	lumen ejus.	& lumen ejus.
	tanquam lapidi jaſpidi.	——— jaſpidis.
12.	habens portas.	habentem portas.
	XII. tribuum Iſraël.	——— filiorum Iſraël.
14.	apoſtolorum & agni.	Apoſtolorum agni.
16.	poſita ejus Longitudo.	poſita eſt longitudo.
18.	civitas auro mundo.	civitas aurum mundum.
19.	ſecundus-tertius.	ſecundum-tertium.
20.	topaſius.	topazius.
21.	platee civitatis.	platea civitatis.
23.	illuminabit.	illuminavit.
27.	in ea aliquid inquinatum faciens.	in eam aliquod coinquinatum aut abominationem faciens.

Suffecerint hæc ad judicium de exemplari faciendum.

BIBLIOTHECA
HAGANA
HISTORICO-PHILOLOGICO-
THEOLOGICA,
AD
CONTINUATIONEM
BIBLIOTHECÆ BREMENSIS
NOVÆ
CONSTRUCTA.

CLASSIS PRIMÆ,
FASCICULUS SECUNDUS.

AMSTELODAMI & LUGDUNI BATAV.
Sumptibus Bibliopolarum
HENR. VIEROOT & JOA. LE MAIR,
MDCCLXVIII.

SYLLABUS SCHEDIASMATUM,

FASCICULI SECUNDI

CLASSIS PRIMÆ.

III.

I.

BENJAM. VIL. DAN. SCHULZE,

ADDITAMENTA VARIANTIUM LECTIONUM, E GERSONIANA SACRI CODICIS EDITIONE COLLECTARUM, CUM ADJECTIS OBSERVATIUNCULIS.

PROOEMIUM.

Quum Celeberrimus KENNICOTT literis, *Oxonio* ad me datis, peramanter me rogaverit, ut rariſſimam GERSONIS ſacri codicis editionem ad verbum percurrerem: meum eſſe duxi deſiderio ejus ſatisfacere. Quamvis per labores, quibus quotidie diſtrahor, vix horariam ſingulis diebus operam huic rei impendere licuerit, anni tamen, & quod excurrit, ſpatio, totum negotium fuiſſe confectum gaudeo. Equidem mihi initio perſuaſeram, me omnia, quæ ali-

alicujus momenti visa, in *Critica me*
hausisse, sicque omnem operam nulliu
futuram; sed animus me vehementer
lit. Multa enim, quæ oculorum acie
gerant, & tamen notatu digna, adhu
prehendi. Officio meo deessem, nisi
varietatem cum Erudito Lectore com
carem. Exhibeo igitur in præsenti i
tem variantium lectionum, e Gerso
editione collectarum, numerum, cu
jectis observatiunculis. In hisce lectio
recensendis hunc adhibui delectum, ut
sis quæ nullius erant momenti, has t
deligerem, quæ aliquid ponderis hab
Si hæc Criticæ meæ additamenta,
bonique consulantur, erit quod mihi
ler. Operam meam viris, literatura
brææ peritis, non injucundam fore
Nonne enim existimationi B. Luther
fulitur, si clarissime probatur, beati
rum nec Vulgatam, nec versionem
terpretum, sed Gersonis editionem
quam cynosuram, fuisse sequutum? Si
quædam lectiones, a me allatæ, le
videbuntur momenti, confido tamen
dam ita esse comparatas, ut gratiam
ctoribus meis sim initurus. Me omi
seriem librorum sacrorum, in biblii
bræis usitatam, ordinasse, nemo
improbabit.

HOOGHT.	GERSON.
GENESIS.	
VII: 2. הוא	היא (*a*)
X: 12. הוא	היא
XXII: 20. הוא	היא
XXIII: 15. הוא	היא
XXXVI: 26. דישן	דישן (*b*)
XLVIII: 20. לאמור	לאמר

(*a*) Confer. *Crit. pag.* 20.

(*b*) Quum in hoc versiculo non filii *Disanis*, sed *Disonis* recenseantur, nullum mihi est dubium, librarium esse alucinatum. Dison & Disan vers. 21. & 30. distinguuntur. De Disanis liberis in sequentibus vers. 28. agitur. Disonem fuisse binominem ad commenta refero. Præstat igitur Disoni (1) ex editione Gersonis (2) ex Vulgata, 70. interpretum, Syri Samaritani versionibus (3) ex 1 *Chron.* I: 41. suum nomen restituere, & pro דישן legere דישן. B. Lutherus textum sacrum vernaculo sermone traditurus, ad Gersonis ductum retinuit Dison. Quamvis in Polyglottis Lond. דישן legeretur, *Pagninus* tamen, de veritate rei convictus, in superscripta interpretatione

HOOGHT.	GERSON.
EXODUS.	
I: 1. וְאֵלֶּה	אֵלֶּה (*a*)
V: 22. אֲדֹנָי	יְהוָה
V: 22. לָמָּה in fine versic.	וְלָמָּה (*b*)
XV: 17. מִקְּדָשׁ אֲדֹנָי	מִקְּדָשׁ יְהוָה
LEVITICUS.	
XXII: 3. הַהוּא	הַהִיא
NUMERI.	
V: 14. וְהוּא	וְהִיא
XIII: 32. הוּא	הִיא
XVI: 1. קְהָת	קְהָת

nomen Hebræum per *Dison* reddidit. Cæterum in hoc versiculo alius adhuc mendi mihi suborta est suspicio. Inter Disonis filios *Gen.* XXXVI. comparet חֶמְדָּן, qui 1 *Chron.* I: 41. vocatur חַמְרָן. Literas ד & ר a librario esse permutatas, quis non videt? Sed nec ex Gersoniana editione medicinam afferre licet.

(*a*) Conf. *Deutr.* I: 1.

(*b*) Omnes interpretes in Polyglottis Lond. si a Vul-

HOOGHT.	GERSON.
DEUTERNOMIUM.	
I: 24. וְכִגְבוּרֹתֶךָ	וּכִגְבוּרוֹתֶךָ
X: 14. כָּל־שְׁלָלָה	וְכָל־שְׁלָלָה (*a*)
XXIV: 1. אֶת־הַגִּלְעָד	מִן־הַגִּלְעָד (*b*)
JEHOSUAH.	
: 21. אֶת־תִּקְוַת	אֶת־תִּקְוַת חוּט (*c*)
: 3. הַלְוִיִּם	וְהַלְוִיִּם (*d*)

Vulgato discesseris, in codicibus suis repererunt וְלָמָּה. B. Lutherus particulam ו non expressit, forte ne verborum ponderi aliquid decederet.

a) Versiones 70. interpretum, Chaldæi, Syri, Arabis, & Lutheri respondent textui Gersoniano.

b) *Luthero* lectio Gersoniana displicuit.

c) Siquis versiculum 18. contulerit, statim hoc loco voculam חוט desiderabit.

d) Lutherus vertit: und die Priester aus den Leviten. Neglexit igitur particulam *vav.* Gersoniana lectio mihi videtur præferenda, inprimis, quod omnium interpretum in Polyglottis, præterquam vulgati, nitatur auctoritate.

HOOGHT.	GERSON.
JEHOSUAH.	
VI: 3. הַקִּיף	הַקֵּף
IX: 11. זְקֵינֵנוּ	זְקֵנֵינוּ
X: 24. אֶת־הַמְּלָכִים	אֶת־חֲמֵשֶׁת־הַמְּלָכִים (*a*)
XI: 1. שִׁמְרוֹן	שׁוּמְרוֹן
XV: 19. וַתִּתֶּן־לָהּ	וַיִּתֶּן־לָהּ כָּלֵב (*b*)
XIX: 15. וְיִדְאֲלָה	וְיִרְאֲלָה (*c*)
XIX: 33. מֵאַלּוֹן	מֵאֵלוֹן (*d*)
XIX: 41. וְעִיר שָׁמֶשׁ	וְעֵין שֶׁמֶשׁ (*e*)
XXII: 4. וּלְכוּ	וּסְעוּ (*f*)

(*a*) Nullus interpretum numerale חֲמֵשֶׁת expressit, præter *Lutherum*. Conferas, quæso, ejus versionem.

(*b*) Gersoni assentiuntur Vulgatus & Syrus; nec vero Lutherus.

(*c*) Cum Gersone facit Syrus, sed non Lutherus.

(*d*) Hinc Lutherus vertit: *Elon*.

(*e*) *Lutherus* Gersonis lectionem assensu suo haud comprobavit. Secundum interpretem Arabicum est: FONS *Sémes*.

(*f*) a נסע, sensu eodem.

(a) Vel

HOOGHT.	GERSON.
JEHOSUAH.	
XXIII: 12. ובאתם בהם	Nihil (a)
XXIII: 13. את־הגוים	את־כל־הגוים (b)
LIBER JUDICUM.	
IX: 8. מלוכה	מלכה
IX: 12. מלוכי	מלכי
XI: 13. ועד־היבק	עד־היבק (c)
XIII: 14. לא	אל (d)
XVIII: 9. מאד	עד־מאד
XIX: 24. לא	אל

(a) Vel hoc comma legas, vel non, sensus semper erit perspicuus. Lutherum a Gersone discessisse, ex ejus versione apparet.

(b) Bene igitur Lutherus: ALLE diese Völker.

(c) Particula ו est superflua, hinc eam Vulgatus, 70, Syrus & Arabs non legerunt in suis codicibus. Confer. versio Lutheri.

(d) Quum particula אל plerumque prohibet, לא autem tantum negat, priorem mihi magis placere candide profiteor; præcipue, quod eadem hoc versiculo eodem sensu bis repetatur.

HOOGHT.	GERSON.
I: 1. תֹּחוּ	תֹּהוּ (*a*)
VI: 9. אֶת־הָרָעָה	אֶת־כָּל־הָרָעָה (*b*)
XII: 13. אֲשֶׁר שְׁאֶלְתֶּם	וַאֲשֶׁר שְׁאֶלְתֶּם (*c*)
XIII: 8. אֲשֶׁר שְׁמוּאֵל	אֲשֶׁר שְׁמוּאֵל אָמַר (*d*)
XIII: 13. לֹא	וְלֹא (*e*)
XIV: 44. כֹּה־יַעֲשֶׂה	כֹּה־יַעֲשֶׂה לִי (*f*)

I SAMUELIS.

(*a*) Idem appellatur 1 *Chron.* VI: 19. תּוֹחַ, pro quo Gerſon legit תּוּחַ.

(*b*) Jam perſpicimus rationem, quare in Lutheri verſione legatur: ſo hat er uns ALLE das groſſe Übel gethan.

(*c*) Particula ו eſt neceſſaria. Conferantur Vulgatus, Syrus, Arabs & biblia vernacula.

(*d*) Clericus hic vehementer fluctuat; mox vult legere לִשְׁמוּאֵל; mox ſubaudit הוֹעִיד *condixit. Glaſſius* in philol. p. 1215. ſubaudiendum putat verbum יָעַד. Quidquid ſit, certum eſt, verbum אָמַר, ſive aliud ejusdem ſignificationis, in noſtris editionibus deſiderari. In verſione 70. interpretum legimus, ὡς εἶπε Σαμουήλ. In Targum: דַּאֲמַר.

(*e*) Li-

HOOGHT.	GERSON.

I SAMUELIS.

XVI: 15. מְבַעִתֶּךָ	מְבַעֲתֶךָ (*g*)
XVII: 31. וַיִּקָּחֵהוּ	וַיִּקָּחֵהוּ
XXIII: 22. הָכִינוּ	וְהָכִינוּ (*h*)
XXVI: 23. בְּיָד	בְּיָדִי (*i*)
XXVII: 4. יָוסַף	יָסַף

2 SAMUELIS.

I: 20. אַל תְּבַשְּׂרוּ	וְאַל תְּבַשְּׂרוּ (*k*)

(*e*) Litera ו non facile est omittenda. Bene igitur vertit *Lutherus:* UND nicht gehalten. ——

(*f*) Voculam לִי maxime esse necessariam, nemo negabit. Quis enim foret sensus, si ea negligeretur? Omnes interpr in Polygl. Lond. suum mihi præbent assensum. In Lutheri versione legimus: Gott thue MIR dis vnd das.

(*g*) Gersonianam omnino præfero lectionem. clar. *Simonis* מְבַעֶתְךָ format ex מְבַעֶתֶת.

(*h*) Conferantur versio Lutheri & omnes interpr. in Polygl. Lond. præter Syrum.

 (*i*) Nul-

HOOGHT.	GERSON.
III: 7. וַיֹּאמֶר	(l) וַיֹּאמֶר אִישׁ־בֹּשֶׁת
III: 18. הוֹשִׁיעַ	(m) אוֹשִׁיעַ
III: 20. חֶבְרוֹן	בְּחֶבְרוֹן

2 SAMUELIS.

(*i*) Nullum eſt dubium, Gerſonianam lectionem aſſenſum merere. Sententia mea nititur teſtimonio omnium interpretum in Polygl. Lond. Bene igitur Lutherus vertit: der Herr hat dich heute in MEINE Hand gegeben.

(*k*) Lutherus Gerſoni non acceſſit, ſed omnes interpretes in Polygl. Lond. ab ejus ſtant partibus.

(*l*) Lectio hæc maximi eſt momenti. In noſtris editionibus nomen Isboſethi deſiderari conſtat. Jure quæritur: quis loquitur ad Abnerum? Reſponſio, hic eſſe ellipſin, conf. *Glaſſii Philologia* p. 1298. & nomen Isboſethi ex ſequente verſiculo petendum, mihi haud ſufficit. Nullus enim prorſus verborum eſt nexus, niſi Isboſethi nomen addatur. Vulgatus, ἱ ὁ, Syrus & Arabs ſententiæ meæ ſubſcribunt. *Lutherus*, Gerſonis filum ſequutus, textui ſacro hac ratione optime conſuluit.

HOOGHT.		GERSON.	
2 SAMUELIS.			
VII: 12.	אֶת־אֲבֹתֶיךָ	עִם־אֲבוֹתֶיךָ	
XII: 27.	גַּם־ —	— וְגַם	(n)
XIII: 16.	אַל־אודות	עַל־אודות	(o)
XIV: 19.	אִשׁ	אִישׁ	

(m) Et hæc lectio magni est ponderis. Sive enim הוֹשִׁיעַ pro præterito, sive imperativo, sive infinitivo, acceperis, nihil tamen huc quadrat. Idem *Clericus* animadvertit, ac mendum latere diserte scribit. In Lutheri versione legimus: ICH WILL mein Volk Israel erretten / quæ Gersonis textui apte conveniunt. Omnes interpretationes, quas Polyglotta exhibent, sunt consonæ. *Glassius* inextricabilem fere difficultatem per enallagen tollere studet. p. 872.

(n) Omnes interpretes in Polygl. Lond. & Lutherus consentiunt.

(o) Aut nihil hic video, aut illud אַל ex Gersonis editione mutandum est in עַל. *Clericus* desudavit, ut locum hunc, librariorum incuria contaminatum, vindicaret, & bonus inde sensus emergeret; sed irrito conatu; verum enim ut fatear, nihil est ad rhombum. *Mihi* nullum est dubium, עַל־אודות veram esse lectionem. Bene igitur observat Clar. *Simonis*, אודות semper cum עַל construi p. 21.

(a) Alium

HOOGHT.	GERSON
2 SAMUELIS.	
XV: 19. לְמְקוֹמֶךָ	מִמְּקוֹמֶךָ (*a*)
XV: 21. אם	אִם
XVII: 16. בְּעַבְרוֹת	בְּעַרְבוֹת (*b*)
XVII: 23. אֶל־עִירוֹ	וְאֶל־עִירוֹ (*c*)
XX: 3. וַאֲלֵיהֶם	וַאֲלֵיהֶן (*d*)
XXIII: 4. מִמְּטָר	וּמִמְּטָר
XXIV: 16. הָאֲוַרְנָה	הָאֲרַוְנָה (*e*)
XXIV: 18. אֲרַנְיָה	אֲרַוְנָה

(*a*) Alium sensum postulat לִמְקוֹמֶךָ, מִמְּקוֹמֶךָ; prius bono sensu mihi vi cassum. *Clericus* vertit: *es enim alieni & ad locum tuum migraturus*. Melius L rus: du bist fremd / und von deinem ort gen hieher. Conf. Vulgata, 70. Syrus rabs.

(*b*) Gersonianam maluerim lectionem. In e hæresi est *Clericus*. Lutherus reddidit dem flachen felde. Conf. Celeb. *Simonis* con. p. 739.

(*c*) Gersoniana lectio confirmatur aucto Vulgati, Chaldæi, Syri & Arabis. B. I rus bina commata conjunxit vertendo zog heim in seine Stadt.

(*d*) Sermo est de Davidis pellicibus.

(*e*) Ecquis neget, locum hunc male sanun

HOOGHT. GERSON.

2 SAMUELIS.

XIV: 20. אַפָּיו | אַפַּיִם .

I REGUM.

: 3. מִצְוֹתָיו | וּמִצְוֹתָיו (f)

dicina indigere? certo enim est certius, librarium ex errore literas transposuisse. Legendum igitur vers. 16. & 18. אֲרַוְנָה. Cæterum Aravnam fuisse Regem, nemo facile credet. Conf. vers. 23. Ex Glassii sententia Aravna Rex fuit Jebusitarum p. 538. *Lutherus* vertit: alles gab Arafna der König dem Könige. *Clericus: omnia dedit Arauna, o Rex, Regi.* Auctor *annotationum in Vetus Testamentum & in Epistolam ad Ephesios*, a *Jacobo Rhenferdio* editarum, reddidit: *ut Rex*, quod explicat per: *ingenue, serena fronte & benigna manu.* Qui conjectura inducti interrogationem suadent, & verba textus sacri sic interpretantur: *nonne omnia daret Aravna, o Rex, Regi*, mihi non satisfaciunt. Forte nec hic locus est sanus, quamvis ex Gersoniana editione medelam & lucem afferre non liceat. Expungas autem, quæso, vocabulum הַמֶּלֶךְ, sic omnia erunt salva & clara. Sententiæ meæ favet *Clericus*, qui ex *Bocharto* observat, illud המלך Syrum, Græcum & Arabem, immo

HOOGHT.	GERSON
I REGUM.	
III: 10. אֲדֹנָי	יְהוָה
V: 4. וְעַד —	— עַד (*a*)
V: 28. שְׁנַיִם	וּשְׁנַיִם (*b*)
VI: 7. כָּל־כְּלִי	וְכָל־כְּלִי (*c*)
VII: 40. הַכִּירוֹת	הַסִּירוֹת (*d*)

immo Vulgatum interpretes, ante Six correctionem, & paraphrasten Chald Kimchii ævo, fugisse. Satis!

(*f*) Cum Gersoniana lectione conveniunt glotta Lond.

(*a*) Conferantur, quæ scripsi ad *Jud.* XI: 1

(*b*) Interpres Syrus & B. Lutherus acc Gersoni.

(*c*) Verborum nexus particulam ו requirit. Vulgatus, Syrus, Arabs. Lutherus v noch irgend ein eisengezeug.

(*d*) Quum vers. 38. de כִּירוֹת fuerit a alia jam vasa sequantur est necesse. igitur non videt, librarium per lite כ & ס convenientiam fuisse lapsum? hic, male affectus, ex Gersoniana ed levissima mutatione sanatur. Lutherus reddidit per *töpfe.* Omnes interpret Polygl. הַסִּירוֹת legisse videntur.

(*a*)

HOOGHT.	GERSON.
	I REGUM.
VIII: 48. הָעִיר	וְהָעִיר (*a*)
VIII: 65. הַהוּא	הַהִיא
IX: 6 חֻקֹּתַי	וְחֻקּוֹתַי (*b*)
X: 2. יְרוּשָׁלָ͏ְמָה	יְרוּשָׁלַיְמָה
X: 2. אֶל־שְׁלֹמֹה	אֶל־הַמֶּלֶךְ שְׁלֹמֹה (*c*)
X: 8. אַשְׁרֵי עֲבָדֶיךָ	וְאַשְׁרֵי עֲבָדֶיךָ (*d*)
X: 14. שֵׁשׁ	וְשִׁשִּׁים
X: 26. – וְעִם	עִם — (*e*)
XI: 39. וַאֲעַנֶּה	וְאֶעֱנֶה

(*a*) Conferantur Vulgatus, 70. & Arabs interpretes. Lutherus assensum suum cohibuit.

(*b*) Sublato ו orationem mutilam fore & hiantem facile dabitur. Conferantur Vulgata, 70. interpr. Syriaca & Arabica versiones. Lutherus vertit: und rechte.

(*c*) Lutherus in sua versione Gersonianam lectionem assensu excepit. Conf. Vulgatus & Syrus.

(*d*) Lutherus: UND deine Knechte. Conf. Vulgata.

(*e*) Lutherus improbavit Gersonianam lectionem.

(*a*) Con-

HOOGHT.	GERSON.
I REGUM.	
XII: 33. בַּחֹדֶשׁ אֲשֶׁר	חֹדֶשׁ אֲשֶׁר
XIII: 21. פִּי	אֶת־פִּי (*a*)
XIV: 5. כְּבֹאָהּ	בְּבוֹאָהּ (*b*)
XIV: 21. וּשְׁבַע	וּשְּׁבַע
XV: 9. עַל־יְהוּדָה	מֶלֶךְ יְהוּדָה (*c*)
XV: 19. בֵּין אָבִי	וּבֵין אָבִי (*d*)
XVI: 11. כְּשִׁבְתּוֹ	בְּשִׁבְתּוֹ (*e*)
XVI: 18. כִּרְאוֹת	בִּרְאוֹת
XVI: 27. אֲשֶׁר עָשָׂה in principio versic.	וְכָל־אֲשֶׁר עָשָׂה (*f*)
XX: 26. - עִם	— עַל (*g*)

(*a*) Conferatur vers. 26.
(*b*) Gersoniana lectio præferri meretur.
(*c*) Suffragantur Vulgatus, Syrus & Arabs.
(*d*) Hinc Lutherus: UND zwischen meinem Vater. Omnes interpr. in Polygl. legerunt וּבֵין.
(*e*) Gersoniana lectio placet, præcipue, quod præcedat בְּמָלְכוֹ.
(*f*) Jam apparet ratio, quare in Lutheri versione legatur, UND ALLES, was er gethan hat.
(*g*) Sensus est idem. Ex Gersoniana autem lectione jam satis liquido patet, quare Lutherus perquam accommodate verterit: WIDER *Israël*.

(*a*)

OGHT.	GERSON.
1 REGUM.	
1. מֵבִי	מֵבִיא
9. אָבִי	אָבִיא
6. אֲדֹנָי	יְהוִֹד
22. רוּחַ	לְרוּחַ
43. לֹא־סָר	וְלֹא־סָר (a)
2 REGUM.	
הַשָּׁמַיִב	בַּשָּׁמָיִם
כְּעָבְרָב	בְּעָבְרָם
9. לְבָנָיו	וּלְבָנָיו (b)
יְרוּשָׁלְמָה	יְרוּשָׁלַיְמָה
שֵׁנִיר	שֵׁנִי (c)
וַתִּקְרָא	וַתֹּאמֶר (d)

onfer. Interpretes Vulgatus, Syrus, Arabs B. Lutherus.

onfer. Vulgatus, *ii 1*, & paraphrastes Chal-eus: Gersoniana lectio Lutheri assensum ud inpetravit, siquidem vertit: ihm zu ge-n eine leuchte UNTER seinen Kindern. Sensus ret concinnior, si verteretur: eine leuchte geben ihm und seinen Kindern.

um nomine mascul. סֵפֶר numerale femi-ni generis male jungi, quis dubitat.

uanquam recepta lectio auctoritate omnium

inter-

Hooght.	Gerson.
2 Regum.	
XIV: 7. הַמֶּלַח	הַמֶּלַח
XV: 22. מֶלֶךְ׃	הַמֶּלֶךְ׃
XVI: 6. וַאֲרוֹמִים	וַאֲדֹמִים (e)
XVIII: 17. וַיַּעֲלוּ וַיָּבֹאוּ וַיַּעַמְדוּ	וַיַּעַמְדוּ (f)
XIX: 16. אֵת דִּבְרֵי	אֵת כָּל־דִּבְרֵי (g)
XX: 3. וַיַּסֵּב	וַיַּסֵּב חִזְקִיָּהוּ (h)

interpretum in Polygl. Lond. confirmatur Lutherus tamen sine respectu versionum suum וַתֹּאמֶר exprimere voluisse mihi videtur nam vertit: und sprach.

(e) Conf. Keri, Vulgatus & 70. interpr. Lutherus Gersonianam lectionem haud probavit.

(f) En locum a librario fœdissima macula deturpatum! ipse Lector textum sacrum inspiciat Frustra ויעלו ויבאו repetuntur. Deleantur igitur post ויבאו ירושלם hæc duo verba benignior statim lux in his tenebris affulgebit. Sententiæ meæ favent Gerson & B. Lutherus in sua versione, & omnes interpr. in Polygl. Lond. præter Targum.

(g) Vocula — כָּל in nostris editionibus deficit quam tamen Vulgatus, Chaldæus, Syrus Arabs in codicibus suis legerunt. B. Lutherus hic non fuit [illegible].

(h) Nec hic; occurrit autem nomen Hiskiæ

versi

HOOGHT.	GERSON.
2 REGUM.	
XX: 13. כָּל־בֵּית כֵּלָיו	בֵּית כֵּלָיו (*i*)
XX: 14. בָּאוּ מִבָּבֶל	בָּאוּ אֵלַי מִבָּבֶל (*k*)
XXI: 6. לְהַכְעִים	לְהַכְעִיסוֹ (*l*)
XXIII: 10. בְּנֵי	בְּנֵיא
XXV: 7. וַיְבִאֻהוּ	וַיְבִיאֵהוּ (*m*)

versione 70. interpr. & Syri & Arabis.

(*i*) In nostris sacri codicis editionibus post וְאֵת præter necessitatem adjectum est — כָּל; sed illud omiserunt biblia Polyglotta; porro Vulgatus, Syrus & Chaldæus. Lutherus bene vertit: die Harnisch Kammer.

(*k*) Affixum אֵלַי in nostris editionibus frustra quæritur, quamvis omnes interpretes in Polyglottis & B. Lutherus illud expresserint.

(*l*) Sensus semper erit aptior, si suffixum addatur. Omnes mihi favent versiones, in Polyglottis exhibitæ. Recte igitur vertit Lutherus: damit er IHN erzürnete.

(*m*) Quum bina verba in singulari numero præcesserint, inoffenso pede progrediemur, si & hic in eodem numero acquiescimus; præcipue, quod omnes interpr. in Polygl. cum Gersone faciant.

Hooght.	Gerson.
Jesaias.	
II: 4. לֹא־יִשָּׂא	וְלֹא־יִשָּׂא (*n*)
X: 16. אֲדֹנָי	יְהוִה
XIV: 14. אֶדַּמֶּה	אֲדַמֶּה (*o*)
XVI: 3. עֲשׂוּ	עֲשִׂי
XVIII: 4. אֶשְׁקוֹטָה	אֶשְׁקְטָה (*p*)
XIX: 13. וְהִתְעוּ	הִתְעוּ (*q*)
XXIX: 11. הַסֵּפֶר	הַסֵּפֶר
XXX: 33. הוּא	הִיא

(*n*) In nostris editionibus particula ו negligitur. Lutherus illam expressit per denn. Confer. οἱ ό, Syrus & Arabs.
(*o*) Κοινῶς ex conjugatione Hithpahel.
(*p*) Memini me in Critica observare, quod in Gersoniana editione hoc loco legatur אֶשְׁקְטָה per (*r*), quæ lectio nequaquam sit ferenda; sed oculos meos fugit punctum in ט. Jam res ipsa clamat, legendum esse eschkotta per kametz chatuph, quod analogiæ respondet.
(*q*) Ita legerunt Vulgatus & Chaldæus & B. Lutherus.

(*r*) Ger-

Hoogt. | **Gerson.**

Jesaias.

Hoogt.	Gerson.
XLV: 14. אֵלַיִךְ יִתְפַּלָּלוּ	וְאֵלַיִךְ יִתְפַּלָּלוּ (r)
LVII: 11. לֹא־שַׂמְתְּ	וְלֹא־שַׂמְתְּ (s)
LXVI: 8. מִי רָאָה	וּמִי רָאָה (t)

Jeremias.

Hoogt.	Gerson.
XIII: 16. יְשִׁית	וְשִׁית
XV: 14. לֹא יָדָעְתָּ	אֲשֶׁר לֹא יָדָעְתָּ (v)
XXII: 3. אַל־תַּחְמֹסוּ	וְאַל־תַּחְמֹסוּ (x)
XXII: 23. מְקֻנַּנְתִּי	מְקֻנַּנְתְּ
XXII: 23. נֶחַנְתִּי	נֶחַנְתְּ

(r) Gersonis textui congruunt omnes interpretes in Polyglottis & B. Lutherus.

(s) Et hic.

(t) Quamvis omnes interpretes in Polygl. legerint וּמִי, Lutherus tamen annuere recusavit.

(v) Verborum nexus requirit pronomen relativum; lacunam igitur bene explevit Gerson.

(x) Ita legunt omnes interpr. in Polygl. & B. Lutherus.

 (y) Vid.

HOOGHT.	GERSON.

JEREMIAS.

XXIV: 9. לִשְׁנִינָה	וְלִשְׁנִינָה (y)
XXV: 11. לְשַׁמָּה	וּלְשַׁמָּה (z)
XXV: 23. אֶת־דְּדָן	וְאֵת דְּדָן
XXVI: 9. נִבֵּיתָ	נִבֵּאתָ
XXVII: 21. בֵּית יְהוָה	בְּבֵית יְהוָֹה (a)
XXXII: 1. בַּשָּׁנָת	בַּשָּׁנָה (b)
XXXII: 12. הַכְּתֻבִים	הַכְּתוּבִים (c)

(y) Vid. Vulgata & 70. Lutherus autem dissensit.

(z) Lectorem ablegamus ad Vulgatum, Chaldæum, Syrum interpretes & ad B. Lutherum.

(a) Sensus erit multo commodior, si præfixum ב adjiciatur. Idem censuit Lutherus.

(b) Vulgarem lectionem analogiæ grammatices repugnare, in Keri observatur.

(c) Gersoniana lectio multis parasangis mihi videtur præferenda. In hanc sententiam transiere omnes interpretes in Polygl. & Lutherus, qui vertit: die im Kaufbrief geschrieben stunden.

(d) Lu-

HOOGHT.	GERSON.
JEREMIAS.	
XXXVI: 20. כָּל־הַדְּבָרִים	כָּל־הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה (d)
XXXVII: 12. לַחְלֹק	לַחֲלֹק
XLI: 3. אֵת אַנְשֵׁי	וְאֶת־אַנְשֵׁי (e)
XLI: 5. שְׁמֹנִים אִישׁ	שְׁמֹנִים אֲנָשִׁים
XLII: 22. בָּרָעָב	וּבָרָעָב (f)
XLIII: 10. שַׁפְרוּרוֹ	שַׁפְרִירוֹ
XLIV: 4. הַשְׁכֵּים	הַשְׁכֵּם
XLIV: 17. וְהַסֵּיךְ	וְהַסֵּךְ
XLV: 4. הָאָרֶץ הִיא	הָאָרֶץ לִי־הִיא (g)

(*d*) Lutherus igitur, versionem suam ad Gersonis editionem adornans, adhibuit: alle DIESE rede. Vid. 70. & Syrus.

(*e*) Lutherus interpretatur: UND alle Krieges leute. Idem in Vulgato & Syro interpretibus.

(*f*) Quamvis omnes interpr. in Polygl. particula hac utantur, Lutherus tamen Gersonianæ lectioni album non adjecit calculum.

(*g*) Lutherus ἐμφατικῶς vertit: samt diesem ganzen MEINEM EIGENEM Lande. Conf. Targum.

Hooght.		Gerson.	
XLVI: 1.	עַל־הַגּוֹיִם	עַל־כָּל־הַגּוֹיִם	(b)
XLVIII: 27.	נִמְצָאָה	נִמְצָא	
XLVIII: 37.	כָל־רֹאשׁ	עַל־כָּל־רֹאשׁ	(i)
XLVIII: 37.	וְעַל־מָתְנַיִם	וְעַל־כָּל־מָתְנַיִם	(k)
XLVIII: 44.	מִן־הַפַּחַת	מִתּוֹךְ הַפַּחַת	(l)
XLIX: 4.	מִי	אֹמְרָה בִּלְבָבָהּ מִי	(m)

Jeremias.

(*b*) Lutherus: wider ALLE heiden.

(*i*) Vulgares editiones particulam עַל omisere. Idem forte erit sensus.

(*k*) Idem legitur in versione vulgata. Lutherus vertit: IEDERMANN wird säcke anziehen.

(*l*) Lutheri versio videtur esse dissona, nam vertitur: aus der gruben. Conf. Targum.

(*m*) In fine sub ב desideratur (̈) quod ad menda typographica est referendum. Locus hic videtur desperatus, nodusque fere inexplicabilis. Si enim bina hæc vocabula omittantur, sensus sibi non constabit; si autem ex Gersoniana editione adjiciantur, omnia sensu erunt convenientissimo. *Clericus*, emunctioris naris Criticus, quod codicibus Mscr. destituebatur, ex ingenio suo addidit: *quum dicerei*,

HOOGHT.	GERSON.
JEREMIAS.	
XLIX: 30. עֲלֵיהֶם	עֲלֵיכֶם (n)
L: 1. אֶל־אֶרֶץ	וְאֶל־אֶרֶץ (o)
L: 45. אֶל־אֶרֶץ	אֶל־יֹשְׁבֵי אֶרֶץ (p)
LI: 28. אֶת־פַּחוֹתֶיהָ	וְאֶת־פַּחֹתֶיהָ (q)
LI: 43. בָּהֶן כָּל־אִישׁ	בָּהֶן אִישׁ
LII: 3. וִיהוּדָה	וּבִיהוּדָה

diceres. Provoco ad omnes interpr. in Polygl. & ad Lutherum, qui vertit: UND SPRICHST IN DEINEM HERZEN.

(*n*) Satis superque liquet, affixum הם huic loco prorsus esse incongruens. Quum עליכם processit, idem jam sequatur est necesse. Recte igitur Lutherus: und meynet EUCH. Omnes interpr. in Polygl. præter Syrum, mihi adstipulantur. *Pagninus* in interpretatione sua a textu Hebræo recedit, vertendo: *& cogitavit super vos cogitationem.*

(*o*) Quum hoc caput prophetiam adversus Babelem & terram Chaldæorum continet, particula copulativa minime est, omittenda. Vulgatus, Chaldæus, Syrus & Lutherus sententiæ meæ pondus afferunt.

(*p*) Lutherus: über die EINWOHNER im lande der Chaldæer. Conferantur versiones 70. interpretum, Chaldæi & Syri.

 (*q*) Lu-

HOOGHT.	GERSON.
EZECHIEL.	
VII: 2. אַרְבַּעַת	אַרְבַּעַת
VII: 21. וְחִלְּלוּהָ	וְחִלְּלֻהוּ
VIII: 17. אֶת־הַתּוֹעֵבוֹת	אֶת־כָּל־הַתּוֹעֵבוֹת (
IX: 9. דָּמִים	חָמָס (s)

(q) Lutherus Hebræorum ו expressit per pa culam: samt.

(r) Hinc Lutherus: dass sie ALLE solche greuel thun.

(s) Lutherus vertit: Es ist eitel GEWALT lande. Quum omnes interpretes rece lectioni assentiantur, præter 70. & Arabi qui עַמִּים legisse videntur: Lutheri ve Criticis movet admirationem. Fugit il quid causæ sit, cur Hebræam vocem ם per Gewalt sit interpretatus. Jam liquide apparet, beatum virum biblia Hebræa habuisse ante oculos.

(t) Idem Lutherus.

(v) Nec hic particula ו est omittenda. (Syrus & Lutherus.

(x) Quamvis Gersoniana lectio haud tulerit theri calculum, certum tamen est, eam prorsus esse repudiandam.

(y)

HOOGHT.	GERSON.
EZECHIEL.	
: 11. לֹא. Bis.	וְלֹא (t)
: 22. אִישׁ	וְאִישׁ (v)
I: 19. מִבְּשָׂרָם	מִבְּשַׂרְכֶם
II: 24. חָלָק	חָדָל (x)
VI: 34. זוֹנָה	זוֹנָה'
VI: 43. עָשִׂיתִי	עָשִׂיתִי (y)

(y) Κοινῶς secunda est persona feminini generis. Septuaginta interpretes, Arabs & auctores τῦ Keri, verbum hoc eodem modo intellexere. Quum B. Lutherus in bibliis suis עָשִׂיתִי legeret, quod cum versione vulgata conveniebat, non dubitavit Gersoni suo accedere, hinc vertit: wiewohl ICH damit nicht gethan habe / nach dem laster in deinen greueln.

(z) Conf. Syrus. Cæterum Gersoniana lectio mihi non arridet: Ipse Lutherus illi renuntiavit.

(a) Conf. Vulgatus, 70. & Chaldæus. Lutherus Gersonis lectionem nihili duxit.

(b) Conf. interpretes in Polygl. Lond. & B. Lutherus.

(c) Lutherus vertit: und eure Söhne UND TÖCHTER durchs feuer verbrennet.

(d) Lutherus: UND bollwerke baue. Conf. omnes interpr. in Polygl. Lond. præter Vulgatum.

(e) Ger-

EZECHIEL.

	HOOGHT.	GERSON.
XVI: 53.	שְׁבוּתְהֶן	שְׁבִיתְהֶן
XVI: 57.	אֲרָם	אֲדָם (z)
XVI: 58.	יְהוִֹה	אֲדֹנָי
XVIII: 10.	- בֵּן	— בֵּן
XVIII: 15.	אֶת־אֵשֶׁת	וְאֶת־אֵשֶׁת (a)
XVIII: 20.	רָשָׁע	הָרָשָׁע
XX: 21.	אֶת־שַׁבְּתוֹתַי	וְאֶת־שַׁבְּתוֹתַי (b)
XX: 31.	בְּנֵיכֶם	בְּנֵיכֶם וּבְנוֹתֵיכֶם (c)
XXI: 27.	לִבְנוֹת	וְלִבְנוֹת (d)
XXIV: 9.	גַּם	וְגַם

(e) Totus hic versiculus in editione Gersoniana, & in Vulgata ac Syriaca versionibus deficit. Non eadem mens fuit B. Luthero. Conf. biblia Germanica.

(f) Conf. biblia Polyglotta, & omnes textus Hebræi in iisdem interpretes. B. Lutherus ו׳ reddidit per: oder.

(g) Adeas velim omnes interpretes in Polygl. & conferas *Ezech.* XLVIII: 1. Lutherus non probavit Gersonianam lectionem.

(h) Con

HOOGHT.	GERSON.
	EZECHIEL.
XXXIV: 25. בַּיְּעוּרִים	בַּיְּעָרִים
XL: 8. וַיָּמָד	Nihil. (e)
XLII: 14. יָלְבְּשׁוּ	וְלָבְשׁוּ
XLVI: 25. לְאָחוֹת	וּלְאָחוֹת (f)
XLVI: 19. בַּיַּרְכָּתָם	בַּיַּרְכָּתַיִם
XLVII: 17. עֵינוֹן	עֵינָן (g)
XLVIII: 3. – וְעַד	— עַד (h)
XLVIII: 22. מֵאֲחֻזַּת הָעִיר	וּמֵאֲחֻזַּת הָעִיר (i)

(h) Confer. versic. 2.

(i) Particula ו ab omnibus lecta fuit interpretibus, præter 70. quid ? in ipsis Polyglottis legitur, & de quo nemo dubitabit, in bibliis vernaculis.

(k) Quum nomina hic occurrentia ו habeant præfixum, non temere illud est omittendum in סוּסִים.

(l) Nulla voculæ לִי est necessitas, præcipue, quum verbum תִּקְרָאִי sine לִי præcedat.

(m) Substantivum אוֹיֵב postulat verbum numeri singu-

HOOGHT.	GERSON.

HOSEA.

Hooght	Gerson
I: 7. בְּסוּסִים	וּבְסוּסִים (k)
II: 18. תִּקְרָא לִי	תִּקְרְאִי (l)
VIII: 3. יִרְדְּפוֹ	יִרְדְּפוּ (m)
IX: 9. יִזְכּוֹר	עַתָּה יִזְכּוֹר (n)
XIII: 2. מִכַּסְפָּם	מִכַּסְפָּם וּמִזְּהָבָם (o)
XIV: 3. אָמְרוּ	וְאָמְרוּ (p)
XIV: 4. עַל־סוּס	וְעַל־סוּס (q)

ſingularis. Conferantur biblia Polyglotta & textus Hebræi interpretes, atque verſio B. Lutheri.

(n) Lutherus expreſſit per: darum.

(o) Lutherus videtur vocem, a Gerſone adjectam, improbaſſe.

(p) Conf. Vulgatus & Syrus. Lutherus: UND ſprecht.

(q) Conf. Chaldæus, Syrus & biblia Germanica.

(r) Confer. interpr. in Polygl. Lutherus vertit: UND nicht verwundet werden.

(s) Lutherus Gerſonis textum ſuo aſſenſu non ornavit, nam vertit: in eure Kirchen.

(t) Lutherus bene vertit: er macht die morgenröthe UND die finſterniſs. Conf. Vulgatus, ſept. interpr. & Arabs.

(v) Par-

HOOGHT.	GERSON.

JOEL.

II: 8.	לֹא יִבְצָעוּ	וְלֹא יִבְצָעוּ	(r)
IV: 5.	לְהֵיכְלֵיכֶם	לְהֵיכַלְכֶם	(s)

AMOS.

IV: 13.	עֵיפָה	וְעֵיפָה	(t)
VIII: 11.	יֱהֹוִה	יְהוִֹר	

JONA.

I: 14. IV: 2.	אָנָּה	אָנָּה	

MICHA.

I: 8.	שֵׁילָל	שֵׁלָל	
II: 2.	וְאִישׁ	אִישׁ	(v)
II: 6.	לֹא יִסַּג	וְלֹא יִסַּג	(x)

(v) Particulam ו omiserunt Vulgatus, Chaldæus, Arabs. οἱ ό quidem habent καὶ ἄνδρα, sed ex observatione, textui Græco a *Waltono* & *Breitingero* adjecta, patet, in aliis codicibus tantum legi ἄνδρα.

(x) Lutherus particulæ copulativæ nullam habuit rationem.

(y) Nul-

Hooght.	Gerson.	
Micha.		
III: 2. רָעָה	רָעָה	
V: 6. כִּרְבִיבִים	וְכִרְבִיבִים	(*a*)
VI: 10. הַאִשׁ	הָאִישׁ	
VII: 5. אַל־תִּבְטְחוּ	וְאַל־תִּבְטְחוּ	(*b*)
Nahum.		
II: 1. — לַעֲבוֹר	לַעֲבָר —	
III: 3. יִכָּשְׁלוּ	וְכָשְׁלוּ	
Haggai.		
II: 10. — בְּיַד	— אֶל	(*c*)
Zacharias.		
I: 4. וּמַעַלְלֵיכֶם	וּמַעַלְלֵיכֶם	
IV: 13. אֵלֶּה	הֵמָּה אֵלֶּה	

(*a*) Nullus interpretum in Polygl. præfixum neglexit; nec esse negligendum ex nexu ap paret. Conf. versio Lutheri.

(*b*) Conf. omnes interpr. in Polyglottis. Luthe rus non annuit.

(*c*) Gersonianum — אֶל præferri meretur. Ben

igitur Lutherus: zu dem propheten Hagga Idem sentiunt omnes interpr. in Polygl. præ ter Chaldæum & Syrum. Septuaginta habe

ἀνὸς.

(*a*) Con

Hooght.	Gerson.
Zacharias.	
VI: 10. מֵאֵת טוֹבִיָּהוּ	וּמֵאֵת טוֹבִיָּה (a)
VII: 10. גֵּר	וְגֵר (b)
XI: 5. וָאעְשִׁר	וַאַעְשִׁיר
XIII: 4. יִלְבְּשׁוּ	יִלְבְּשׁוּ עוֹד (c)
XIV: 18. אֶת־הַגּוֹיִם	אֶת־כָּל־הַגּוֹיִם (d)
Malachias.	
I: 14. לַאדֹנָי	לַיהוָֹה
Psalmi.	
XV: 1. מִי־יִשְׁכֹּן	וּמִי יִשְׁכֹּן (e)
XXII: 22. רֵמִים	רְאֵמִים (f)

(a) Conf. Vulgatus, Chaldæus & Lutheri verſio.
(b) Conf. omnes interpr. in Polygl. præter Arabem. Luthero particula hæc diſplicuit.
(c) Lutherus: und ſollen nicht MEHR einen rauchen mantel anziehen. Chaldæus etiam habet עוֹד.
(d) Lutherus: damit der Herr plagen wird ALLE Heiden. Conf. Vulg. Septuaginta & Arabs.
(e) Lutherus copulam non adhibuit.
(f) Nec igitur Syriasmum ſtatuamus eſt neceſſe.

HOOGHT. GERSON.

PSALMI.

XXV: 4.	אֹרְחוֹתֶיךָ	וְאָרְחֹתֶיךָ (g)
XXX: 9.	יְהוָה אֶתְחַנָּן	אֲדֹנָי אֶתְחַנָּן
XXXIX: 8.	אֲדֹנָי	יְהוָה
XLIX: 17.	יִרְבֶּה	יִרְאֶה (h)
LII: 9.	מָעוּזּוֹ	מָעֻזּוֹ
LXIX: 32.	מַפְרִים	וּמַפְרִים (i)
LXIX: 33.	יִשְׂמָחוּ	וְיִשְׂמָחוּ (k)
LXX: 6.	יְהוָה	אֱלֹהַי (l)
LXXIX: 10.	בַּגֹּיִם	בַּגּוֹיִם
LXXIX: 12.	אֲדֹנָי	יְהוָה
LXXX: 5.	יְהוָה	אֲדֹנָי
LXXXV: 2.	שְׁבוּת	שְׁבוּת

(g) Lutherus vertit: UND lehre mich deine st
Ita legerunt Vulgatus, οἱ ό, Syrus & A
(h) Gersoniana lectio Luthero haud fuit prob
(i) Hinc Lutherus: UND flauen hat. Hanc
ctionem suam faciunt omnes interpr. in
lygl. præter Chaldæum.
(k) Lutherus: UND freuen sich. Conf. omnes
terpr. in Polygl.
(l) Lutherus igitur vertit: MEIN Gott. Ita e
Syrus.

(m)

HOOGHT.		GERSON.	
PSALMI.			
LXXXVI: 3.	אֲדֹנָי	יֱהוִֹד	
LXXXVI: 6.	יְהוָֹה	אֲדֹנָי	
XC: 17.	יֱהוָֹה	אֲדֹנָי	
CII: 10.	כַּלֶּחֶם	בַּלֶּחֶם	(*m*)
CVI: 25.	לֹא	וְלֹא	(*n*)
CXXXIX: 7.	וְאָנָה	וְאָנָה	
PROVERBIA.			
XIV: 21.	עֲנָיִים	עֲנָוִים	(*o*)
XV: 10.	שׂוֹנֵא	וְשׂנֵא	(*p*)
XVI: 19.	עֲנָיִים	עֲנָוִים	
XX: 16.	נָכְרִים	נָכְרִיָּה	(*q*)
XXI: 23.	מִצָּרוֹת	מִצָּרָה	
XXIII: 24.	גּוֹל	גִּיל	
XXIII: 24.	וִישְׂמַח	יִשְׂמַח	(*r*)
XXIV: 19.	אַל־תְּקַנֵּא	וְאַל־תְּקַנֵּא	(*s*)

(*m*) Lutherus: ich esse asche / wie brodt. Abest igitur a sententia Gersonis.
(*n*) Nec hic Lutherus consentit.
(*o*) Ita etiam legitur in bibliis Polygl.
(*p*) En literarum metathesin! Lutherus vertit UND wer die strafe hasset. Conf. interpr. in Polygl.

HOOGHT.	GERSON.
PROVERBIA.	
XXIV: 21. — עם	— וְעִם (t)
XXIV: 34. וּמַחְסֹרֶיךָ	וּמַחְסוֹרְךָ (v)
XXVI: 3. מֶתֶג	וּמֶתֶג (x)
XXIX: 1. תּוֹכָחוֹת	תּוֹכַחַת
JOBUS.	
II: 7. עַד	עד (y)
XXII: 6. עֲרוּמִּים	עֲרוּמִים
XXIV: 25. אֵפוֹ	אֵפוֹ (z)
XXV: 5. וְלֹא יַאֲהִיל	לֹא יַאֲהִיל (a)

(q) Ex recepta sententia Kethibh habet נְכָרִים

(r) Particula ו merito repudiatur. Lutherus vertit: wer einen weisen sohn gezeuget hat / ist frölich darüber. Conf. Vulgata, 70. Targum, & versio Arabica.

(s) Lutherus UND eifere nicht. Eadem particula reperitur apud omnes interpr. in Polygl.

(t) Provoco ad eosdem testes. Lutherus: UND menge dich nicht unter die aufrührischen.

(v) Primo מַחְסוֹר, quod ad pluralem attinet, est ἅπαξ λεγόμενον; deinde præcedit רִישׁ in numero singulari; denique omnes interpr. in Polygl. vocabulo numeri singularis utuntur. Ex his argumentis evinco, Gersonianæ lectioni primas esse deferendas.

(x) Ex

HOOGHT.	GERSON.
	JOBUS.
XXVIII: 8. לֹא־עָדָה	וְלֹא־עָדָה (*b*)
XXVIII: 28. אֲדֹנָי	יְהוָה
XXIX: 22. יִשְׁנוּ	יִשְׁנוּ (*c*)
XXX: 12. פִּרְחַח	פִּרְחָה.
XXXII: 16. לֹא־עָנוּ	וְלֹא־עָנוּ (*d*)
XXXIII: 19. וְרִיב	וְרוֹב (*e*)
XXXVIII: 3. וְאֶשְׁאָלְךָ	אֶשְׁאָלְךָ (*f*)

(*x*) Ex verſione Lutheri & omnium interpr. in Polygl. Lond. colligo, particulam ו ſuum hic tueri locum.

(*y*) Conferantur verſiones Lutheri, Vulgati & 70. interpr. Auctores τῦ Keri legendum præceperunt וְעַד.

(*z*) B. Lutherus a Gerſoniana lectione eſt alienus. Syrus & Arabs in codicibus ſuis etiam legerunt אֵפוֹ.

(*a*) Bene igitur Lutherus: ſiehe der mond ſcheinet noch nicht. Mihi favent omnes interpretes in Polyglottis, præter οἱ 70.

(*b*) Lutherus: UND iſt kein löwe darauf gegangen. Sic etiam legitur in verſione vulgati, Syri & Arabis.

(*c*) Gerſoniana lectio, quamvis Syri & Arabis auctoritate niti videatur, Luthero diſplicuit.

(*d*) Si a verſione 70. interpr. diſcedimus, omnes in-

HOOGHT.	GERSON.
JOBUS.	
XL: 23. לֹא יַחְפּוֹז	וְלֹא יַחְפּוֹז (g)
RUTH.	
III: 3. וְשַׂמְתְּ	וְשַׂמְתְּ
THRENI.	
I: 15. דָּרַךְ אֲדֹנָי	דָּרַךְ יְהוָה
III: 43. לֹא	וְלֹא (h)
IV: 3. כִּי עֲנִים	כַּיְעֵנִים (i)
IV: 12. וכל	וְכֹל (k)

interpr. in Polygl. legerunt וְלֹא. Lutherus vertit: UND antworten nicht mehr.

(e) Judice Cel. *Simonis*, confer. *Lexicon*. p. 906. Kethibh habet רִיב, quod de *inquiete* explicat. Gersoniana autem lectio mihi anteferenda videtur, præcipue, quod (1) auctoritate τȣ Keri (2) Polyglottorum (3) omnium versionum, quæ in Polyglottis extant, confirmetur.

(f) Lutherus: ich will dich fragen. Conf. Vulgata & 70. interpretes.

(g) Lutherus: UND achtets nicht groß. Ita legerunt omnes interpretes in Polygl. præter 70.

(h) Sic habent omnes interpr. in Polygl. B. Lutherus integrum comma unico tantum verbo expressit: UND ohne barmherzigkeit erwürget.

(i) In nostris editionibus hoc vocabulum divise legi-

HOOGHT.	GERSON.
THRENI.	
V: 3. אֵין	וְאֵין
V: 5. — לֹא	וְלֹא
ECCLESIASTES.	
I: 16. עַל־יְרוּשָׁלָם	בִּירוּשָׁלָם (*l*)
VII: 6. — גַּם	— וְגַם (*m*)
LIBER ESTHERÆ.	
II: 8. הַמֶּלֶךְ וְדָתוֹ	הַמֶּלֶךְ (*n*)

legitur, quum tamen sit conjungendum. Celeb. *Simonis* in suo *lexico* p. 726. in diversa abit. Mox legit in Kethibh כִּי עֵנִים & vertit: *quia sicut struthiones* (omisso כ similitudinis), *in deserto* scil. est, ita ut עֵנִים sit a singulari עֵן, ex alia forma; mox legit כִּי עֹנִים *quando clamant*, scil. filii, sive parvuli ejus. Gersonianam autem lectionem huic loco unice convenire, vix ullum credo futurum, qui negare ausit. Mecum faciunt omnes interpretes in Polyglottis. Lutherus vertit: wie ein strauss in der wüste. Cæterum de crudelitate struthionum agit *Bochartus* in Hierozoico I: 1. cap. 3.

(*k*) Lutherus: noch ALLE leüte in der welt. Keri quidem legendum præcipit כָּל, sed omnes interpretes in Polyglottis, præter 70. dissentiunt.

 (*l*) Par-

HOOGHT.	GERSON.
LIBER ESTHERÆ.	
II: 9. לָתֵת	לָתֵת (o)
II: 13. יִנָּתֵן	יִנָּתֵן (p)
V: 3, 6. VIII: 13. IX: 12. Item.	Item.
VIII: 7. בַּיְהוּדִיִּים	בַּיְהוּדִים
VIII: 11. לַהֲרֹג	וְלַהֲרֹג (q)
IX: 15. הַיְּהוּדִיִּים	הַיְּהוּדִים
IX: 18. וְהַיְּהוּדִיִּים	וְהַיְּהוּדִים
DANIEL.	
I: 3. וּמִזֶּרַע	מִזֶּרַע (r)
I: 5. מִפַּתְבַּג	מִפַּת־בַּג (s)
II: 5. תְהוֹדְעוּנַּנִי	תְהוֹדְעֻנַּנִי

(*l*) Particula —— עַל huic loco parum eſt accommodata. Omnes interpretes in Polyglottis mihi ſuffragantur. Lutherus vertit: denn alle die vor mir geweſen ſind zu JERUSALEM.

(*m*) Lutherus: UND das iſt auch eitel. Omnes interpretes in Polygl. particulam ו legerunt, præter paraphraſtes Chaldæus.

(*n*) In verſione 70. interpretum vocem וְדָתוֹ fruſtra quæſieris. Lutherus a Gerſonis ſententia hoc loco diſcedit.

(*o*) In Polyglottis ſub litera ת vocalis (‥) ſcribitur.

(*p*) Tex-

Hooght.	Gerson.
Daniel.	
II: 22. וּנְהִירָא	וּנְהוֹרָא
II: 26. הַאִיתָיךְ	הַאִיתָךְ
II: 29. רַעְיוֹנָיךְ	רַעְיוֹנָךְ
III: 5. סוּמְפֹּנְיָה	סְמְפֹּנְיָא
III: 10. וְסִיפֹּנְיָא	וְסָמְפֹּנְיָא (*t*)
III: 18. לֵאלָהָיךְ	לֵאלָהָךְ
IV: 14. וּמֵאמַר	וּבְמֵאמַר (*v*)
V: 13. אַבִי	אָבִי
V: 14. אֱלָהִין	אֱלָהִין קַדִּישִׁין (*x*)
V: 23. קֳדָמַיךְ	קֳדָמָךְ
V: 23. וְרַבְרְבָנַיךְ	וְרַבְרְבָנָךְ

(*p*) Textus Polyglottorum in his locis analogiæ ſemper reſpondet.

(*q*) Conf. interpres Syrus. Luthero Gerſoniana lectio diſplicuit.

(*r*) Bene igitur Lutherus: vom Königlichen Stamm.

(*s*) Vocabula hæc in libro Danielis ſæpius occurrunt e. g. I: 8, 16. XI: 26. ſemper autem diviſe leguntur in Gerſoniana editione. Male igitur duæ diſtinctæ voces κοινῶς in unam ſunt confuſæ. Gerſoni accedit *Waltonus* in *Polyglottis*, & *Pagninus*, vel *Arias Montanus*, vertendo: *de buccella eſcæ*. Cel. *Si-*

Hooght.	Gerson.
Daniel.	
VI: 23. קֳדָמָיִךְ	קֳדָמָךְ
IX: 8. אֲדֹנָי	יְהוִֹה
IX: 15. Idem.	Idem.
XI: 33. יָמִים	יָמִים רַבִּים (y)
Liber Ezræ.	
III: 4. וְעֹלַת	וְעֹלוֹת
VI: 6. רַחִיקִין	רְחִיקִין
VIII: 13. יְעוּאֵל	יְעִיאֵל
Nehemias.	
II: 15. וָאָשׁוּב וָאָבוֹא	וָאָבוֹא (z)
III: 3. מַנְעוּלָיו	וּמַנְעוּלָיו (a)
III: 10. וְנֶגֶד	נֶגֶד (b)

monis פַּתְבַּג explicat de *cibo expetito & grato*, qualis est Regum. p. 795.

(*t*) In Polyglottis וְסוּמְפֹּנְיָא.

(*v*) Bene igitur Lutherus: und im gespräch des Heiligen.

(*x*) Lutherus ex Gersone: dass du den Geist der HEILIGEN Götter habest. Gersoni favent Syrus & Arabs.

(*y*) In Lutheri versione legimus; eine zeitlang In Polyglottis post יָמִים comparet circellus manifesto indicio, vocem aliquam deficere.

(*z*) It

Iooght.	Gerson.
Nehemias.	
7. בַּצְּחִחִים	בַּצְּחִיחִים
: 17. שְׁלֹשׁ	שֵׁשׁ (*c*)
: 64. נִמְצָא	נִמְצְאוּ (*d*)
18. מִמִּצְרָיִם	מֵאֶרֶץ מִצְרָיִם (*e*)
[: 5. הַתִּירוֹשׁ	וְהַתִּירוֹשׁ (*f*)
[: 16. וּבִירוּשָׁלַםִ	בִּירוּשָׁלַםִ (*g*)
I Chronicorum.	
55. יֹשְׁבוּ	יֹשְׁבֵי
2. לְאַבְשָׁלוֹם	אַבְשָׁלוֹם (*h*)

;) Ita etiam videntur legiſſe 70. & Syrus in ſuis codicibus. Lutheri verſio per omnia non conſonat Gerſonianæ lectioni.

a) Nec hic; Conferantur tamen Vulgatus, 70. & Arabs.

ı) Particulam ו eſſe ſuperfluam, animadverterunt Lutherus & omnes interpretes in Polygl. præter Syrum, qui pro נֶגֶר videtur legiſſe נָגִיד.

c) Quamvis omnes interpretes in Polygl. in ſuis codicibus legerint שְׁלֹשׁ & ipſe B. Lutherus numerum trecenarium adhibuerit: mirum tamen mihi eſt, *Pagninum* & *Ariam Montanum* שְׁלֹשׁ מאות per *ſexcentos* reddidiſſe.

d) Ex loco parallelo *Ezræ* II: 62. ſatis ſuperque patet, Gerſonianam lectionem eſſe potiorem.

(*e*) Lu-

HOOGHT.	GERSON.
I CHRONICORUM.	
IV: 7. יִצֹּחַר	וְצֹחַר (i)
VI: 19. תּוֹחַ	תּוּחַ (k)
VII: 24. וְאֶת־הָעֶלְיוֹן	Nihil. (l)
XII: 5. הַחֲרוּפִי	הַחֲרִיפִי (m)
XII: 18. הַשָּׁלוֹשִׁים	הַשְּׁלִישִׁם
XV: 2. הָאֱלֹהִים	יְהוָֹר
XV: 7. מֵאָה	מָאתַיִם (n)

(e) Lutherus: aus Egyptenland. Confer. Syrus & Arabs.

(f) Lutherus Gersoni non accessit.

(g) Quamvis Gersonianam lectionem pluris faciam recepta, Lutherus tamen dissentit. Vulgatus, Syrus & Arabs mihi adstipulantur.

(h) Recensentur hoc loco filii Davidis, Hebrone nati. Primus erat *Amnon*; secundus *Daniel*; tertius *Absalomus*. Jam quæritur, num literam ל hic præfigere liceat? Mihi luce meridiana est clarius, imperitos & oscitantes librarios labores suos præcipitasse. Quidquid sit, Gersonianæ lectioni unice inhærendum censeo. Ipse lector judicet. Sententiam meam egregie prorsus confirmat locus parallelus 2 *Sam.* III: 3. *Glassius* pro more solito literam ל redundare observat p. 1186.

(i) Lutherus Gersonianam lectionem postposuit receptæ.

(k) Confer. 1 *Sam.* I: 1.

(l) Lu-

OOGHT.	GERSON.
I CHRONICORUM.	
I: 5. אֶת־יִשְׂרָאֵל	(o) אֶת־בְּנֵי . יִשְׂרָאֵל
II: 6. עֲבָדִים	עֹבְדִים
4. הָרָפָא	(p) הָרְפָאִים
7:8. מִשְׁמֶרֶת לְעֻמַּת	מִשְׁמֶרֶת לְעֻמַּת
	(q) מִשְׁמֶרֶת

) Lutherus & hic receptam prætulit lectionem, Conf. Arabs.

) Polyglotta & Vulgata habuere הַחֲרוּפִי. Lutherus vertit: der Harochiter.

) Lutherus damnavit Gersonianam lectionem.

) Lutherus igitur vertit: da ich DIE KINDER Jsraël. ——

) Omnes interpretes in Polyglottis & B. Lutherus transiere in Gersonis sententiam.

) Nullum mihi est dubium, lectionem hanc maximi esse momenti. Integram vocem a librariis in textu sacro temere esse omissam, ex Gersonis editione intelligimus. Maxima oritur difficultas circa Athnachum, cujus nec vola, nec vestigium hoc loco extat. In medio cujusque versiculi Athnachum necessario esse scribendum, nemo facile in dubium vocabit. Anomalia, in libris Salomonis obvia, ad rem præsentem minus est apposita. Aqua semper hærebit, nisi accentus restituatur. Hic habent φιλεβραῖοι, & præcipue accentuum Hebræorum patroni, in quo exultent,

Hooght.	Gerson.

1 Chronicorum.

XXVI: 6. אֲבִיהֶם	אֲבוֹתָם	(r)
XXVII: 6. הַשְּׁלִשִׁים	בַּשְּׁלִשִׁים	(s)
XXIX: 5. לְמַלֹּאות	לְמַלֹּאת	

2 Chronicorum.

II: 6. אֲשֶׁר עִמִּי בִּיהוּדָה	אֲשֶׁר בִּיהוּדָה	(t)

tent, & peritiæ suæ edant specimen. Magna igitur gratia habenda est Gersoni, locum hunc, librariorum incuria mutilatum, tam apte sananti. Lutherus vertit: über ihr amt zugleich. Ego mallem: über ein jedes amt. Cæterum integram ῥῆσιν linguæ Hebrææ genio respondere, patet ex מִשְׁמָר לְעֻמַּת מִשְׁמָר· *Nehem.* XII: 24.

(r) Lutherus vertit: die im hause ihrer VÄTER herrscheten. Quanquam omnes interpretes in Polygl. Gersoni accedunt, vulgaris tamen lectio sensui videtur esse convenientior.

(s) Lutherus: der held UNTER dreyssigen. Conf. 2 *Sam.* XXIII: 24.

(t) Conf. Syrus & Arabs interpretes. Lutherus recedit a lectione Gersoniana.

(v) Par-

HOOGHT. GERSON.

2 CHRONICORUM.

HOOGHT.	GERSON.
II: 7. וְאַלְגוּמִּים	וְאַלְגוּמִּים
VI: 26. מֵחַטָּאתָם	וּמֵחַטָּאתָם (v)
IX: 11. הָאַלְגוּמִּים	הָאַלְגֻּמִּים
IX: 24. סוּסִים	וְסוּסִים (x)
XVII: 11. — וּמִן	— מִן (y)
XVII: 17. וּמִן־בִּנְיָמִן	וּמִבֶּן־בִּנְיָמִן (z)
XXIII: 18. עֹלוֹת יְהוָה	עֹלוֹת לַיהוָה
XXVI: 15. חִשְּׁבֹנוֹת	חִשְּׁבֹנוֹת
XXVI: 21. וַיֵּשֶׁב בֵּית	וַיֵּשֶׁב־בְּבֵית (a)
XXVI: 21. הַחָפְשׁוּת	הַחָפְשִׁית

(v) Particula ו hoc loco optimo jure auctoritatem suam tuebitur. Conf. versio Lutheri. Adde omnes interpr. in Polyglottis.

(x) Gersonianam lectionem non probavit Lutherus.

(y) Nec hanc.

(z) Lutherus: von den KINDERN Benjamin.

(a) Conf. Vulgatus, οἱ ό & Syrus.

(b) Ger-

HOOGHT.	GERSON.
XXX: 23. שִׂמְחָה	בְּשִׂמְחָה (*b*)
XXXII: 21. וּמִיצִיאָו	וּמִיצִיאֵי
XXXIV: 7. לִירוּשָׁלֶם	יְרוּשָׁלֶם
XXXIV: 9. יְרוּשָׁלֶם	לִירוּשָׁלֶם
XXXV: 3. הַמְּבוֹנִים	הַמְּבִינִים

2 Chronicorum.

(*b*) Gersoniano textui sensus inest longe commodior. Vid. Vulgatus & 70. interpretes.

I I.

JO. CHRISTOPH. HARENBERGII,

COMMENTATIO IN

JESAIÆ XXVIII.

ARGUMENTUM.

§. 1. *Vaticinia duo complectitur hoc caput, unum de Iſraëlitis, cum Rezino ad devincendum Judæ regnum fruſtra conſpirantibus,* 1—13; *alterum de regno Judæ, caſtigando quidem, attamen divinitus ab hoſtibus defendendo.* §. 2. *Interpretatio lectori offertur, ad normam hebræi fontis conformata.* §. 3. *Inciſum primum illuſtratur.* §. 4. *Inciſi ſecundi expoſitio procedit.* §. 5. *Tertii inciſi ſententia exhibetur.* §. 6. *Quarti inciſi ſenſus firmatur.* §. 7. *Inciſi quinti enuntiatum enodatur.* §. 8. *Sexti inciſi argumentum evolvitur.* §. 9. *Septimi inciſi ſenſus exponitur.* §. 10. *Succedit indicium ſenſus inciſi octavi.* §. 11. *Noni inciſi proponitur ſententia.* §. 12. *Irriſionis formula, quæ ineſt inciſo decimo, indicatur.* §. 13, 14. *Additur reſponſum inciſo undecimo & duodecimo.* §. 15. *Subjungitur pœna, in irriſores expromenda, in-*

ciso 14. §. 16. *Succedit increpatio adversus regnum Judah.* vs. 14. §. 17. *Pravitas Judaeorum significatur.* vs. 15. §. 18. *Monstratur fiduciae firmioris fundamentum.* vs. 16. §. 19, 20. *Reprehensio eis instillatur & poenae indicatio ingeritur immorigeris.* vs. 17, 18. §. 21. *Praenuntiatio calamitatis non penitus praeteriturae.* vs. 19. §. 22. *Anxietas animi & idololatriae studium indicantur.* vs. 20. §. 23. *Hostium strages, ad Hierosolymam futura, praenuntiatur.* vs. 21. §. 24. *Accedit admonitio contra securitatem.* vs. 22. §. 25. *Excitatur attentio, ad resipiscendum apta.* vs. 23. §. 26, 27. *Allegoria, ab aratore desumta* vs. 24, 25. *illustratur.* §. 28. *Accommodatio allegoriae ad populum.* vs. 26. §. 29, 30. *Allegoriae continuatae* vs. 27, 28. *explicatio.* §. 31. *Subjungitur epilogus utrimque gravis.* vs. 29. §. 32. *Ostenditur nexus capitis sequentis cum hoc capite, & vaticinii ejusdem continuatio.*

§. 1.

Id generatim in expedito est, Ephraimitas regnique Israëlitici proceres ac consiliarios coargui pravitatum admissarum usque ad incisi tertii & decimi finem; tunc vero orationem ad regnum Judae ejusque degeneres homines deflectere. Illorum superbiam & consiliorum vesaniam dicitur ruina & exitium manere, Deumque fore, invita Samaria, reliquo populo suo seu regni Judae incolis

præsidio ac ornamento vs. 5, hostes-
horum stragem esse accepturos & cla-
, qualem olim senserint acceperintque
s, contra universum Israëlem arma
ntes 2 *Sam.* V: 20. *Jos.* X: 10, s. Id
1 Jesaias prædixit vs. 2, & 21. Ephraï-
, regno Judæ imminentibus. *Corona*
nis erat, qua efferebant sese Ephraïmi-
: 1. Corona autem decoris, qua niti
se ornare poterant incolæ regni Judah,
erat ipse ejusque præsidium vs. 5.
igitur corona, quæ spes & superbiam
aïmitarum inflabat, est symbolum Re-
cujus ope & potentia contra Judæos
debant atque exsultabant Ephraimitæ,
itur ætatem, qua Jesaias vixit & vati-
us fuit, alicujus pensi habemus, inci-
is in societatem fœderis, quod Pekah.
ilitarum Rex, cum Damasci Rege Re-
inierat ad regnum Judæ communi
a occupandum. Locavit JAC. USSE-
s hanc Regum adversus regnum Judah
ociationem in annum mundi 3262, ante
m natum 742. Jothamo Rege morti vi-
lacertos jam moverunt adversus reg-
Judah Rex X. tribuum, Pekah, filius
ıaliæ, & Rezin, Rex Syrorum. 2 *Reg.*
: 37. Hoc tempore prænuntiavit Je-
; non solum eam fatorum miseriam, sed
dit etiam eventum, tam Judæis quam

 Israë-

Israëlitis gravem & perniciosam. Nam Jothamo defuncto Rezin ac Pekah eodem anno viribus junctis suos exercitus Hierosolymis oppugnandis admoverunt. Præsidio Deus Judæis fuit ipse contra hostes. Expugnare hi Hierosolyma non potuerunt. *Jes.* VII: 1—7. 2 *Reg.* XVI: 5. Calamitas hæc & mira Dei ex ea liberatio impium Achasum, simulacrorum cultorem, Judæ Regem, adeo ad frugem haud reduxit, ut ipse potius Deum desereret liberatorem. Imitatus enim nunc fuit sacra Regibus Israëliticis grata & religionem Baaliticam, ac passim altaria victimarumque immolationes per regni ambitum sparsit, igni solique se suosque consecrans. 2 *Chron.* XXVIII: 2, 3, 4. 2 *Reg.* VI: 3, 4. Deseruit itaque Deus Achasum desertorem. Reverterunt in ejus terras Rezin & Pekah, copiisque separatis eum debellarunt anno proxime sequenti. Interfecit Pekah ex Judæis 120. אלפים, *ductores manipulorum exercitus*, robore præstantiores animoque ceteris validiores. Regnum Judah ab utroque Rege infesto in solitudinem fuit pæne redactum. 2 *Chron.* XXVIII: 5. f. Posthæc regnum Judæ fastidiri & sordere cœpit nationibus finitimis. Idumæi impressionem in illud fecere multosque abripuerunt captivos. 2 *Chron.* XXVI: 6, 7. Tum vero Achasus sese Assyriorum Regi.

Regi Tiglatpileseri mancipavit, ut ab insultibus Syrorum atque Israëlitarum sese vindicaret. Ut gratus foret huic Regi, sacra mutavit Hierosolymitana, quibus variam jam adsperserat idololatriæ maculam: & regnum suum Assyrio reddidit tributarium. Interhæc Hierosolyma perstitit a minis & obsidentium hostium insultibus non prorsus libera; nec tamen fuit expugnata (*a*). Id ipsum est, quod Jesaias c. XXVII, XXIX. prænuntiavit sub finem regni Jothami in Judah ac anno XVII. regnantis in Israëlitide Peka. Hoc enim temporis articulo consociarunt Rex uterque fœdus adversus regnum Judæ. 2 *Reg.* XVI: 4, 5. R. DAVID KIMCHI ad incisum nostrum quintum contendit, vaticinii summam & divinas regni Judah vindicias spectare ad tempus, quo decem Israëlis tribus extra patriam exsulatum abrepti fuerunt. Inhæsit Rabbinus dictioni, qua *tribus* Judah & Benjamin adpellati sunt a Jesaia *residuum*, *reliquum*, שְׁאָר, *populi Jehovæ*. At repugnant Rabbino articuli orationis, in unum fasciculum collecti. Reclamat ipsi varietas notionis, quæ inest nomini illi hebræo & adfini verbo *schaar*. Nam sæpius denotatur utroque vocabulo reli-

(*a*) 2 *Chron.* XXVIII: 2. *Jes.* VII: 1. 2 *Reg.* XVI: 5.

reliquum, *reliquum facere*, id, quod præterea ex parte reliqua adest vel superesse intelligitur. Pekah certe cum Rezino & postea Tiglatpeleser selectissimos fortissimosque regni Judah viros & thesauros abripuerunt, & imbellis turbæ reliquias ac aristas ex messe tantum omiserunt vel Regi Judah reliquerunt. R. SALOMO ISAACIDES seu RASCHI videtur has rationes ob oculos habuisse, quippe qui per *residuum* denotari existimavit *justos*, *qui superant in populo Dei*. JONATHAN, interpres Chaldæus, ad generalia in fronte capitis statim deflectit, nec eum morem in eis deserit, quæ sequuntur. Inchoat tractationem suam hunc in modum: *Væ illi, qui dat cidarin elationi* seu fastui *insipientiæ magnæ Israëlis*, *& dat regium capiti circumvolutum tegumentum improbis domus sanctuarii*, *laudem ejus*, *qui sunt super fastigio potentiæ pinguis contusi vino*. Facillimum hinc est intellectu, quam acute *Jonathan* in his duobus capitibus, 28 & 29, interpretandis cernere potuerit. Operæ pretium non est, de compluribus interpretum interponere judicium, siquidem singuli pro viribus suis fundum ecclesiasticum colere & ornare studuerunt, licet eorum non pauci nævos suos, ex humanæ imbecillitatis modulo exortos, a sese haud voluerint alienos.

§. 2.

§. 2.

1. *Hem corona elationis ebriorum Ephraïmiticæ gentis! & flos deciduus delicii ornamenti ipsius, qui super cacumine vallis pinguedinum est, flos contusorum* (*) *vino.*

2. *Ecce robustus est* Ephraïm *& obfirmat sese erga Dominum meum quasi inundatio grandinis, turbo exitii, & quasi procella aquarum validarum inundantium. Dejiciet humi manu* Ephraïmum obnitentem.

3. *Pedibus conculcabuntur tam corona elati animi quam ebrii Ephraïmitarum.*

4. *Et erit flos culmi decidui, delicium ornamenti, quo Ephraïm sibi placet, qui est super cacumine vallis pinguedinum, instar ficus in illa valle præcocis, quam, quum nondum æstas est, qui videt in ramo, devorat.*

5. *Die illo erit Jehovah, Deus rerum creatarum veluti in aciem collocatarum, corona delicii & diadema ornamenti reliquæ partis populi sui,*

6. *ut sese præstet spiritum judicii, præsidentem judicio, & fortitudinem ipsam,* judicio, inquam, adtinente ad eos, *qui denuo adducent*

(*) Proprie plagis & vulneribus consauciatorum ex vino, excoriatorum. Confer. *Jes.* XVI:8. *Prov.* XXIII: 3.

cent bellum versus portam Hierosolymorum. Concisius: *Fortitudinem adversus eos, qui denuo adducturi sunt bellum, ad portam usque festinantes.*

7. *Immo etiam illi oberrant ex vino, & ex potu ebrietatis conciliatore in aberrationem sese vertunt. Sacerdos & propheta oberrant* & vagantur. *Per potum ebrietatis conciliatorem absorpti sunt* seu abrepti. *Ex vino in errore versantur. Per potum ebrietatis effectorem oberrant. Per eum, qui visiones propheticas sibi contingere perhibet, titubantes proferunt pronuntiatum, judicio definiendo tributum.*

8. *Certe omnes mensæ vomitu excretionis sunt refertæ.*

9. *Quem Deus docere poterit intelligentiam? & quem docebit doctrinam auribus percipiendam? An ablactatos? an ab uberibus translatos?*

10. *Omnino* ipsi, ebrietate corrupti, instar tenellorum puerorum, qui loqui incipiunt, hæc iterum iterumque judicio blaterant: *zau lazau, kau lakau*; id est, *præceptum unum adde alteri, lineam* vaticinii *unam adde alteri*; *parum illuc* pone seu scribe, *parum istuc* adde.

11. *Certe irrisionibus labii & sermone alio*, atque quo adhuc usus fuit, *loquetur* Deus *ad populum huncce*;

12. *qui* Deus, olim *dixit ad ipsos: Hæc est sedes requiei, eum nunc missum facite defatigatum.*

itum. Dixit, inquam, ad illos: *Hæc est sedes omni adfluentia* (**) *circumfulgens*; *nec cupiernnt audire*.

13. Et quoniam *est ipsis verbum Dei* irrisionis materia, ut ingeminent illud *zau lazau*, *kau lakau*, id est, præceptionem adde præceptioni, lineam adde lineæ; *ideo ibunt* exsulatum *&* *vacillabunt retrorsum atque frangentur*, *&* *comprehendentur quasi feræ venationibus obnoxiæ*, *atque illaqueabuntur*. Ob illud *zau* pipient ut aves, quæ tendiculis capiuntur; & ob irrisionis plenum *kau* lineam eundo dimetientur, in exsilium ituri, funiculoque quasi retracti collabentur retrorsum ita, ut frangantur.

14. *Non ita* illis agendum erat. *Audite verbum Jehovæ*, *viri*, *qui irrisionibus usi fuistis*, *qui dominamini in populum hunc*, *qui est Hierosolymis*.

15. *Omnino dixistis: Percussimus fœdus cum morte*, internecionem non sentiemus, *&* *cum statu mortuis communi constituimus virum*, *qui visionibus*, *Dei nomine suppeditatis*, *nobis præsto sit*, & cladem ab hostibus metuendam esse, neget, ita: *Ventus procellosus*, *qui inundationem adfert*, *omnino transit*, *non ingruet nobis* nec ad nos usque perveniet. *Certe*, sic

(**) ALBERTUS SCHULTENS in *Origin. hebr.* c. 10. §. 22. p. 305.

sic dicitis, *posuimus mendacium fiduciam nostram*, & *per fallaciam sumus occultati* atque obtecti. Artibus politicis securitati nostræ tuendæ prospeximus: divinationibus hariolorum nitimur.

16. *Non ita* res succedit. *Ita dicit Dominus meus Jehovah*, fundamentum fiduciæ genuinæ docens: *Ecce ego posui in Zione lapidem, lapidem probatissimum*, lapidem *angularem, pretiosum, firmissime fundatum. Qui, fiducia* in eum *constanti nititur*, metus pudorisque causa *sibi fuga non consulet.*

17. *Adhæc positurus sum judicium licio congruenter & justitiam trutinæ congruenter: ac quasi per palas removebit grando fiduciam* illam vestram, *quæ est mendacium*, & *latebram*, quam in fallacia collocastis, *aquæ obruent inundatione.*

18. *Præterea tolletur fœdus vestrum cum morte*, cum internecione initum, & *visio prophetica vestra, cum statu mortuis communi* sanciri solita eademque fallax, *non persistet. Ventus procellosus*, flagellum Palæstinæ, *inundationem adferens certe transibit*, ut flumen intumescens, ripas superans & proxima quævis obruens atque conculcando aptans, *at ita, ut cedatis ei in conculcationem.*

19. *Quotiescunque transibit ille, vos corripiet* & adsequetur. *Certe* corripiet vos *sole exoriente*, si *sole exoriente transibit, interdiu*

&

& noctu, & exsistet truncus, commotionem vehementiorem sentiens, quamprimum quis intellexerit sonitum venti illius procellosi.

20. *Omnino tam curtus erit lectus stratus, ut nemo se in eo extendere possit, & thalamus iconum fusarum*, idololatricarum, *erit arctus, quasi sese contraheret.* Angustiis miserrimis laboraturi estis, ac tensas simulacrorum in arctius spatium ponetis.

21. *Certe instar montis perruptionum ac stragium* (2 *Sam.* V: 20. 1 *Chron.* XV: 11.) *perstabit Jehovah, instar* victoriæ *vallis Gibeoniticæ* (*Jos.* X: 10, s.) *commovebit se eo eventu, ut perficiat opus suum,* (*alienum & ab aliis ipsius operibus diversum erit hoc opus ejus,*) *& ad dandum effectui opus suum ærumnosum.* (*Extraneum est & erit hoc opus ærumnosum ejus.*) Deus populo suo, nunc rebelli, sese infestum præbebit ac sese ostendet ab eo alienum. At eum calamitati tamen arctissimæ eripiet.

22. *Nunc vero irrisionibus ne indulgete ingeminatis, ut ne forte firma fiant & invalescant vincula* captivitatis *vestræ*, quibus estis constringendi. *Certe res* hæc *definita* jam *est*, (*audivi* id *à Domino meo Jehovah, Deo rerum, instar aciei instructarum*) *super universam hanc regionem.*

23. *In aures demittite & audite vocem meam: attendite animum & excipite dictum meum.*

24.

24. *An toto hoc tempore arare debebit arator ad sementem faciendam? An* semper *sulcabit & occando* (*a*) *componet agrum suum?*

25. *Nonne si planam reddidit superficiem ejus, etiam melanthium seminat & cuminum inspergit, atque ponit triticum præstantissimum ac hordeum insigne nec non zeam, terminum agri sui?*

26. *Nonne etiam ipsum diligenter erudivit ad judicium? Deus ipsius docuit ipsum.* Subaudi *populum*, quem Deus docuit morum rectam culturam.

27. *Certe non cylindro triturari debet melanthium, nec rota plostelli circumagi solet super cumino; sed baculo excuti debet melanthium, & cuminum per bacillum.*

28. *Cibus* inde *per comminutionem* granorum *conficitur. Nequaquam* arator *continenter triturabit id*, quod ex agro messuit, *nec agitabit* super id *rotam postelli sui, nec auriga ejus illud conterere debent.*

29. *Hoc* decretum *exiit a Jehovah*, Deo *rerum ordine veluti in acie instructarum. Mirabili exitu peraget ipse destinationem* suam: *amplam & gloriosam declarabit sapientiam suam longe solidissimam.*

§. 3.

(*a*) שִׂדֵּד est *occavit.* Male in *Clodii* editione *Francofurtana M.* expressum fuit יְשַׂדֵּד *anno* 1677, 1692.

§. 3.

Particulam vocabuli, quæ eſt in fronte inciſi primi, אוֹי, non interpretatus fui per *væ*, ſed potius per *hem*, *hei*, notas admirationis, hoc loco cum indignatione multa mixtæ. Particulæ enim illi tum demum ille ſignificatus (*b*) eſt conjunctus, ſi nomen ſequitur, quod præit ל vel על (*bb*) Propheta hoc loco procedit per gradus animadverſionis ac caſtigationis, nec a ſubito lernæ malorum indicio primordia vaticinii capit. Corona ſeu diadema, alte locatum & tantarum rerum ſpe perampla inſigne, qua Ephraïmitæ erant adeo inflati, ut ebriis & emotæ mentis hominibus eſſent adprime ſimiles, ſpectat ad Regem Damaſcenum. Delicium ac decus ornamenti in faſtigio vallis pinguiſſimæ eſt regia & primaria urbs Iſraëlitarum, urbs Samaria, ac in primis Rex Pekah, qui ſedem ibi habebat. Hujus conſiliarii & primores erant illi homunciones, qui nec ea, quæ erant ante pedes, videbant, nec futura ſecretis animi æſtimationibus recte penſitabant. Ingenia eorum, imaginibus & umbris erant referta. Per eas ſibi

(*b*) JO. BUXTORFIUS in *Lexico Chald. Talmud.* col. 637.

(*bb*) *Jeſ.* III: 11.

ſibi ea effingebant, quæ nec rationibus rerum præſentium nec eventuum exinde fluentium rivulis erant conſentanea. Ex hac animi corruptela enaſcebatur temulentia & ebrietas, ad tenebroſa commenta & ad vacuitatem a conſiliis ſalubribus referenda. *Jonathan Targumiſta* eamdem animorum ebrietatem hoc loco ob oculos poſitam habuit legitque *Schiccore Ephraim*, id eſt, *ebrios Ephraimiticæ gentis*, prouti nos ex veteri lectione edocti ſumus hujus inciſi lectionem. Interpres vero *Alexandrinus* græcus ad שכר *mercedem* & *mercenarios*, μισθωτὸς, deflectit, uſus aut exemplari punctis & vocalibus prorſus non inſtructo, aut indulgentia quadam in eum, quem animo præceperat modulum interpretationis. *Jonathan* hanc memoriæ prodidit paraphraſin: *Væ illi, qui dat cidarin faſtui, ſtultitiæ magnæ Iſraëiis; & tribuit diadema* ſeu tegumentum e faſcia, capiti circumvolutum, *improbis, domum ſanctuarii & laudem illius: qui ſuper faſtigio vallium opimarum ſunt contuſi ac ſauciati vino.* Hoc diadema, hoc capitis tegumentum, Jonathan it vindicatum templo Hieroſolymitano ejusque glorioſo principatui. Summus enim Sacerdos eximium ejusmodi capitis tegumentum (c) inter obeundum munia ſacra geſta-

(c) JO. BRAUNIUS *de Veſtitu ſacerdotum hebræorum* II: 4. & 21. p. 625. ſ.

tabat. Persuaserat sibi idem *Jonathan*, hraïmitas antistitibus sacrificulorum suon tribuisse cidarim ejusdem moduli, ideo: a propheta reprehensos fuisse (*d*). At aiæ menti non obversabatur tunc cidaris erdotalis, sed regia eaque gemina. Unam ıerabantur ebrii & amentes Ephraïmitæ; :ra erat delicium & decus ornamenti er vertice, eminenti inter valles pinssimas. Hæc erat Regis Israëlitici in e Samaria; illa erat Rezini, Damasce'um Regis, corona. Illa notis ex situ nariæ desumtis fuit insignita, ut de ea re ›itandum haud sit. Ebrietas vero, enata diademate elationis & magnificentiæ (*dd*) in Israëlitas ad eorum vecordiam & antiam usque transfusa, originem fontem: in Syrorum Rege Rezino habet. Nam *braim*, reliquæ parti gentis Dei & regno lah oppositus, ut in hoc capite, regnum gemque Israëliticum simul complectitur. laris igitur, excelsitatis & fastus plena, qua

d) Videtur *Jonathan* ad nomina עטרת, כתר, ציץ, respexisse, quibus ornamenta capitis summorum Pontificum penes Hebræos insigniebantur, teste BRAUNIO II: 21, 21, & re ipsa.

dd) Honorificentissima quæque olim dicta צבי, גאון, & תִּפְאֶרֶת. *Jes.* IV: 2. LII: 1. LX: 7.

qua Ephraïm fuerat ad ebrietatem adducta, extra regnum Israëliticum in Rege extraneo quærenda & definienda est, qui ob temporis aliasque rationes a Rezino diversus fuisse non potest. Situs Samariæ ita erat comparatus, ut ipsa in vertice editi montis conspiceretur posita, quem cingebant circumquaque valles & campi, quibus fertilitas erat laudi atque ornamento. Non monebo, linguam Habessinicam verbo *Samara* idem indicare ac *fertilem esse*. Nunc quidem id solum, in quo olim Samaria eminebat, hortis & dumetis constat, ut ne memoriam pœnæ deponamus, quam Deo impii & maligni dare solent. Olim vero Samaria urbs erat permunita & circumquaque fecundissimas prospiciebat valles ac planities. *Universam provinciam Samariæ in montuosis sitam esse*, tradidit *Hieronymus Comment. ad Amos* III. Ad confinia urbis Samariæ proxima hæc spectant, nec ulterius patent. Nam ad septemtriones objacebat Samariæ campus Megiddo juxta Jisreël seu oppidum Jezrahel, a quo incipiebat Samaria, postea Sebaste dicta, a qua Jisreël civitas decem milliaribus aberat (*e*). Deficit in hac computatio ne ad minimum ipsa milliarium Romanorum qua-

(*e*) EUGESIPPUS *de Distantiis locorum terræ sanctæ* p. 111. L. I. *Symmicton* LEONIS ALLATII, *Colon. Agripp.* 1653, 8.

quadrans. Supputatio autem illa nititur Eugesippi descriptione, ad a. 1040. facta. Campus ille Megiddo alias adpellatus fuit *Esdrelon*, id est, *aulon Jisreëlis*, μέγα πεδίον λεγεῶν@, ac procedit inter montana Samariæ & Galilææ a mari mediterraneo ad Jordanem, latus duo milliaria Germanica, frugifer, admodum nunc siccus, a fluvio Kison intersectus (*f*). Ad dextram Samariæ urbis vallis versus Occidentem procubuit (*g*). Ab ortu æstivo conspicua erat Sichem, quæ Mamre, Mamortha apud Plinium, Moreh seu Mevarah, ab incolis Mabartha, & recentiori ætate Neapolis dicta fuit, inter montes Ebal & Garizim intra vallem (*h*) sita. Planities Moreh erat ad Sichem (*i*), quæ alibi vocatur *Elon*, id est, *Aulon*, convallis longior. *Gen.* XXXV: 4. Græci nomen αὐλὸς & αὐλὼν eodem sensu triverunt, idque HIERONYMUS docuit esse vocabulum hebraïcum *Elon*, quod denotet vallem grandem atque campestrem,

(*f*) Franz Ferdinand von Troilo ORIENTalische Reisebeschreibung p. 545, f. HADRIANUS RELANDUS in *Palæstina* I: 55. p. 366, f.

(*g*) JOANNES COTOVICUS in *Itinerario Hierosolymitano & Syriaco* p. 346.

(*h*) COTOVICUS p. 341.

(*i*) *Sotah* VII: 5.

pestrem, quæ sit longior & protensior. *Campum Sabe* illum *aulona Moreh* nunc accolæ adpellant, teste *Cotovico* p. 356. In confiniis terrarum tribus Ephraïm & Manassis erat נחל vallis alveusve *Kanah. Jos.* XVII: 8. Eum non dubito esse *Ptolomæi* Corseum seu Chrysorrhoon flumen, cujus ostia ipse haud procul Cæsarea maritima collocavit. WILHELMUS TYRIUS (*k*) ibi fluvium eum prope urbem vidit, illumque *de paludibus, eidem urbi adjacentibus, defluere*, tradidit. Vallis illa pinguis speciatim erat Aulon Mamorthensis, qui ex angusto tractu se magis magisque in latissimam convallem diffundit (*l*). Nec tamen valles reliquæ circa Samariam, quam Herodes Magnus honoris causa erga Augustum Imperatorem nomine Sebastes impartivit, sua laude videntur defraudandæ. M. HENRICUS MAUNDRELLUS, Anglus, memoria posteritatis dignus, de Samaria sic (*m*) exposuit: *Sita fuit in cacumine oviformi. Circa eam est vallis pinguis ac fecunda, & ultra hanc circulus collium.* Merito igitur Jesaias Samariam dixit *delicias ornamenti super capite* seu in vertice *vallis* fertilioris atque *pinguis*. Loca tractusve, citra

(*k*) *De Bello Sacro* VII: 22. p. 162.

(*l*) M. HENRICH MAUNDRELL Reisebeschreibung nach dem gelobten Lande p. 85. Hamburg 1737, 8.

(*m*) *Pag.* 79.

:itra ſtercorationis multam inanemve ope-
·am fructuum vel frugum ubertate inſignio-
·es, ſolent ob pinguedinem laudari. Vi-
neam loci *pinguioris* prædicavit Jeſaias V: 1.
PLINIUS prædium Comenſe, in alto & *pingui*
loco ſitum, elogio ornavit, L. I, ep. 3.
§. 3. Locum gratiſſimæ oblectationis He-
bræi vocant צְבִי, *Zebbi*. *Jeſ.* IV: 2. XIII:
19. *Jer.* III: 19. *Ezech.* VII: 20. *Dan.*
XI: 16. 41. 48. VIII: 9. Latini eum ad-
pellant *delicias* (*n*), immo *amores ſuos* (*o*).
Cur LXX. *vallem pinguem* in *montem pinguem*
tranſtulerint, cauſſa mihi in præſens non
ſuccurrit. Ipſi omnino non fuerunt Herme-
neutæ, nec ad notitiæ hiſtoricæ lucem at-
tenti, qua qui in vaticiniis interpretandis
deficitur, non poteſt non in tenebris mica-
re. Lamina frontalis ſeu flos viridis, quem
victores ſolebant pileo ſeu tegumento capi-
tis adfigere, ſolebat *ziz* vocari. Cum hoc
flore ſeu capitis ornamento comparatur Sa-
maria ſeu potius Pekah ejus Rex, inita cum
Damaſceno regulo fœderis larva ſuperbus,
animoque victoriam de regno Judæ capien-
do præcipiens. Florem hunc & ipſam
victoriam, animo figuratam, propheta ad-
pellat *caducum*, *deciduum* (*p*), & ſpes elu-
S 2 den-

(*n*) PLINIUS L. 1, *ep.* 3. §. 1.
(*o*) Idem L. II, *ep.* 17. §. 20.
(*p*) *Jeſ.* LXXIV: 4. I: 30. XXXIV: 4.

dentem. Florem eum in ingenio hominum, vino sauciatorum (*pp*) nec sat mentis usura fruentium, fuisse enatum, docet. Homo ejusmodi vino hebetatus jam a Græcis *οἰνοπλὴξ*, *a vino percussus*, adpellatus olim fuit. Vino stupidos ac amentes redditos *Jonathan* dixit & reddidit *percussos vino.* LXX *μεθύοντας τῷ οἴνῳ*, R. DAVID KIMCHI *homines, quos vinum percussit & humi dejecit, ut volvant se in vomitu & excretis.* RASCHI eos vocat *homines, qui vino bono ebrietatem contraxerunt.* Nec dubitandum est, Rezinum haud pepercisse donis vinove optimo, Chalybonio & Byblino, quod Syria suppeditabat, ut administrorum Pekæ animos sibi redderet propensos & addictos, atque per eorum consilia in Regis animum influeret. Palæstinis vitium vinosæ luis familiare fuisse, intelligitur ex *Jes.* XVI: 8. *Hos.* VII: 5. *Jer.* XIII: 13. LI: 17, 21, 22.

§. 4.

Ephraim seu *regnum* Israëliticum inde a Jeroboami prioris ætate fuerat contra Deum rebellis. Jesaias videt *eum* & *illud* durum &

(*pp*) VITRINGA h. l. & ALBERTUS SCHULTENS in *Originibus hebræis* L. I. c. 9. §. 19. p. 273. s.

& obfirmatum contra (*q*) Dominum supremum. Repræsentat eum sibi tanquam grandinem omnia pervadentem & inundantem, fruges perdentem, hominibus bestiisque noxiam, ac agris exitiosam. Noxam, quam homines regni Israëlitici regno Judah intentabant, comparat cum turbine, exitium ferente, cum typhone pernicioso, Palæstinis non ignoto. Mors illa præsentissima, quam stantes vel sicci vel non obvelati ex typhonis adflatu patiebantur, vocatur vulgo דבר, *debber*. Ventum ipsum tam mortiferum Hebræi vocabant *Mriri* & *Ketebh*. Comparat vates pervicaciæ bellicosæ Ephraïmiticæ impetum cum inundatione aquarum validarum, quæ obvia quævis obruunt & submergunt, instar Nili exundantis vel aquarum invalescentium, quas nimbus effundit. Sunt (*r*), qui symbola hæc, has similitudines ad Deum referunt, rati, Deum potentissimum robur suum in hostes populi

(*q*) *Ladonai, erga Dominum meum supremum.* Ita ל sumitur *Ps.* CXIX: 132. sive pro *ad, prope*, ut *Ruth.* I: 8. *Ex.* XIII: 7. 1 *Reg.* VI: 25.

(*r*) RASCHI h. l. aliique, & ipse SEB. SCHMIDIUS in *Versione* sua *latina*, ellipsin particulæ אֲשֶׁר: *qui*, statuunt post Adonai, ut habeant subjectum ad manum, cui aptent illa: *dejiciet in humum manu.*

sui ita olim demonstratum ivisse, ut illud cum calamitatibus inexsuperabilibus gravissimisque ostenderit conjunctum iri. Interpres græcus Alexandrinus, qui æque ea sententia fuit imbutus, docet, fuisse jam olim doctores quosdam idem sentientes. Irem libens in eam interpretationis sententiam, si nomen qualitatis, adfectus, vel possessionis præcederet. Novi enim illud קֶצֶף לַיי, *ira est Deo flagrantissima*, *Jes.* XXXIV: 2, 6, 8. At hoc loco præmittuntur vocabulo *ladonai* verba duo, חָזַק & אָמֵץ. Prius idem sonat ac *firmus est*, *invaluit*, *fortem sese præbuit*. Posterioris sensus indicatur latine per *obfirmavit*, *robustum firmumque se declaravit*. *Deut.* II: 30. *Ps.* LXXX: 16, 18. &c. R. DAVID KIMCHI, non contemnendus Grammaticus, id ipsum perspexit, has usus circumscriptione: *Ecce dies validus ipsis ingruet, qui ipsos occupabit, ut inundatio grandinis, arbores prosternentis, ut ventus procellosus, qui perdit & eruit omnia, ac coronam potenter in terram dejiciet.* At de die nil habet propheta, nec illud *ladonai* amplificationem adjicit nomini, cui, præfixo Lamed, postponitur. An vero hoc nomen Dei proprium, אֲדוֹנָי, coaluerit ex *Adon* & *Chai*, & θεὸν τὸν ὄντα, חַי, denotet,

tet, jam non disputo. Redire potius libet ad superiora. Israëlitæ irrumpebant, regnante Pekah, vi summa & undique in regnum Judah, Rezini exercitu comitati. Irruptio ipsorum comparatur cnm tempestate, grandinem ac nimbum vehementer effundente atque obvia quævis corrumpente, turbante, ac abripiente. Per Ægyptum & Palæstinam (*rr*) tempestates ejusmodi, grandine ac inundationibus terribiles, non erant prorsus ignotæ. *Jos.* X: 11. *Ex.* IX: 18. *Jes.* XXX: 30. *Ps.* XVIII: 13, 14. XXIX: 3, 5, 7. Inundationes ejusmodi symbola erant bellorum graviorum, prophetis consueta. Irruptio bellica eaque admodum velox & violenta, in regnum Judah facta, confertur deinceps cum fragore ac strepitu venti, quem Orientales, Arabes præcipue, vocant *Sammiel* seu *venenum venti* (*s*). Alias is vocatus fuit *ventus urens*, *Job.* XXVII: 12, siquidem homines in viis versantes tanto ardore calefacit, ut ardorem ferre vix possint (*t*). Evertit is obvia quæque, leviora in sublime trudit, arenas fundit, verrit humum, & impetu sonituque furit vehemen-

 ti

(*rr*) ARNOLDUS *Lubecensis* in *Continuatione Chronici Slavorum* L. V. c. 5.

(*s*) THEVENOT *Voyage de Levant P. II. L. I. c.* 12. *p.* 282. CHARDIN *Voyage P. IV. p.* 22.

(*t*) THEVENOT *P. I. L. II. c.* 34. *p.* 557.

ti (*v*). Rabbini cum adpellant *Mriri*; Ægyptii ætatis nostræ vocant *Merissi*, Græci καύσονα, Hebræi *suph & suphah*, Ægyptii olim *Typhon*, Armenii *Badisamur*. In Ægypto is flat non tantum a noti cardine, sed ex plaga etiam orientali. Bis ibi quotannis furit, a Paschate ad Pentecosten, & iterum a mense Novembri usque ad Februarium (*x*). In Palæstina ventus ille rasor, *suph*, *suphah*, idemque ustor, *Saarah*, ab Oriente & ex plaga inter eurum notumque intercepta, exoritur, ideoque etiam *Kadim* adpellatus fuit. Idem ibi a die decima septima mensis Tammuz (*y*) usque ad undecimum mensis Abh diem plerumque viatoribus infestus esse solet ab ineunte hora nostra matutina decima usque ad tertiam pomeridianam. Trituræ occupatio intra Palæstinam & regiones circumjectas tenet incolas circiter diem septimum & decimum mensis Tammuz. Ardores venti ustoris non differunt ab ea peste, qua multi homines regnante Davide fuerunt enecati, siquidem lues illa mortifera traditur in ipsum trituræ tempus incidisse.

1 *Chron.*

(*v*) Ibi c. 24. p. 511.
(*x*) WANSLEBIUS *Relation d'un Voyage fait en Egypte* p. 39, f.
(*y*) *Bammidbar rabba* f. 201, 202. *Medrasch Tillim* f. 40. col. 3. EISENMENGERI *Entdecktes Judenthum* P. II, p. 435.

1 *Chron.* XXII: 20. Conf. *Apoc.* XIV: 16, ss. Eurus ille ferventissimus ventilandis frugibus usui est; sæpius tamen stantibus nec obvolutis adimere vitam consuevit. Propterea is a Jeremia *vastitatem & perniciem inferens*, *perniciei conciliator*, *destruens*, *maschchit*, adpellatur, LI, 1, 2, 11. Tritura ideo de nocte institui solita fuit plerumque. *Ruth.* III: 2. Extrita autem postera die a paleis purgabantur olim fervidissimo illo & obvia ventilare solito euro, ad meridianam sæpe inclinante plagam cœli. *Jer.* XIII: 24. XVIII: 17. Ad hunc ventum aridum ejusque vim ventilandi, radendi, urendi ac enecandi, respicitur *Jes.* XL: 6, 7, 8. Inde nomen ei hæsit רוּחַ בֹּעֵר, *ventus urens.* *Jes.* IV: 5. Venti hi, si in turbines & gyros agantur, viatores sæpe prosternunt ac nonnumquam præcluso spiritu suffocant (z), nisi linteo madefacto faciem operiant, vel obvoluti procumbant humi. In Palæstina ventus hic adeo nemini non compertus est cognitusque, ut *Nahum* I: 3, ita fuerit va-

(z) THEVENOT *Voyage de Levant P. I. L. II. c. 6. p.* 435. *c.* 20. *p.* 488. *c.* 24. *p.* 511. ENGELBERTUS KÆMPFERUS *in Amœnitatibus exoticis* p. 671. 720. PAULUS ERNESTUS JABLONSKI *in Pantheo Ægyptiorum* L. V. c. 2. §. 20. p. 91. ALBERTUS SCHULTENS *Comment. in Jobi* XXVI: 18. CAMP. VITRINGA in *Jes.* XXI: 1.

ticinatus: *Jehovæ via est* בְּסוּפָה *in vento rasore & in vento ustore*, בַּשְׂעָרָה, *nubesque sunt pulvis pedum ejus*. Verbis סָפָה ·סוּף, adhæret potestas *radendi*, *verrendi*. Arabes suum verbum שער adhibent denotando illi, qui incendium excitat, qui sagittis dolorem urentem alteri infert, & *passive* ei, quem ventus fervidus adflavit vel percussit, qui exarsit & accensus est. Arabibus nomen שׂוּעָאר est *ignis*, *flamma* & *ardor*. Nec desunt his alia nomina cognata, notionem illam vocabulo adfixam firmantia. Judæi eurum illum urentem vocant *dæmonem meridianum* & dæmonem *Ketebh*, ob loca *Deut*. XXXII: 22. & *Ps*. XCI: 6. ubi significatur (*a*) tempus noxæ illatæ & effectus urentis illius venti per (*b*) *luem in meridie vastantem* & per (*c*) *luem oppido acerbam*. In desertis Ægypti & Arabiæ potissime ventus hic, quem HESYCHIUS vocat *typhonem*, *ventum magnum*, *ingentem & vehementem*, & πυρώδη, δαίμονα, *& igneæ naturæ dæmonem*, sævire solet, teste *Thevenoto*. Inde dictus fuit ventus turbinum, in plaga australi impetum gravem exercentium. *Jesaias* XXI: 1. ita: *Ut turbines austra-*

(*a*) EISENMENGER l. c.
(*b*) C. D. KOCHII *Programma in Ps*. XCI.
(*c*) Idem.

strales, כסופות בנגב, *magno impetu irruunt. E tractu locorum deserto venit, e terra terribili.* In Palæstinam irruere hunc ventum a plaga cœli, inter eurum & notum patente, intelligitur ex *Jes.* XXVII: 8. *Jer.* IV: 11. XIII: 24. *Kadim*, quem LXX. *καύσωνα* (*d*) adpellarunt, is ipse ventus est, suffragante C. VITRINGA. Solet ventus ille rasor, qui sæpius etiam ustor est, adhiberi a prophetis in symbolum inopinatæ ac gravissimæ calamitatis, in primis bellicæ, irruentis. *Jes.* XXX: 27-33. *Ps.* XI: 7. *Ezech.* XXXVIII: 22. *Hos.* XIII: 15. *Amos* I: 14. *Nahum* I: 3. *Jer.* LI: 1-11. Vento huic procella vehementissima est comes. Inde adpellatur *durus*, רוּחַ הַקָּשָׁה בְּיוֹם קָדִים, *ventus durus tempore, quo turbo furit*, *Jes.* XXVII: 8. nec non רוּחַ קָדִים עַזָּה, *ventus turbinis validi*, *Ex.* XIV: 21. רוּחַ זִלְעָפוֹת, *ventus æstuum vehementium*, qui ob sonitum horrendum comparatur cum tubæ fracto seu intercisο clangore. *Zach.* IX: 14. *Zephan.* I: 15, 16. *Apoc.* VIII: 10, 11. IX: 15. Ventus ille ex voluminibus arenarum ac pulverum contortis, per aërem diffusis & ad nubes usque propulsis, caliginem incolis adfert, eamque ex adtritu corporum, inter sese in aëre confligentium, nonnumquam comi-

(*d*) *Ex.* XIV: 21.

comitatur flamma, ignis fulgurans, & radius oblique in gyrum serpens isque ignivomus, quem Græci *prestera* vocant. JULIUS POLLUX (*e*) hunc presterem vento illi procelloso proxime junxit. In Habessinia dantur venti æque procellosi ac ignivomi. Terribilis maxime in numero eorum est *Sendo*, id est, *Anguis*, turbo tam vehemens & sævus, ut domos, robora & saxa, denique obvia quæque prosternat & sæpius secum in aërem ferat. Belgæ ventum ejusmodi turbulentum vocant *Hoos*, eumque maxime in Asia sævire, interdum & navigia evertere tradunt. At nostrum jam non est in mare ipsum descendere atque ejus incommodos infestosque persequi ventos, quos plerumque adpellant *Levantinos* (*f*). ARISTOTELES nostrum distinguendi typhonem a prestere modum jam habuit compertum. Notitiam suam ipse de utroque ita exposuit vento, sententiamque simul edisseruit ei ætati, qua vixit, communem. En ejus verba in latinum conversa, ex *Libro de Mundo* c. 4. decerpta: *Si ignis vento inest vehementiori, tunc vocatur prester; sin minus, typhon.* Plura de hoc vento olim exposui in

(*e*) *Onomast.* I. 9. segm. 17.

(*f*) *Msr.* SHAW *Voyage par plusieurs provinces de la Barbarie & du Levant* Tom. II. c. 3. p. 49. s. Conf. LUCRETIUS I, 280, s. V, 442.

in *Bibliotheca Bremensi* Class. VII. p. 630, s. In eodem tunc clivo sudavit JUSTUS MARTINUS GLÆSENERUS ibidem p. 630. Copiosiora sunt, quæ lance satura desideriis eruditorum impartivit maxime reverendus NICOLAUS NONNEN, commentatus *de Effectibus Euri in Palæstina tempore trituræ* ad *Matth.* III: 11. in *Museo Bremensi* vol. I. P. III. p. 468-543. De notione, vocabulo סוף indita, egregie solideque exposuit linguæ hebrææ hoc sæculo instaurator A. SCHULTENS in *Originibus hebræis* Tom. I. L. I. c 13. p. 343, s. nec non in *Commentario ad Jobum* XXVI: 18. Exposui egomet fusius de vento rasore ac ustore in *Commentario ad Amosum* I: 14. III: 15. Tantum ad comparationem Jesaiæ secundam. Excipit hanc *tertia*, desumta ex inundantibus aquis validis ac magnis, quæ per vehementiam & impetus fortiores obvia quæque movent, abripiunt, sternunt, corrumpunt. A moribus stiloque sublimi prophetarum similitudo & comparatio hæc non abhorret, siquidem ipsi haud raro funestissima bella, instar diluviorum & inundationum veluti ad liquidum delineant. Confer *Ps.* XXIX: 10. XLVI: 3, 4. XVIII: 16, 17. LXVII: 8. *Amos* VIII: 8. IX: 5. Tres illas imagines & picturas bellicarum turbarum JONATHAN hoc loco exposuit per inundationem grandinis, per turbulentam

venti

venti tempestatem, עַלְעוֹל רוּחַ, per inundationem זַרְמִית aquarum vehementium, inundationem inferentium. Addidit idem hanc declarationem: *Ita irruent illis populi & summates ex terris suis in terram aliam cum peccatoribus, qui in manibus eorum sunt.* Postremum enuntiatum Jonathan traxit in copulam cum prioribus tribus comparationis imaginibus. *Raschi* ad hunc locum ventum ustorem adpellavit *Saar Keteph mriri.* LXX enuntiatum adjectum ita interpretati sunt de Deo: τῇ γῇ ποιήσει ἀνάπαυσιν ταῖς χερσί. Videntur ipsi legisse: הֵנִיחַ לָאָרֶץ בְּיָדַיִם. At JONATHAN & Rabbini interpretes legerunt id enuntiatum congruenter lectioni, quam codices nostri tenent. Sententiam prophetæ sic fuisse conformatam, persuasum mihi est: *Ephraim, regnum Israëliticum*, sese firmo obduravit animo (*g*) *versus Deum supremum* seu ejus sedem Hierosolymitanam; ergo dejiciet eum Deus versus terram & *humi prosternet manu* atque excidio tandem ad internecionem delebit, defensurus a contumacia adversariorum sedem domicilii sui, focum & ignem suum. *Kimchi* monet, Deum designari, potenter dejecturum coronam Israëlitici regni in humum. Deus certe

(*g*) Verba חזק & אמץ itidem junguntur sensu eodem XXXV: 3.

erte non impune data opera violatur. Ca- :igat is quidem ſuos; attamen a frivola nproborum machinatione & turbulentis ıoſtium impreſſionibus defendit ſeſe ſuosque ultores. Ephraïm obfirmaverat ſeſe *lado- ai*, *verſus ſupremum* altiſſimumque *Domi- um;* Deus ſeſe ex adverſo adverſus eum ›ræſtabat inviolatum, & illum *laarez*, *ver- us terram* (*gg*) dejiciebat. Ephraïm inſtar :empeſtatis grandinem effundentis, in mo- lum venti procelloſi ac urentis, & tan- quam fluctus, velociter lateque exundan- tes, terram regni Judah invadebat & obvia proſternebat, ſola Hieroſolyma excepta; Deus vero, vicem vice rependens, e ſubli- mitate eum retraxit humique proſtravit, non arceſſita aliorum ope, ſed ſola ipſius vi & manu. Ita Deus nec ſuos deſerit prorſus nec temerarios inſultus malignumque faſtum abire ſinit impune. Id ipſum plenius inciſo proximo illuſtratur.

§. 5.

Nam, vate Jeſaia prænuntiante, adeo conculcanda erant pedibus tum corona fa- ſtus

(*gg*) Ita לארץ legitur *Jeſ.* LXIII: 6. Conſidere humi לארץ שבת XLVII: 1. עֲלִיל לָאָרֶץ. *machina hauſtoria*, expurgatoria, *verſus terram* undiquaque inclinata. *Pſ.* XII: 7.

ſtus Syriaci plena, tum ebrii Ephraïmitidis, ut Rezinus, occupata per Tiglatpileſerem Damaſco, ab hoc juberetur interfici, & ut regnum Iſraëliticum idem Aſſyriæ Rex ad vaſtitatem vocaret, atque ut id tandem, incolis inde in exſilia deportatis, extraneis gentibus in ſedes ac domicilia cederet. Unde intelligitur, verbo הניח in inciſo priori non convenire notionem *faciendi reliquum*, ſed *deſerendi* & *dejiciendi*. Illi verſus terram ex alto dejectioni per orationis incrementum ſubjicitur conculcatio. Quemadmodum pugil & athleta caput pugnatoris mutui corripit manu, & humi proſternit, ac ob iracundiam, qua accenſus ſævit, proſtratum pedibus conculcat, ita Deus hoſtes ſedis ſuæ ſacroſanctæ dicitur manu dejecturus, non utraque, ſed una tantum, robuſtiſſimus quippe, pedibusque dejectos conculcaturus, ipſamque cidarim, faſtu inſignem, ipſosque temulentos Ephraïmitici regni primores. Deſignat regem Rezinum & Reges regni Iſraëlitici. Prophetæ, ſi calamitates populo divinitus ſelecto prænuntiant graviores, verba & ſyllabas eorum quaſi inter gemitus, ſigillatim tardiſſimeque proferunt ac ſingulis verbis adparent immorantes, eo quod doloribus ſunt contacti & coërcendorum tragicos miſerantur caſus. Vaticinium Jeſaiæ hoc loco nobis hujus rei luculentiſſimum

mum præbet exemplum. En verba ſingula interſecta, ſparſa & ſeparatim ponderanda:

רַגְלַיִם *Pes uterque* ad deprimendam hoſtium ſuperbiam commovet ſeſe ac intenditur. Res a manu ad pedes procedit.

תֵּרָמַסְנָה *conculcabuntur* res ob oculos poſitæ eæque imbelles & feminea infirmitate dignæ. Urbes enim, Regum ſedes, eorumque regiones imaginibus mulierum adficiuntur in ſtatuis atque numis. Res imbelles & ad pedes herois proſtratæ, conculcandæ & in pulverem fimumque vertendæ indicantur. Subjunguntur deinde res duæ, cidaris ſcilicet ſuperba & elati animi effigies, nec non quicquid ebriorum Ephraïmi ſeu regni Iſraëlitici nomine deſignatur.

עֲטֶרֶת *Corona*, *cidaris*, Jonathani *Kitra*, eaque faſtus immodicos ſpirans, dicitur conculcanda.

שִׁכּוֹרֵי, *ebrii* Ephraïmitarum æque ac illa corona, faſtu geſtatoris tumida, dicuntur conculcandi. Imbecillitas utriusque regni, hoſtiles ſpirantis impreſſiones in ſedem Dei, per femineum genus, & ima depreſſio ac excidium per conculcationem inſtantem deſignantur. *Inſipientiam magnam Iſraëlis* ſeu regni Iſraëlitici *Jonathan* deprehendit in ebriis Ephraïmi.

R. DAVID KIMCHI tradit, ſubeſſe verbo *teramasnah* ſimilitudinem rei & indicari

multiplicem ad humillima depressionem omnium coronarum, omnium rerum, quibus sese efferre ac tollere Ephraïmitæ non dubitaverint. Est in hac interpretatione nonnihil veri; plurima autem ad veritatem requisita ei desunt. JONATHAN Targumista non attendit verbi pondus, quo designatur conculcatio utriusque regni & ruina. Ipse sic: *Triturabitur*, יִתְדַשׁ *cidaris superbiæ copiosæ*, *insipientia magna Israëlis.* Trituratio hæc non absimilis est conculcationi. Conf. Targumistam *Zach.* X: 5. *Jes.* I: 12. XXIV: 3. XXV: 10.

§. 6.

Propheta, florem ornamenti capitis verticisque supra valles circumjacentes, seu urbis Samariæ, caducum esse, indicat. Florem (*b*) supra vs. 1. adpellaverat צִיץ; nunc vero adpellat צִיצַת, imbellem & femineum languorem denotans. Additur nihilominus nomen נוֹבֵל (*bb*) genere masculino, quo ob rationem grammaticam *culmum deciduum* insigniri existimo. R. DAVID KIMCHI *florem*

(*b*) *Ziz marcescens* seu deciduus legitur etiam *Jes.* XL: 7, 8.

(*bb*) Verbi נבל notio plene dilucet ex *Jes.* XXXIV: 4.

florem caducum intelligi contendit, a Grammatici officio heic certe alienus. Si codices probatiores laudaſſet, in quibus hoc loco lectum fuerit *ziz*, non *zizath*, ipſe muniis ſuis philologicis feciſſet ſatis. Ad nomen *nobbel* ſubaudiri poteſt *abbibh*, *culmus*, ſeu, ſi mavis, דבר, *dabbar*, *res*, *aliquid*. Nomen poſterius ſæpius ſimili ratione fuit omiſſum. De valle pinguiori circa Samariam ejusque in vertice, ovi formam præferente, ſitu ſupra ad inciſum primum diſſerui. Reſtat, ut paucula addam de *ficu* præcoce, quæ ante plenam ſui maturitatem manibus, ſtomachoque primi raptoris ceſſura dicitur. Ficubus illam præcocitatem tribui, cognoscere licet ex *Jer.* XXIV: 2. quamvis *biccurah* proprie *fructum primum & præcocem*, *primitivum*, ſoleat denotare. *Hoſ.* IX: 10. *Mich.* VII: 1. Eadem notio ineſt nomini בכור, *biccur*. *Lev.* II: 14. XXIII: 17. 2 *Reg.* IV: 42. *Neh.* III: 12. Fructus ejusmodi vocari poteſt *primitivus*, ut a primitiis clare diſtinguatur. In corpore *miſchnico* liber exhibetur integer, cui index eſt *Biccu'im*, & quo *primitiva* fructuum ad legem Moſaïcam & majorum decreta pertractantur & ediſſeruntur. Jacobidarum erat, primitivos terræ divinitus ipſis datæ fructus ad ſedem, quam Deus in Palæſtina delegerat ſibi venerandam, aſportare. *Deut.* XXVI:

T 2 1,

1, 2, f. At Jerobeamus prior publica lege vetuit, nequis e regno tribuum suarum decem traderet sedi Numinis supremi Hierosolymitanæ primitivos fructus. Videtur itaque Jesaias simul pungere eum morem, quo Reges decem tribuum primitivos fructus cuique accedenti potius, quam sedi Numinis æterni, permittebant. Nam in terra regni Jehudah non solebant incolæ quemvis primitivum fructum adripere, ut eum ventriculo suo darent. Id vero potissimum est, quod respicit propheta & quorsum ejus tendit oratio. Significat scilicet fore, ut flos & gloria regni Israëlitici cuivis cessura sit in prædam, qui illud undecunque tentare fuerit adgressus & invadere, quemadmodum ficui primitivæ præcoci necdum plenam maturitatem nactæ in terra decem tribuum imminebat quicunque, qui eam sibi capere & devorare cupiebat. Cum ejusmodi ficu, maturitatis integræ adhuc experte, Jesaias comparat jactatam tunc excellentiam Regis Israëlitici, significans, fore ut ipse ab alio consumeretur atque deglutiretur, antequam fastigium potentiæ destinatum contigisset. Eventus vaticinio ad amussim respondit. R. D. KIMCHI fructum arboreum primitivum, de quo propheta comparationem adhibuit, de ficu exposuit, quam præcocem, antequam fructus æstatis

pro-

prodierint, is, qui primum viderit, multo cum deſiderio adripiat & eat deglutitum. *Ita erunt*, hæc enim porro adjungit, *divitiæ Ephraïmi & bona. Abſorbebit eos hoſtis celeriter.* Illud בְּכַפּוֹ reddidit *in manu ſua*, *manu ſua*, addens tamen, patri ſuo adriſiſſe interpretationem, qua id exponatur per בענף, *in ramo.* Patris hanc expoſitionem præferendam duco, eo quod non ſolum uſui nominis alibi conſentanea eſt, e. g. *Levit.* XXIII: 40. ſed ſententiam ipſam prophetæ dilucide exprimit & illuſtrat. Difficiliora enim ſunt cogitatu illa vulgata, quæ *Targumiſta* etiam adprobavit, & quæ ſic inſtruuntur: *Cum viderit ſpectator primitivum* in capite roboris pinguioris, *perinde ac ſi eſſet ipſa*, *in manu ſua*, *conſumit eum.* Targumiſta, quem Rabbini ſectati ſunt mirifice, raro bonum egit interpretem, paraphraſten potius acturus.

§. 7.

Die illo ſeu eo ipſo tempore, quo iſthæc paullo ante commemorata evenient & exitum ſortientur, Deus ſeſe oſtendet & comprobabit potentiſſimum creatorem atque dominum mundi ſeu rerum ab ipſo conditarum, quas veluti in aciem militarem poſuit ad vindicandum & tuendum cultores

 ſuos,

suos, & ad coërcendum atque puniendum improbos, qui ipsum ejusque adsectatores turbare, premere & opprimere data opera conantur. Ea propter Jehovah adpellatur *elohe Zebhaoth*. Nomen vero *elohe*, ut hoc loco, sæpius omissum fuit. Id ipsum indicavit CHRIST. THEOD. WALTHERUS in *Ellipsibus hebræis* p. 12, post alios bene multos. Diem illum R. D. KIMCHI exposuit de tempore, quo tribus decem in exsilia fuerunt abstracti. JONATHAN ad Messiam respexit, siquidem *dies ille* commemorabilis, Jener Tag/ crebro de temporibus Messiæ accipiendus ac interpretandus est. *Jonathan* hunc in modum: *Tempore illo erit Messias, Jehovah Zebhaoth integer pulcherrimusque complexus lætitiæ*, לִכְלִילָא דְחֶדְוָא, *& cidaris laudum residuo populi sui.* Liceat animadvertisse, illud *Lamed* nominibus præfigi præeunte verbo היה, quoties indicatur, aliquem præstare se talem talemve. Ob hanc regulam nervorum plus est in enuntiato *Jonathanis*, quam primus promittit lectori obtutus. Significat enim; Messiam se præstiturum esse lætitiæ instrumentum omnibus numeris absolutum & materiem laudis publicam civibus regni Judah, qui tunc ab Israëlitis & Syris videbantur enervati, ad paucos redacti & in miserias conjecti, ideoque instar reliquiarum ex insigni amploque numero decerptarum

rum atque conſervatarum adparebant. Memoratu dignum eſt, quod *Jonathan Meſſiam* adpellavit *Jehovam Zebaoth*, doctrinæ temporis ſui congruenter. Propheta ſignificat, tempore illo, quo regnum Damaſcenum fuerit a Tiglatpileſere everſum & regnum Iſraëliticum collabefactum nec ita multo poſt peſſumdatum, regnum Judah, quamvis adtenuatum & ab hoſtibus enervatum fuerit, tamen eſſe perſtiturum ac Rege ſuo gaviſurum. Complexus lætitiæ & cidaris, gaudio cumulata, nec non diadema caput ambiens, צְפִירָה, id ipſum deſignant, gaudiumque publicum de mirifica & divina tutela, conſervatione atque ſalute, complectuntur.

§. 8.

Tempore illo, de quo mentio facta eſt, Deus re ipſa ſe præſtabit *Spiritum judicii*, inquit Propheta: ſeſe præſtabit talem, qui judicio præſidet: ſeſe oſtendet non timidum, non imbellem, ſed virtutem ipſam fortiſſimam. Judicio (*i*) ipſius obnoxii & damnati erunt, qui cladem ſtragemque bellicam redintegrant, ac reducunt usque ad portam urbis Hieroſolymorum. Sic ſenſiſſe, hæc

 pro-

(*i*) Decretum, congruens ad juſtitiam, idque effectui dandum, dicitur משפט, *Jeſ.* XXXIV: 5.

prodere & significare voluisse prophetam, mihi persuadeo. Solet Propheta, prænuntians Jacobidis fata acerbiora, verba sua solicite & observatis ad singula moris proferre & cum lectoribus communicare. Præter societatem doloris sensit ipse prudentiæ maximum usum, quæ præcipit, ne quem verbis oneremus vel lædamus supervacuis, nec extra terminos officii evagemur. Ad nomen מִשְׁפָּט illud מְשִׁבֵי vocabulum omnino est referendum. Hoc enim est rectum, ac aliud, unde regatur, nomen requirit. Incisum hoc arctissime junctum est inciso priori. Sunt, qui *reducentes bellum versus portam* putant compellari atque per adlocutionem prophetæ advocari eos, qui regnum Jehudah hostili manu erant infestaturi, quasi hæc sint sic supplenda: *Audite hoc & animo adeste, qui bellum reducere aggredimini versus portam.* Ellipses vero tales facilius finguntur, quam ab orationis contextu derivantur suisque comprobantur argumentis. *Jonathan* ob oculos habuit vinculum & nexum incisi utriusque. Pergit enim ita: Rex Messias erit לְמֵימַר, *præbebit se oraculum veritatis judicii sedentibus in consessu judicii ad faciendum judicium veritatis & ad dandum victoriam eis, qui exeunt bellatum, ut redeant cum pace in domos suas.* Postrema tria vocabula

bula ipſe non ſatis ponderavit, nec ea extricare potuit R. D. KIMCHI, licet nomen גְבוּרָה ad Numen ſupremum retulerit, monens, Rabbinos priores hæc ſingula ad Meſſiæ tempus retuliſſe, quæ ipſe putavit ſpectare ad Regem Aſſyriorum, quem Deus potentiſſime arcuerit ab expugnatione Hieroſolymorum. Spiritus judicii opponitur vento procelloſo, urentique, nec non grandinis tempeſtati & inundationibus, id eſt, injuſtiſſimis in Judæ regnum impreſſionibus bellicoſis. Deus enim juſtitiam ſuam exuere ac rejicere nunquam poteſt. Sedet potius quaſi pro tribunali & juſtiſſimum meditate facit judicium, ſi ipſi cum hoſtibus ſuis ſuorumque eſt negotium. Liberos ſuos caſtigat ſæpius ita, ut eis videatur exitium imminere. Ipſis vero opem ejus implorantibus auxilium adfert, ſi vel maxime inimici de *ipſis jam* triumphent & Hannibal jam ſit ad portas. Id ipſum Deus triplici Hieroſolymorum liberatione reddidit comprobatum.

§. 9.

Erant etiam Syris (*k*), Iſraëlitis & Ægyptiis domeſtici patrio more prophetæ, ſacerdotes, & רוֹאִים *videntes*, viſionem

 di-

(k) *Jeſ.* XXXVI: 10.

divinitus sibi factam multiplicem jactantes. De Ægyptiis id ipsum videtur significari 2 *Chron.* XXXV: 21. De Israëlitis depravatis illud memoriæ proditum legitur 2 *Reg.* XVII: 17. Sacerdotes, quibus in Ægypto officium id erat demandatum, ut cultum Deorum omnesque illius ritus ordinarent & peragerent, *prophetæ* adpellabantur. Hi ex astrologia & sacrorum *inspectione* futura divinabant & prædicebant teste DIODORO *Siculo* I: 73. Ex quo enim tempore cultus siderum religiosus ex Ægypto Orientem imbuerat, vates ubique erant ad manus, qui ex positu stellarum signisque cœli hominibus eventus futuros & fata prænuntiabant. Chaldæi in primis & Babylonii ad XII. signa Zodiaci, quæ ipsi constituerant primi, effinxerunt totidem domos cœlestes, ac inde fata prædixerunt mortalibus futura. *Phavorinus* apud GELLIUM XIV: 3. STRABO L. XVI. p. 1074. Amstel. 1707, s. LUCRETIUS *L. V. p. m.* 171. CURTIUS V. I. §. 22. HORATIUS L. I. *Carm. Od.* 3. CLAUDIANUS *in* IV. *Consulatum Honorii* vs. 1146. huic enuntiato firmando faciunt fidem. *De religione veterum Persarum* idem reddidit testatum THOMAS HYDE *c.* 12. *p.* 180, *s. c.* 20. *p.* 271, *s.* Ægyptiis placuisse divinationes ex astris ac fatum astronomicum, intelligitur ex *Tetrabiblo* PTOLEMÆI apud JO. SELDENUM *de Jure naturæ*

&

& gentium III: 22. p. 466, ex CICERONE *de Divinatione*, ex LUCIANO & JAMBLICHO. Ecquid tandem? Erant philoſophi, qui docebant, homines fato peccare, ut intelligitur ex *Panegyrico in Conſtantinum filium dicto* c. 14. Profluxerat hoc decretum ex ea vi & efficientia, quam Ægyptiorum philoſophi, ex veneratione ſiderum deductam, ad alias nationes propagaverant. Ipſorum enim ſapientia ſeu philoſophia magno habebatur in pretio, & Salomonis ætate maximi ducebatur. Addiderant homines, idololatria ſeu potius aſtrorum cultu admodum immerſi, commentitiis ſuis doctrinis artem præſagiendi & divinandi eventus futuros ex oſtentis (*l*) cœli & prodigiis meteororum. Non ſolum conjunctiones & oppoſitiones planetarum ac eorum ad ſtellas fixas poſitiones atque habitudines in materiem vaticiniorum colligebantur, ſed cometæ, trabes volantes, ac alia oſtenta etiam eumdem in cenſum veniebant. Ex eo fonte manavit metus, quem Iſraëlitæ ſeu cives decem tribuum more populorum circumvicinorum concipere ſolebant. *Jer.* X: 2. Signa hariolorum ejusmodi, quibus ipſi ſpem metumve credularum mentium accendebant & prægravabant, notavit *Jeſ.* XLIV: 1, 25. Artem hanc, quam ſacerdotes, prophetæ, ſpe-

(*l*) *Jeſ.* XLIV: 7, 25. XLVII: 13.

ſpeculatores & harioli (*ll*) profitebantur, propheta cum vino, ebrietatis effectore, cum potu temulentiam cerebro infligente, cum vetuſto generoſiſſimoque vino comparat, eosque, qui ex vanis hujusmodi doctrinis colligebant & aliis præſagiebant futuram fortunam deſtinationum proſperiorem, ebrios, temulentos, ſtupefactos, alucinantes, errantes & vagos ac titubantes adpellat Jeſaias. Stultitia ipſis exprobratur; Regum uterque, ab his erronibus deceptorum, non fit mentio, ne ne pietas & veratio in Reges videretur violata. Perſæpe enim Reges a conſiliariis & ſacerdotibus fraude & fallaci perſuaſione trahuntur & impelluntur in pericula & machinationes pernicioſiſſimas, quas evitaſſent, ſi candor & verum ſincerumque rei lumen eis ex adminiſtrorum conſiliis præiviſſet atque præluxisſet, Juvat intexere huic loco interpretatio-

(*ll*) PTOLEMÆUS in *centum Aphorismis*. In eos Commentarium edidit GEORG. TRAPEZUNTIUS, recuſum opera medici JACOBI CURIONIS Coloniæ 1544, 8. Jo. ANDR. SCHMIDIUS *in Diſſ. Geomantia olim pulveri inſcripta* c. 2. §. 5. *Jenæ* 1695, 4. Carmina magica in remedia grandinis ac imbrium permiſit *Conſtantinus Magnus Cod. Theodoſ.* L. IX. *tit.* 16. *de malefic.* l. 3. At qui alia maleficia magica tractaturi eſſent, eos pœna capiti adfici juſſit.

tionem *Jonathanis*, in latinum converſam, ut de integritate pronuntiatorum Jeſaiæ, quæ in codicibus noſtris exſtant, ſimus certi. En eam: *Et præterea ipſi per vinum dolorem ſentiunt, & per annoſum vinum,* עַתִּיקָא, *abſorpti ſunt redditi, Sacerdos & doctus,* סָפֵר, (*m*) *aberrant, reſpiciunt cibum, & poſtquam cibos dulces ac delicioſos ingurgitarunt, judices ejus aberrant titubantes.* Difficiliorem ea videntur complecti ſenſum, quæ verbis פקו פליליה ſunt denotata. *Raſchi* exiſtimavit, indicari idem ab hoc: *Titubantes faciunt judicium, offendicula aliis ponunt.* Id extra dubitationis aleam eſt collocatum, quod nomen פּוּקָה denotet *offendiculum* 1 *Sam.* XXV: 31. haud ſecus ad nomen פִּיק *vacillationem* deſignat *Nah.* II: 11. Et quid multa? Apud *Jerem.* X: 4. verbo יָפִיק ineſt notio *vacillandi.* Nomen *plilah*, *pliliah*, denotat *litis diremtionem, rei æſtimationem, diſcretionem, decretum judiciale.* Quis vero negare auſit, ſacerdotes, prophetas, ſpeculatores atque conſiliarios Regis Pekæ deli-

(*m*) Tempore Davidis ac Hiskiæ ſcriba ſeu intimis a ſecretis, *ſecretaire du Cabinet*, adpellabatur *ſopher*, ac *cohen* vir primariæ erat dignitatis, ſive ſacerdos eſſet ſive conſiliarius ac ſenator.

deliciis vinorum ciborumque præstantissimorum ita indulsisse, ut ad munia sua obeunda sæpius temulenti accesserint? Hoc vitium ipsis primoribus atque judicibus terræ decem tribuum fuisse familiarissimum, idque cum injustitia in egenos admissa conjunctum, intelligitur ex *Amos.* IV: 1. V: 7. *Hos.* V: 11. *Amos.* V: 10, 11. Vinum & sikera conjunguntur, ne dubitemus, ipsos sese ad ebrietatem vino vario delectasse ac explevisse. Potus quidem omnis, viribus impartiendis habilis atque generosus, ex vite, palma, ficu, sycaminorum corniculis, ac hordeo ipso factus, vini nomen tulit. At, ut significetur, potum hunc ebrietati inducendæ ac contrahendæ amicum propriumque fuisse, adjungitur nomen *schechar*, quod denotando potui ebrietatis effectori est accommodatissimum, si generatim proprieque sumatur. Rabbinorum nonnulli ac ipse *Jonathan*, potum *schechar* fuisse vinum annosum ac antiquum, existimarunt. Vinum palmeum nomini isti subfuisse, arbitratus est HADR. RELANDUS in *Diss. de Persicis Talmudis* §. 62. Sunt, qui potum ebrietatis comitem, ex frumento, melle, pomis, dactylis palmarum, (*n*) ficubusque factum, intelligunt. Moses jam siceræ fecit mentionem, *Lev.* X: 9. *Num.* VI: 3. *Deut.* XIV:

(*n*) *Nasir.* VI: 1. MAIMONIDES *de Nasiræo.* V.

XIV: 26. Vinum palmeum, in dolia (o) diffusum, Palæstini huc illuc olim vendebant copiosum. Attamen ei soli nomen *schechar* non inhæsit, licet *Aben Ezra* in *Comment.* ad *Deut.* XIV: 26, aliique sic senserint, nec alieni ab ea opinione fuerint HIERONYMUS *ad Nepotianum de vita Clericorum*, DIOSCORIDES II: 109, & PLINIUS XIII: 4. XIV: 16. Eo quod Naziræis a *schechar* erat abstinendum, Judæi notionem hujus nominis non passi fuerunt conteri oblivione. Origo nominis propullulavit ex verbo שכר. de eo adhiberi solito, qui bibit ad satietatem & ad ebrietatem usque, atque largius sese potu ebrietatis comite replet. Unde *schiccor* is est, qui sese inebriavit vel inebriatus est a quocunque. Nisi fallor vehementer, hinc porro intelligitur, potum, qui adpellatur *schechar*, per sese nec vinum annosum nec vinum palmeum nec Zythum Ægypti, vulgo dictum vinum ex hordeo, solum denotare. Hæc non videntur universa eo tendere, ut nobis persuadere debeamus, singulos regni Israëlitici prophetas, sacerdotes ac speculatores, divinationibus ex ostentis siderumque signis deditos, decretis tribunalium proferendis firmandisque operam navasse vel sociasse, atque in horas quo-

(o) *Babba Kama* X: 4. ATHENÆUS L. XIV; p. 615.

quotidie singulas ebrietatem ejusmodi, qui nequidem viam tramitemque tritissimum vel invenire vel servare potuerint, prorogasse & continuo exercuisse temporis progressu. Jesaias certe tantum eorum flagitium indicavit per verba שׁוּג (p) & שָׁגָה, (q) quorum utrumque denotat actionem *deflectendi a via recta.* Accedit, quod prophetis, sacerdotibus & astrologis judicia forensia universa per regni Israëlitici terras non fuerunt demandata. Et quis credibile arbitrabitur, hos, si vel maxime in otio & a publicis muniis vacatione, vino & potui, ebrietatem instillanti, indulsisse, ut nequidem semita recta vulgataque potuerint incedere? Transtulit itaque vates imaginem ebrietatis ejusque turpitudinem ad denotandum eum statum, quo mentes consiliariorum Regis ad vesana Regi infundenda consilia prolapsæ erant. Eam ob caussam adpellati fuerunt supra primores Ephraïmitarum *schiccorim.* Ebrietas seu temulentia mentis, non corporis, hoc loco in censum venit. Falsis enim & commentitiis superbiæ & vesaniæ rationibus ea nitebantur, quæ Regibus Syriæ ac Samariæ tunc temporis ad spes inflandas inspirabantur consilia & prosperorum eventuum

(p) *Ps.* CXIX: 67. *Job.* XII: 16. *Num.* XV: 28.
(q) *Job.* VI: 24. XIX: 4. *Ps.* CXIX: 21, 118. *Ezech.* XXXIV: 6.

tuum vaticinia, suppeditata ab aulicis administris, prophetis, sacerdotibus ac siderum ostentorumque spectatoribus.

§. 10.

Vaticinia illa ac consilia per prophetam nihili penduntur & infra omnes res hominum fœdissimas amandantur. Similitudinem continuat ipse, desumtam ab eis, qui ad ebrietatem gravissimam vino indulgent. Omnes mensas vomitu excretionis refertas adeo, ut non supersit locus, quin vomitu fœteat & plenus sit, sibi videri videtur in publica consiliorum ac vaticiniorum illorum adprobatione & in deterrimis machinationibus bellicosis, quæ illis erant superstructæ, proxime erupturis vel jam in effectum erumpentibus. *Jonathan: Non est ipsis locus, qui rapina vacat.*

§. 11.

Dolet Propheta vicem Israëlitici regni, miseret & tædet ipsum Ephraïmitarum, qui sanas doctrinas ac vitæ sanitatem non amplius admittant. *Jonathan: Cui data est lex? Et quis jussus est portare sapientiam? Nonne domui Israël, dilectis præ omnibus populis & dilectis præ omnibus regnis?* Propheta

negat, majores natu in regno decem tribuum esse sapientiæ mentisque compotes, quippe quos nemo, nec Deus nec genuinus propheta, possit ad consilia flectere & perducere saniora, adeo ut pueri non diu ablactati & ab uberibus translati salubriorem mentem admittere posse videantur. Simul tamen cives regni Israëlitici cum tenellis infantibus, qui loqui discunt & in monosyllabis pronuntiandis sese exercent, comparat. R. D. KIMCHI id ipsum haud aliter interpretatus fuit. RASCHI *lac* per *legem* exponit & עתיקי per *institutiones* in conspectu discipulorum, qui a sapientibus fuerint instituti. Verbo עתק inest *transferendi*, *provehendi*, notio, *Job.* XIV: 18. XVIII: 4. præcipue in conjugatione Hiphil, *Job.* IX: 5. *Gen.* XII: 8. XXVI: 22. In enuntiato, *Quem docebit intelligentiam?* subaudiendum esse Deum vel prophetam ejus, facile patescit.

§. 12.

Regem Pekam in memoriam sibi quidem non potuit non revocare Jesaias. Noluit tamen in eum vel nominatim vel per anfractus verborum invehi, ne majestati ejus haud pepercisse videretur; neu Regis animum majori odio & indignatione in regnum Judah inflammaret. Irrisoribus vaticinio-

rum

suorum potius reprehensionem impar-
qua erant digni. Ipsi enim, infantes,
nas voces articulatas eniti cupientes,
ati, vaticinia prophetarum Dei sannis
gitabant, proterve & petulanter pro-
tiantes: *Præcipe iterum iterumque, quan-
voles*, ZAV (r) LAZAV, ZAV LAZAV.
*unge lineam lineæ, adde scripto lineam
m atque aliam*, KAV LAKAV, KAV LAKAV,
parum adde, *istbuc parum* adjunge, *scribe
a, quantum voles*, SEER SCHAM, MISAR
AM. Indicio hæc sunt, cives decem
uum non solum neglexisse, sed etiam
temtui habuisse & exsibilasse vaticinia
. Sententiam irrisorum *Jonathan* hac
lvere conatus fuit paraphrasi: *Jussi sunt
re legem, & quod jussi sunt, nolunt facere,
prophetarunt super eos prophetæ, ut, si re-
cerent, remitteretur ipsis* peccatum, *&
ia prophetarum non susceperunt, incesserunt
, ut ipsorum arbitrio visum fuit, nec desi-
erunt perficere legem meam. Exspectant,
, fore ut stabilis reddatur ipsis religio per-*

 ver-

r) *Zav*, cum præfixo Lamed, notat idem ac *ordinem & conformationem rerum dispone.* Jesaias ad Hiskiam Regem: צַו לְבֵיתֶךָ. *Jes.* XXXVIII: 1. Zav est præcipe, *Levit.* VI: 2. *Num.* V: 2. Videtur irrisioni subfuisse amphibolia, ex notione verbi צוח *vociferari* desumta.

versorum dogmatum & idolorum, nec exspectant domui sacrosanctæ convenientem. Exiguum quasi est quiddam *in oculis ipsorum domus sanctuarii ad cultum ibi exercendum. Quasi pauxillum* & res nauci *de ipsorum sententia est habitatio mea.* „ Rem ipsam tetigit *Targumista*, at „ articulos rei non attigit." Vocabulo *kav* inesse *exspectandi* notionem & illud loco קַוֵּה *exspecta*, fuisse positum, sibi persuasit. Ex eodem fonte profluxit LXX vocabulum ἐλπὶς, *spes*, *exspectatio.* At קַו *kav*, est *linea* & inde funis longe extensus, funiculus, filum ex lino factum, ac linum ipsum. Linea, e. g. mensoria, geometrica, solet ab Jesaia adpellari *kav*. Exemplo est locus haud unus, XXXIV: 11, 17. XLIV: 13. *Jer.* XXXI: 39. *Thren.* II: 8. *Ezech.* XLVII: 3. *Zach.* I: 16. Ægyptus ipsa dicitur גוי קו *gens lineæ*, *Jes.* XXVIII: 2, 7. quia filo seu linea quotannis dimetiebantur ibi homines terram a Nilo inundatam ac turbatam: & quia fila ibi nebantur diligentissime, linum elaborabatur & terra erat lini ferax (*s*). Nostrum est memorasse, prophetas scripsisse per lineas seu linearum series vaticinia eisque subinde nonnihil addidisse vel infra vel in sequenti mem-

(*s*) THEOD. HASÆUS *in Comment. de gente Kav Kav* in *Biblioth. Brem. Class.* VII, p. 494, f.

membrana, antequam vel postquam ea erant publicata, templi valvis adfixa vel aliorsum missa. Tam protervi erant irrisores, ut publice indicarent prophetæ, se non curaturos, sed potius floccipensuros monita & præcepta ejus, licet ea repeteret vel augeret, pronuntiantes: *Quantum voles, præceptum adde præcepto, lineam lineæ superadde, adjunge lineam ab integro ad lineam prius scriptam, & auge scriptum, vel huc vel illuc (t) vel infra vel in alia membrana (tt), vel utroque loco aliquid adjiciens.* Notionem lineæ, canonis, regulæ retinuerunt heic in versionibus suis Hispani, Angli, Galli, & Interpretes Judæorum ac Christianorum multi, paucis admodum exceptis. Israëlitæ tantopere Deum vivum & verum, in ipsos olim beneficentissimum, adeo tunc deseruerant, ut miranda sit vindictæ divinæ in immorigeros tarditas, atque ut diluceat undiquaque justitia Dei, protervos illos deserentis & ex terra vehementer criminibus maculata expellentis tandem, ac pœnis in præmium stultitiæ gravissimis subjicientis.

§. 13.

Par pari Deus erat depravatis Israëlitis rela-

(t) שם est *huc Jes.* XXXVII: 33.
(tt) Immo etiam in tabula *Jes.* XXX: 8.

relaturus. Irrisionibus labii seu exprobrationibus vitiorum per pronuntiata prophetarum cum eis erat acturus. Sermone longe alio, ac antea, illum sannis deditum & malignum populum erat compellaturus. Olim dixerat ad Jacobidas: *Inter vos habitabo & versabor. Inter vos mihi erit locus quietis* (v) *& deliciarum. At ipsi deseruerant* (x) *posthæc fessum atque defatigatum ab ipsis Deum. Hic de terra Canaan olim dixerat: Hæc vobis ex promisso tradita regio est locus ubertate splendens atque adfluens. Nihilo secius tamen audire Deique oracula & ejus prophetarum dicta in aures demittere recusant, immo eis per subsannationes sese opponunt.* Ita sententiam Jesaiæ fas est in paraphrasin transfundere laxiorem, siquidem enuntiata is sua admodum concise proposuit. *Jonathan* levi brachio sese expedivit hunc in modum: *Quare lingua irrisionis faciam loqui, nam lingua irrisionis subsannarunt prophetas, qui populo huic vaticinia exposuerunt*, prophetas, qui *ipsis dixerunt: Hæc est domus sanctuarii, cultum in ea exercete religiosum; & hæc est possessio hæreditaria quietis.*

(v) *Mnuchah* locus est quietis, ubi secure recubatur. *Gen.* XLIX: 15. *Num.* X: 33. 1 *Reg.* VIII: 56. *Ruth.* I: 9. ALB. SCHULTENS in *Originibus hebræis* p. 305.

(x) הִנִּיחַ est *deserere*, *Eccl.* II: 18. VII: 18. XI: 6.

tis. Et ſuſcipere noluerunt inſtitutionem. Laudat Salomo Deum, propterea quod locum ſedemque ſecuræ requiei populo ſuo largitus fuerat. 1 *Reg.* VIII: 56. Id ipſum monet propheta Iſraëlitas, qui tunc eam quietem per extraneos erant turbaturi. Ipſi conabantur eam quietis ſedem adfligtare, quam Deus dixerat *ſuam*, *Pſ.* XCV: 11. Reſpicit propheta ad inſigne illud Dei promiſſum, olim familiæ Davidicæ & Zioni datum: זאת מְנוּחָתִי עֲדֵי־עַד פֹּה אֵשֵׁב כִּי אִוִּתִיהָ *hic* erit *locus quietis meæ in perpetuum*, *heic habitabo*, *certe deſiderio & amore amplexatus fui illum. Pſ.* CXXXII: 14. Speciatim igitur cultus templi Hieroſolymitani & regnum ſtirpis Davidicæ, per ſedem in Zione ſignificatum, fuit ſedes requiei ac deliciarum Dei, quoad conditioni divinitus adjectæ de obedientia Numini præſtanda fuit ſatisfactum. Generatim vero Jeſaias omnem terram, Jacobidis traditam, adpellavit ſedem quietis, vagam per deſerta vitam olim tandem refocillantis. Additur enuntiatum illud: וזאת המרגעה, *Et hæc eſt ubertas undiquaque circumfulgens & adfluentiam complectens omnimodam*. Miſere in ſenſum impegerunt *illi LXX*, interpretati hoc enuntiatum per τῦτο τὸ σύντριμμα, *hæc eſt contritio*, *Arabem* interpretem ſimul in conſenſum trahentes.

 Vul-

Vulgatus pro more habet *refrigerium: Nostri Requies*, quam notionem per ipsum contextum facile adstrui, existimat C. VITRINGA. ALB. vero SCHULTENS vocabulum מרגעה exponit per *sedem omni felicitate circumfluentem*, quod Jeremias æque habet *Jer.* VI: 16. sed desinens paullo aliter, scilicet מרגוע habens, ubi LXX substituerunt ἁγνισμὸν: *Vulgatus refrigerium*, *Syrus quietem*, *Arab. sanctificationem*, qui suam interpretationem ex LXX concinnavit. Tempore LXX jam oblitteratam fuisse radicis & vocabuli inde formati indolem, hinc facile est intellectu. Restituit genuinam notionem B. SCHULTENS in *originibus hebræis* Tom I. L. I. cap. 10. p. 282, s. Quum propheta de *labio subsannationum* mentionem facit, & esse aliquem indicat, qui alia lingua ad populum sit locuturus, de Deo, vindictam immissuro, loquitur, teste Paulo 1 *Cor* XIV: 21, qui inde deducit argumentum, linguæ variæ usum per sese ad charismata non esse referendum, sed eum ad extraneos, qui ecclesiæ non sint consortes divinæ, pertinere posse. Deus enim immorigeris per justam vindictam immittebat & immiscebat homines, irrisionibus in Israëlitas, a Deo aversos, utentes, ac alia loquentes lingua. Deus per Salomonem iterabat propterea admonitionem hanc gravissimam 1 *Reg.* IX: 7.

Ex-

Exterminabo Israëlem ab ambitu hujus terræ, quam ipsis dedi, & domum, quam nomini meo sacram declaravi, dimittam e conspectu meo, ut præbeat se Israël proverbium late patens & dicterium acutum in nationibus universis. Summam hujus prædictionis jam meminerat Moses *Deut.* IV: 26, 27. XXVIII: 37. Conf. *Jer.* XXIV: 9. Deum irridere malignis ac rebellibus adversariorum suorum conatis, eisque subsannationes, paria retribuentem, opponere, sacræ docent litteræ. *Ps.* II: 4. *Prov.* I: 26. *Ps.* LIX: 9. Verbum לעג in his locis, quemadmodum in nostro, legitur, tribuiturque ibi Deo per tristissimam anthropopathiam.

§. 14.

Illud הניחו לעיף idem sonat ac *quietem date fesso, missum facite fessum.* Ad cives decem tribuum hæc spectant, qui Dei patientiam, mansuetudinem, & tarditatem ad ulciscendum jam tum fatigaverant. Ipsorum interesse poterat, regno Judah permittere securitatem & quietem intactam. Deo ejusmodi *fastidium* & *fatigatio*, ab immorigeris profluens, passim in sacro codice tribuitur *Amos.* IV: 21, 22, 23. *Jes.* I: 14. Deus ea ætate regnum Judah nondum prorsus fastidiverat, licet cives ejus

non omisisset reprehendere, coërcere & castigare variisque calamitatibus immissis atterere ac adflictare. Qui igitur regno huic securitatem eripiebat & ejus, jam satis defatigati, quietem turbabat, is Deum ipsum lædebat, eumque ad pœnas tandem a pravis insultuum auctoribus repetendas accendebat. Palæstinam olim fuisse ubertate omnigena eximiam, si ad regiones circumjectas respexeris, negarunt quidem *Jo. Tolandus*, *Voltairius*, aliique viri, qui ingenii sui fecundam venam in prosternendum sacrarum litterarum decus præcipitem ruere voluerunt. At nec rem ipsam nec ejus argumenta, prouti decebat, æstimatione debita pensitarunt viri eidem, quorum in aliis scientiarum partibus merita haud ignorantur. Si quis *Philonis*, *Josephi*, *Aristææ* suppositititii simulque Josepho vetustioris, *Taciti*, *Theophrasti*, *Pausaniæ*, aliorumque testimonia (*xx*) consuluerit, pensique alicujus ea habuerit, quæ RELANDUS (*y*) & ELSNERUS (*z*) post BUD-

(*xx*) In horum numero excellit Cel. *Anglus* DAVID COLLIER in Einleitung zum richtigen Verstande und nüzlicher lesung der heiligen Schrift c. 1. sect. 1. p. 9, s. Rostock 1759, 8.

(*y*) In *Palæstina* L. I. c. 57. p. 380, s.

(*z*) In Appendice der fortsetzung der neüesten beschreibung der Griechischen Kirche. p. 401, s. *Berolini* 1747, 8.

BUDDEUM (*a*) de fertilitate Palæſtinæ commentati fuerunt, non poterit non *Tolando* ac *Voltairio* ſuffragia & adſenſum ſuum denegare. Et quid multa? Abundat adhuc Palæſtina ficubus Adami (*b*) goſſipio, ſaccharo, lemoniis, malis auratis, ſiliquis Johannis, ac, in quibus eæ proveniunt, ſycaminis, auro, argento, feris, præcipue in monte Tabor, cervis, capreolis, capreis, juglandibus, e quibus balſamum egregium exprimendo elicitur, oleo, vitibus paſſim, & fruge, ubi latrones non ſunt impedimento, immo piſcibus in mari Galilæo (*c*) ac Syriaco, nec non melle præclaro & copioſo, quod olim (*d*) præcipue in agro Hierichuntino proveniebat. Nonnihil præſtantiſſimorum fructuum ac proventuum Judæi, Romanis rebellantes, perdiderunt ipſi. In eorum numero eximiæ ſunt balſamiferæ arbores, olim præclaræ intra aulonem Hierichuntinum. Multis proventibus ruina per Muhammedanos fuit illata. *Alexandrinus* Interpres græcus dicitur

(*a*) *Introduct. in Hiſt. Eccl. V. T. Per. II. Sect.* 1. §. 3. *p.* 497, *ſ.*

(*b*) TROILO Orientaliſche Reiſebeſchreibung p. 106, ſ.

(*c*) Idem p. 561.

(*d*) JOSEPHUS *de Bello Judaico* IV; 8. §. 3. *p.* 298.

tur (*e*) in interpretatione sua ad evitandam Ægyptiorum invidiam dissimulasse ea, quæ ad excellentiam gentis Jacobidarum videntur in hebræis codicibus sacris spectare. Hoc certe in loco resplendentem Palæstinæ ubertatem ipse convertit in *σύντριμμα*, *contritionem*. At, eam sententiam esse vero absimilem, multa sunt, quæ mihi persuadent. Interpres enim haud unus convertit biblia hebræa in linguam græcam. Hoc enuntiatum validissimis argumentis jam communivit *Humphrey* HODY, Anglorum decus & ornamentum. Inprimis interpretes illi græci, qui prophetarum volumina in græcum traduxerunt, Hebræorum linguæ & historiæ præcipue gestorum ab exteris, non satis fuerunt periti, nec immorati fuerunt operæ suæ in interpretandis prophetis per id temporis spatium, quod tanto instituto consentaneum erat. Id ipsum dilucet ex Paulo, qui incisum proxime præcedens de Deo exposuit, quod interpres *Alexandrinus* de compluribus intellectum voluit, sensu inde admodum obscurato. Id unum hoc loco Interpreti græco posset auctoritatem con-

(*e*) Hæc opinio adrisit JAC. GAILLARDO, in Libro *La Genealogie de Jesus Christ avec le demêlement des difficultés, qui se rencontrent dans cette Genealogie Matth.* I: 1, &c. *Luc.* III: 23, s. p. 154, s.

conciliare ac eam vindicare, ſi quis ſolide contendere auderet, vocabulum σύντεγμμα ſenſu aſtrologico pro *ſtatu læto* eſſe capiendum & reputandum.

§. 15.

Puſionum more blaterarant Iſraëlitidæ & enuntiata prophetæ exceperant ſubſannationis ſono *zav*, *zav*, *kav*, *kav*. Prior ſonus ſimilis eſt ſono pipientium avium, quæ vociferantur *zavzav*, qui ſonus congruit ad *zaphzeph*, *pipire*. Sonus vero *kav kav* ſenſum denotat *lineæ*, *funiculi*, *laquei*, *tendiculæ*, quibus aves captantur & hærent conſtrictæ pipiuntque adhuc, pedibus vinctæ & illaqueatæ. Lineam huc & lineam illuc addendam eſſe vel addi poſſe, irridentes monuerant prophetæ contemtores, qui ſeſe præbebant ſanniones, dicteriis referti. Propheta reſpondet ad ſingulas irriſiones & exordium capit a poſtrema irriſionis formula. Ad hanc reſpondet: „ Huc illuc paullulum diſcedite, ita ut „ huc illuc vacilletis. Eſtis enim ebriis „ ſimiles, qui ſibi invicem in inceſſu de- „ ſtinato ſunt offendiculo & unus alteri lan- „ guide illapſi ſe lædunt, terunt & conterunt. Ex imbecillitate virium in dis- „ ceſſu ex ſolo patrio pedibus inſiſtere & „ recta

„ recta erecti progredi non poteritis. Vos
„ pipietis instar avium constrictarum &
„ illaqueatarum, quibus lineæ & funiculi
„ pedes gravant & avolandi facultatem
„ negant. Vos prehendemini, quasi au-
„ cupum artibus, atque captabimini. Hic
„ erit eventus irrisionum & sannarum
„ vestratum." *Jonathan* non abhorret ab hac paraphrasi. Ipse ita: *Hæc erit in illis vindicta ipsis infligenda, eo quod transierunt mandatum Dei, & quoniam jussi erant ad legem se conformare nec tamen facere id voluerunt. Proptorea quod sic egerunt, tradentur populis, qui ignorant legem, quia ad præscriptum arbitrii sui egerunt nec studuerunt facere voluntatem meam. Ita agentes exspectarunt opem in tempore, quod ipsis institit, calamitoso, nec erit illis auxilium & fulcrum, eo quod fuit parvum quid de sententia eorum domus sanctuarii mei ad exercendum ibi cultum religiosum. Et quum sic sese gerunt residui manent quasi pauxillum temporis inter populos, ad quos exsulatum ibunt, propterea quod dederunt & ponderarunt retrorsum, & confringentur & irretientur & comprehendentur.* Notionem, quam *Jonathan* tenebat de vocabulis *zav* & *kav*, denuo huic paraphrasi inseruit. Notatu digna est dictio *Jonathanis* ad dextre exponendas dictionum N. T. formulas. Nam in his tritissimæ sunt phrases *facere legem*,

, *ambulare ſecundum legem*, *facere vo-*
tem Dei, *in oculis eorum* pro ex ipſo-
ſententia, tempus arctum ſeu calami-
n, καιρὸς συνεςαλμένος, continua re-
io particulæ *Et*, *ambulare convenienter*
tati ſuæ. Miratus fui cauſſam ſæpius,
ei, qui interpretati fuerunt libros fœ-
novi, ex Targumiſtis, qui ævo apo-
co vixerunt & ſermone Palæſtino ad
rpretationes ſuas condendas uſi fuerunt,
ſua non rigarunt, quornm fundus
arius in chaldæis verſionibus defixus

Reliqua ſequens Faſciculus dabit.

III.

TIBERII DE BAAR,

V. D. M. WITMARSUMI

IN FRISIA,

DISSERTATIO EXEGETICA

IN VISUM

ZACHARIÆ Cap. V: 5. ſeqq.

§. 1.

Inter Viſa Zachariana unum profecto ex difficillimis eſt, quod enarratur Cap. *V*: 5. *ſeqq.* ubi in ſcenam producitur *Mulier quædam*, *Impietatis titulo notata*, *Ephæ ſeu modio majori incluſa*, *ſuperimpoſito operculo plumbeo*; *&* *per duas Mulieres alias*, *ciconiarum alis inſtructas*, *ex terra Cananæa transvecta in terram Babylonicam*, *perpetuam ibi ſedem habitura*. In Viſo hoc explicando & applicando Interpretes mire inter ſe diſſentiunt: unde tam variæ enatæ ſunt illius inter-

rpretationes quarum nonnullæ ita com-
ıtæ sunt, ut specie quadam se omnino
mendent, & proxime ad veritatem
dere videantur: nulla tamen sese mihi
enus obtulit, in qua plene acquiescere
ıi, quæque omnibus Visi circumstantiis
te satisfacit. Lubet itaque & meam,
n animo concepi, de hoc Viso senten-
illis addere, eamque Doctorum judi-
submittere; periculum facturus hac
ertatione, an nova quadam luce illud
tot Interpretum conatus perfundere
am. Quem in finem primo sensum
literalem percurram & illustrabo; de-
in sensum ejus emblematicum, verum-
scopum accuratius inquirere conabor.

§. 2.

uod ad literalem hujus Visi adspectum
et; postquam Propheta in antecessum
ıffet, qua ratione ab Angelo, qui ali-
ıdiu jam ipsi adfuerat ad Visa ei mon-
da & explicanda, quemque epitheto
ntis secum passim insignire solet, denuo
atus sit ad attentam Visi, nunc porro
ɔjiciendi, contemplationem, vers. 5.
n illud Visum nobis repræsentat; quod
us absolvitur partibus. Quarum *prior*
m cum Muliere quadam, in ea arcte

concluſa, Prophetæ ob oculos ponit, vſ. 5-8. *altera* illum in conſpectum ducit duarum aliarum mulierum, quæ priorem illam ex terra Cananæa in terram Sinear deportabant, ibi collocandam, nec inde redituram, verſ. 9-11. In parte priori א. offendimus apparitionem Ephæ, quæ his verbis narratur vſ. 6. *& dixit, quid illud? & dixit, hoc Epha eſt quod prodit.* Quæ clara ſunt, nec ulteriori illuſtratione indigent. Obſervo tantum, verb. יצא, hic de Epha adhibitum, ſimpliciter *apparendi, prodeundi, in conſpectum* veniendi, ſignif. præferre; quam etiam habet vſ. 9. ubi de duabus mulieribus uſurpatur: quæ & facile ex primaria ejus notione, in *micando, emicando* ſita, unde inter alia de ſole oriente, aurora &c. adhibetur, profluxit. Interpretes itaque, qui vulgatæ *exeundi* ſignificationi nimis inhærentes, anxie inquiſiverunt, quonam ex loco Epha hæc, & duæ iſtæ mulieres egreſſæ ſint, hoc labore ſuperſedere potuiſſent. Epham olim menſuram aridorum majorem fuiſſe, Batho in liquidis reſpondentem, notum eſt; ut &, illam in S. S. ſubinde pro menſura quavis in genere ſumi, ut *Levit.* XIX: 36. *Deuter.* XXV: 14, 15. *Prov.* XX: 10. quibus in locis Ephæ tantum fit mentio, tanquam ceterarum exemplaris. Derivanda videtur hæc vox a Rad. יפה, (uti e. gr.

איתן

א a יָתַן, quæ proprie *cumulari*, *impleri* *cumulo superimposito*, denotat: unde איפה ›prie *consummatam*, *omnibus numeris com-*:*am mensuram* diceret.

§. 3.

ב. Epha sic Prophetæ ab Angelo mon-ata, illi porro ostenditur Mulier, quam in sui medio complectebatur: quod enar- vs. 6. med. — 8. *& dixit*, *hæc facies* *um in universitate terræ*; *& ecce massa plum-* &c. In qua pericopa cum nonnulla oc-rrant, quæ haud una ratione capi posse lentur, meam hypothesin illam explican-hic prius exhibebo, quam ad ipsam ejus positionem pergam. Habet illa; Mulie-n, Impietatis titulo insignitam, hic non primo in Epha sedentem, sed dein in ea ostratam, repræsentari, ut vulgo statui-:; sed eo tempore, quo visa est Prophe-sedere in Epha, in illam jam fuisse con-ctam, superimposito operculo plumbeo; eoque illam hic supponi aliquando non isse in Epha, sed dein in illa sedere coa-am esse, & in hoc statu visui Prophetæ jectam; qui itaque vs. 7. & 8. non di-ersum, sed unum eundemque istius Mulie-s statum describit. Rationes pro hac opi-one habeo præcipue sequentes: (1) quia

Propheta vſ. 7. & 8. iisdem verbis
mulieris iſtius in Epha deſcribit: vſ. 7
illam ſediſſe *in medio Ephæ*, vſ. 8.
illam *in medium Ephæ* fuiſſe conjectam;
que utrobique illam repræſentat in ı
Ephæ, & ſeſſionis ejus rationem al
conjectione eſſe repetendam, non ol
innuit, dum antea libere extra Epha
gata eſſet mulier. Differentia ſitus m
hujus in Epha ſecundum receptam o
nem in eo conſtituenda eſſet, quod
erecto capite ſederit in Epha, vel, u
ſuper ea; ſed dein tota intra illam d
ſit: Verum ſi hoc voluiſſet Propheta
rius omnino mentem ſuam expreſſiſſet
ſi vel emphaſis talis in phraſi *ſeſſi*
medio Ephæ vſ. 7. facile ſe offerret; *c*
tamen *in medium Ephæ* vſ. 8. mem
de tali mulieris detruſione ſe absque
riori explicatione non adeo commoc
poni patiatur. Series quidem narr
vſ. 7. & 8. requirere videtur, Prop
primo vidiſſe mulierem in medio Ep
dentem, ſed dein in illam proſtrat
detruſam: at commode ſolvitur hæc
cultas, ſi verba vſ. 8. וישלך אתה &
Plusq. perf. vertamus, *& jecerat illa*
(2) Verba vſ. 7. vix alium ferre p
ſenſum, quam levato operculo plumb
ſuper Epha, cui impoſitum erat, in

ejus a Propheta fuisse notatam mulierem, quam antea oculis suis observare non potuerat: nisi hæc pro Angeli verbis capere velis, quod postea refutabo. Sensus hic ex eo etiam elucescit, quod ultima vs. 6. verba, *hæc facies eorum* &c. & illa vs. 7. *& hoc mulier una* &c. ad se invicem respiciant & referendà sint, ut deinceps ostendetur. Clare itaque supponitur, plumbum illud eo jam tempore pro operculo Ephæ inserviisse, adeoque & in Epham conjectam fuisse mulierem, quo hæc oculis Prophetæ objecta est. (3) Ex vulgata hypothesi statuendum est, Mulierem illam, statim ac Epha in scenam prodiit, se quoque conspiciendam præbuisse Prophetæ; verum contrarium ex serie narrationis colligi potius debet: memoratur enim primo tantum Epha, quæ apparuit, deinde nonnullis interjectis, Mulieris demum fit mentio, claro indicio, hanc non mox primo momento cum illa visam esse Prophetæ.

§. 4.

Hac jacta hypothesi, facilior nobis munita est via ad verum hujus pericopæ intellectum, quem nunc pandere adgredior. In duas illa resolvitur partes; quarum priore mulier Ephæ inclusa Prophetæ ab Angelo osten-

oftenditur, & quænam fit, defcribitur, vf. 6. med. — 8 med. pofteriori vero exponitur accuratius, qua ratione factum fit, quod illa talem locum in Epha occupaverit, vf. 8. med. *α*. In parte priori *a*. occurrunt verba Angeli, quibus hanc mulierem Prophetæ monftravit: *& dixit, hæc facies eorum in univerfitate terræ*. Angelum revera his verbis intendiffe Mulierem, poftea patebit. Per *terram* ארץ in S. Literis fæpe intelligi folam Cananæam vel Judæam, notum eft: conf. VITRINGA, in *Jef.* T. I. p. m. 410. T. II. p. 10. intelligi etiam hic, dubium non eft; cum terra, cujus hic fit mentio, manifefte opponatur terræ Sinear, in quam deportata dicitur mulier verf. 11.: phrafis *totius terræ* de Cananæa etiam adhibetur hoc ipfo cap. vf. 3. Sed difficilius expeditur, quid fibi velit vox עינם, compofita, uti conftat, ex עין & ם adfixo. Vox עין vulgo hic vertitur per *oculum*; quæ vulgatior quidem ejus eft fignificatio, attamen hoc loco aptum plane fundere nequit fenfum: quæ enim hic adferuntur ab Interpretibus, vere coacta nimisque longe quæfita funt omnia. Majori fpecie fe commendat verfio Cl. SIMONIS, qui fecutus LXX, per *pravitatem* f. *malitiam* reddit, & confert Arab. غان *pravus fuit*: fed præter alia obftat, nullum hujus fignif. fub עין certum produci

poffe

osse exemplum, quale nec *Hos.* X: 10. ccurrit: & licet LXX in Versione sua sæpe quantur usus verborum, quos habent in ngua Arab. (cujus illorum moris exempla ene multa proferre licet; unde arcta Diaecti Arabicæ cum Hebræa cognatio, illiusue insignis utilitas, egregie confirmatur;) oc tamen loco legisse illos עונם, dubitari equit. Nihil itaque superest, quam ut doptemus hic peculiarem hujus vocis usum, uo venit pro *facie*, *adspectu*, *externa specie*, e quo vid. SCHULTENS in *Job.* XVII: 7. uem in nonnullis S. S. locis exserit, ut *ev.* XIII: 55. *Num.* XI: 7. *Ezech.* I: 16. *s.* VI: 8. *Job.* l. c. & alibi. Sed quo tendit dfixum ם? Nonnulli referunt illud ad fures t perjuros vs. 3, 4. memoratos, verum ræterquam quod nimis remotum sit hoc ubjectum, quam ut eo commode referri ueat; Visum hoc nostrum a superiori vs. 1. *qq.* diversum plane & distinctum est, adeoque alis hujus adfixi respectus admitti nequit. Quum itaque nullum antecedat aut sequatur Nomen, quocum apte connecti potest; optime exponitur de Judæis, incolis terræ, ujus fit mentio; hoc sensu, hæc vel talis st status & conditio populi per totam ter- am. Nec insolens est, reticeri nomen, d quod pertinet. Pronomen relativum x solo adeoque sermonis contextu eruen-

 dum;

dum: exempla dabit GLASSIUS *Gramm.* Lib. III. Tract. II. Can. XII. conf. & SCHROEDERI *Synt. Hebr. Reg.* XXXIX. Qu si minus hoc loco placeat, capiatur adfixi in genere neutro; quando sensus recte h modo latine exprimeretur, *hæc rerum fa in tota terra.*

§. 5.

b. Ipsa jam Mulieris Ephæ inclusæ ap ritio, ejusque apparitionis modus enar tur vs. 7. *& ecce, massa plumbi tollebat & hoc mulier una sedens in medio Ephæ.* ante omnia observandum, verba hæc e Prophetæ, quæ etiam vulgatior est opin secus ac *L. de Dieu* visum, qui hic serr nem Angeli continuari putat. Clarum e indicium est in vocula והנה *& ecce!* p missa; utpote quæ in Visis Prophetæ no nunquam ab Angelo, sed constanter ab i Propheta adhibetur, ut cap. I: 8. II: 1, & alibi. Prius jam hujus *vs.* membrum, *ecce massa plumbi tollebatur*, hunc facillim reddit sensum; eo ipso momento, quo periora verba, quibus mulier Ephæ incl intendebatur, protulit Angelus, opercul plumbeum, quod orificio Ephæ impositi erat, desuper illo fuisse elevatum; e scil. in finem, ut mulier ista oculis Prop tæ, quibus hactenus non patebat, objice

t

tur. Vox כבר proprie dicit *massam in orbem* s. circularem in formam *convolutam*; de quo consulatur Rev. HACKMAN. *Præcid. S. p.* 166, 167. quæ significatio cum hic egregie quadret, alias hujus vocis explicationes missas facimus. Operculo ita levato, in conspectum hujus mulieris quoque ductus est Propheta; quemadmodum in altero h. *vs.* membro refert: *& hoc mulier una sedens in medio Ephæ.* Nihil hic difficile occurrit, prætorquam in vocula ואת, quæ quid huc faciat sibique velit, merito quæritur. Vulgo vertitur, *& hæc*, vel *ista mulier:* sed hoc admisso, verba hæc supponerent, mulieris istius jam antea mentionem fuisse factam, quod tamen aliter se habet. Alii habent, *& quædam mulier:* sed obstat, subjunctum אחת hic eam vim exserere; (*una* enim hic est *quædam*; qui usus אחד satis notus est; quemadmodum de Chald. חדא vel חדה idem observavit SCHULTENS in *Anim. in Dan.* IV: 19.) adeoque illud זאת tunc plane superfluum foret. Sed quid si illud hic cum emphasi abundare statueretur? lubens illud amplecterer, si exemplum usus talis זאת pleonastici, huic nostro loco simile, proferri posset; quale sese mihi hactenus non obtulit. Præterea cum זאת versu præc. & seq. manifesto vim exserat δεικτικὴν s. demonstrativam, & hic loci similem aliquem ha-

bere usum merito præsumitur. Nonnulli ואת reddunt, & cum *illo* erat; sed nemini non hoc duriusculum videri debet. Nec quadrat hic peculiaris ואת usus, quo *rem ipsam ejusve essentiam* dicit, quem ex Arab. illustravit SCHULTENS in *Job.* V: 17. utpote qui nullam hic adferret emphasin. Nihil aliud igitur superest, quam ut Prophetam hac vocula ad præcedentia Angeli verba respicere statuamus: quando nexus orationis sibi recte constat, hoc scilicet sensu: *& hoc* vel *illud*, quod monstrabat mihi Angelus, dicens, *hæc facies eorum in tota terra*, & in cujus oculis meis conspiciendi gratiam operculum desuper Epha levabatur, erat *mulier una sedens in medio Ephæ.* Qua ratione cuncta facilia sunt. Quo sensu autem illa Angeli verba in mulierem hanc quadrent, postea videbimus. Visa sic muliere ista a Propheta, mox etiam (*c*) exponit Angelus, quænam qualisque illa esset vs. 8. *& dixit, hæc Impietas est:* ubi nihil, quamdiu in sensu literali versamur, observandum venit, de amplitudine & vera significatione vocis רשעה postea dicemus.

§. 6.

Subjungit Propheta (*b.*) qua ratione factum sit, ut Mulier ista talem sedem occupave-

rit;

it; sive illud ex instructione Angeli hause-it, sive ex ipsis Visi circumstantiis colle-gerit; his verbis, *& jecit illam in medium Ephæ, & jecit massam plumbi in os ejus.* Dissentiunt interpretes, cuinam factum hoc sit tribuendum? sed filum narrationis nos ducit ad Angelum collocutorem: licet sint, qui vel Deum ipsum, vel alium quendam Angelum, hic subintelligunt: sed res eodem redit. Hæc jam verba secundum supra jactam hypothesin omnino supponunt, Mulierem hanc antea sedem in Epha non habuisse, sed libere huc illuc per terram discurrisse, nullis limitibus circumscriptam, nunc vero demum in medium Ephæ fuisse conjectam; quæ itaque hic carceris, cui inclusa est mulier, gerit conspectum. Sed præterea cautum quoque est ab Angelo, ne exinde elabi posset, sed intra eam manere cogeretur mulier, per massam plumbeam orificio Ephæ (ad hanc enim, & non ad mulierem, pertinet affixum ה,) superinjectam; illa quippe ob molis magnitudinem & gravitatem valide deorsum premente, mulieri nulla exitus occasio relinquebatur. Adhibet hic Propheta vocem אבן, quæ proprie *massam firmius concretam* dicit; & hinc recte ad plumbum adplicatur.

§. 7.

§. 7.

Sequitur fecunda Vifi Pars vf. 9–11. in qua א. offendimus duas Mulieres, nunc porro in confpectum Prophetæ prodeuntes, quæ defcribuntur vf. 9.: *& fuftuli oculos meos; & vidi, & ecce duæ Mulieres prodeuntes; & fpiritus in alis earum, & alæ iis ficut alæ ciconiæ.* Ad quorum intellectum, cum parum difficultatis habeant, *feqq.* tantum obfervo: (1) mulieres illas hic apparere alis inftructas, adeoque ad volandum aptas, ut eo commodius & citius Epham defuper terra elevare, & in aliam regionem transferre valerent. (2) *Spiritum* רוח in alis earum hic ventum dicere, & fignificare, illas magno impetu & alacritate per aërem ferri. (3) Quod alæ ciconiæ iis tribuantur, eo indicari tum velocitatem illarum in volando, quemadmodum ciconia celerrime volat; tum alas habuiffe ad transmigrationem aptas, quales habet ciconia: Epham enim in remotam terram deportare debuerunt. (4) Simul tamen in voce חסידה obfervandam effe allufionem ad vocem רשעה, quo titulo mulier, quam in Epha deportarent, infignitur: proprie enim חסידה *pietatis cultricem* denotat, unde ad *ciconiam*, ob pietatem ejus in parentes, tranfiit. Hac adeoque

que voce characteriſtica harum Mulierum qualitas exprimitur, qua ab altera illa diſtinguuntur: de quo pluribus poſtea.

§. 8.

ב. Pergit Propheta ad enarrandum harum Mulierum factum, ſimulque fatum Mulieris Ephæ incluſæ: ubi α. ſe nobis offert iter, quod cum Epha iſta hæ mulieres ſuſceperunt: *& ſuſtulerunt Epham inter terram & inter cœlos.* Quorum ſenſus huc redit, mulieres iſtas Epham, hactenus in terra conſiſtentem, apprehendiſſe, in altum evexiſſe, & cum illa per aërem avolaſſe: quod ultimum, licet diſerte non addatur, ex interrogatione Prophetæ verſ. ſeq. clare colligitur. β. Subjungitur mox ſcopus, terminus, & exitus hujus itineris, vſ. 10, 11. Et quidem de ejus ſcopo ac termino *a.* ab Angelo, quem ea de re conſulit vſ. 10. ubi nihil obſervandum habeo, inſtruitur vſ. 11. *& dixit mihi, ad ædificandum illi domum in terra Sinear.* In verbis ipſis hic nihil difficile occurrit, præterquam in relat. לה *illi*, quod quo referendum ſit, aliquatenus dubium eſt. Vulgo ad Epham hic reſpici ſtatuitur: nec mirum, cum filum orationis eo ducere videatur; de Epha enim quæſtionem inſtituerat Propheta. Cum tamen plurima dentur exem-

exempla, in quibus Pronomen relativum ad subjectum remotius referri debet, licet adsit propius; vid. GLASSII *Gramm. S. Lib. III. Tract. II. Can X.* præterea proxime præcedentia Angeli verba vs. 8. versentur circa Mulierem in Epha sedentem; hinc hisce verbis, quibus responsum dat Prophetæ, æque recte ad illam respicere statuitur Angelus, quam ad Epham; si scilicet nihil obstet. Tantum vero abest, ut aliquid obstaret; ut contra longe aptius in illam, quam in hanc, quadret, quod hic *ædificanda ei* dicatur *domus*, & vs. seq. terra Sinear *ejus locus* appelletur; ut nemo non videt. Ex hac quoque hypothesi responsum Angeli æque plene satisfacit quæstioni Prophetæ, ac ex vulgari; ut mox patebit: illam itaque ut magis probabilem assumo. Ad sensum jam ipsum, qui his Angeli verbis subest, quod attinet, is huc redire videtur: Mulieri isti perpetuum domicilium parandum fore in terra Sinear, hic fore ejus sedem & habitaculum, ubi posthac maneret, cujus limites non excederet. Istam sedem ei pararent duæ illæ mulieres, transferendo scil. ipsam ex terra Cananæa in Sinear, ubi deinceps manere deberet, nec inde rediret in Cananæam. Hic scopus erat & terminus itineris, quod cum Epha, cui mulier illa inclusa erat, susceperant; in illum inquisiverat

rat

rat Propheta, qui adeoque hoc Angeli responso de eo plene instruitur. Cæterum per terram Sinear intelligi terram Babylonicam s. Chaldæam, notum est: vid. inprimis BOCHARTUS *Geogr. S. Lib. I. cap. V.*

§. 9.

Eventus tandem & exitus hujus itineris ab ipso Propheta narratur *b.* his verbis: *& parata est, & deposita est ibi super loco suo.* Hæc enim pro Prophetæ, non Angeli, verbis habuerim, licet res eodem redeat, si quis aliter velit. Prius hujus pericopæ verbum והוכן ad בית *domum*, mox memoratam, ob generis convenientiam, pertinere existimo: ita ut sensus sit, domum, quæ Mulieri Ephæ inclusæ ædificanda foret, reapse ei nunc aptatam fuisse; quemadmodum simili ratione הוכן *de præparatione* loci, ab aliquo occupandi, adhibetur *Jes.* XXX: 33. Factum hoc est, quum duæ illæ mulieres, iter suum emensæ, substiterunt in terra Sinear, perpetuæ alterius Mulieris inhabitationi destinata: tunc enim huic mulieri vere parata fuit domus, quum postquam ex Cananæa ejecta fuisset, fixum super terra non habuerit domicilium. Sed clarius hoc in altero hujus pericopæ membro exponitur, ubi *deposita* seu *collocata* narratur *ibi*, scil.

fcil. in terra Sinear, *fuper loco fuo*. Vox הניחה vulgo habetur pro anomalo, quæ conflata effet ex Hiphil & Hophal. Sed Cl. SCHULTENS in *Gramm. Hebr. p.* 308. obfervat, effe in Hophal, fed concinnatam ex Radd. ינח & נוח, quæ communem habent originem in *procumbendo* fitam. Vox מכונה vulgo vertitur per *bafin:* fed rectius ftatuitur idem hic denotare, ac fæpe mafc. מכון, fcil. *locum*; uti inftituit Cl. SIMON in *Lexico*. Ex fuperioribus elucefcit, verba hæc non ad Epham, fed ad mulierem illi inclufam, pertinere: hujus adeoque *locus* vocatur terra Sinear, quod fedes ejus natalis effet ac propria; inde oriunda erat, & in Cananæam venerat. Ibi ergo cum collocata dicitur, innuitur, tum, illam poftquam aliquamdiu arcte conclufa & per aërem vecta fuiffet, denuo domicilium, & quidem in terra fua natali Sinear, accepiffe, ubi pofthac commoraretur, quemadmodum ante in Cananæa; tum, fixam ibi accepiffe fedem, cujus extra limites deinceps non migraret in Cananæam. Simul itaque involvunt hæc verba, illam tunc ex carcere fuo fuiffe demiffam, & poteftatem huc illuc pro lubitu per terram Sinear difcurrendi accepiffe; ficuti antea in Cananæa fecerat.

§. 10.

§. 10.

Sic itaque sensu literali absoluto, pergendum nunc est ad Visi hujus scopum & sensum emblematicum accuratius demonstrandum. Notabilem aliquem casum, certo tempori adstrictum, hic depingi, minime dubium est, & ab Interpretibus passim admittitur. Sed maximus inter illos est dissensus de tempore ipso, in quod Visi hujus cadit implementum. Omnes Interpretum ea de re hypotheses hic recensere & examinare, instituti nostri non fert ratio: nec fortassis mihi omnes notæ sunt. Præcipuas tamen quasdam, quæ majorem præ se ferunt probabilitatem, vel magnis se nominibus tuentur, hic strictim exhibuisse, subjuncta modesta epicrisi, haud abs re fuerit. *Primo* itaque nonnullis Interpretibus, inter quos etiam est Ill. GROTIUS, ea sedet opinio, delineari hoc Viso non casum aliquem futurum, sed jam præteritum, exilium scil. Assyriacum & Babylonicum, quod populus Judaïcus, mensura peccatorum impleta, in se arcessivit: eumque in finem hanc calamitatem Viso hoc proponi Judæis, ut in posterum sibi caverent, ne similem denuo pœnam incurrant. Verum huic hypothesi obstat, quod talis scopi nulla hic fiat mentio, quæ

tamen prætermitti tunc non potuiffet, cum ex ipfo Vifo adeo obfcuro illum colligere non poffent Judæi. Nec opus erat, cafum illum tam ænigmatice depingi, cum recens adhuc ejus effet memoria. Propheta quoque nofter fæpius plano & perfpicuo fermone illius mentionem injicit, ut cap. I: 2. *feqq.* & alibi. Præterea Vifionum Symbolicarum fcopus eft oftendere non res præteritas, fed futuras: quod ficut ipfius rei natura facile docet, ita plurimarum refpectu paffim ab Interpretibus admittitur; fed & de iis, quæ aliter exponi folent, demonftrari poffet: etiamfi fubinde in illis ratio quoque habeatur rei præteritæ vel præfentis, fed cum futura, ad quam delineandam proprie & præcipue tendunt, certa ratione connexæ: qua de re confulatur Vir fummus, H. VENEMA, Præceptor meus æftumatiffimus, cui meos qualescunque in hoc inprimis ftudiorum genere profectus in totum me acceptos debere, lubens gratusque agnofco, in *Diff. I. ad Vif. Dan. Emblem.* §. 15, 16. Sed illud hic nullum plane locum habet.

§. 11.

Quæ ultima ratio præter alias hic de pœnarum & adflictionum a Judæis tranflatione ad Babylonios, eorum hoftes, quam alii hic

hic depictam vident, cogitare nos quoque
vetat: imperium enim Babylonicum jam destructum erat per Cyrum, quando Visio hæc Prophetæ obtigit. Majori specie se commendaret aliorum hypothesis, qui hic purgationem Ecclesiæ Judaicæ ab impiis tempore Esræ & Nehemiæ intendi putant; qui utique casus valde fuit memorabilis, nec levis momenti. Sed præter alia obstat, transportationem Mulieris Ephæ inclusæ in terram Sinear s. Babylonicam ex illa hypothesi commodam plane non admittere explicationem. Quæ ratio sola quoque sufficit vulgatiori interpretationi refutandæ, qua Visum hoc refertur ad ultimum ac finale populi Judaïci excidium per Romanos, quo terra sua excussus & per totum orbem disjectus ac dissipatus est: translatio enim Mulieris impiæ in Sinear nullo modo dispersionis istius Judæorum quaquaversum per orbem figuram hic gerere potest; cum ad terram Sinear, quæ procul dubio est Babylonica, clare restringatur sedes illius Mulieris, quam deinceps non relinqueret.

§. 12.

Nonnulli hic sibi invenisse videntur migrationem Synagogæ Judaicæ, tremendo excæcationis judicio pressæ, post finale illud

judicium per Romanos, ex Cananæa in]
byloniam, ubi celeberrimæ Judæorum A
demiæ ab eo tempore fundatæ ſunt, q
ſedem ibi diu tenuerunt. Interpretatio
hujus mentionem injicit Cl. VENEMA in *L*
S. p. 175. inprimis vero ingeniose ill
exornavit & deduxit magnus SCHULTENS
in peculiari *Diſſ. de hac materia*, anno hu
ſeculi vigeſimo quinto Franequeræ vent
ta, quæ propediem denuo lucem adſpic
Verum præterquam quod haud pauca ſe
hoc Viſo offerant, quæ ſe ad caſum iſt
commode applicari vere non patiuntur;
ſus ille neutiquam tanti fuit momenti,
tam longo abhinc tempore ſublimi a
Viſo præfigurari mereretur: Prophetæ
tem in rebus graviſſimis, & magnam ad
tum populi Dei relationem habentibus, p
nunciandis verſantur. Nec usquam illi
populi Judaici ulterius, quam ad plenari
ejus excidium usque, pertexunt; in eo
ſemper deſinunt. Fundamentum hujus
potheſis quæritur quidem in nexu hi
Viſi cum præcedente hujus cap. V: 1. /
quo totale populi excidium per Roma
delineari, vulgo ſupponitur. Sed ex n
hic fruſtra argumentum petitur: ſunt e
Viſa vere diverſa, diverſo tempore I
phetæ objecta. Præterea præcedens i
Viſum longe rectius refertur ad temp

Epiphanica & Maccabaïca, quibus impii & fœdifragi inter Judæos fulmine maledictionis divinæ percussi, & e medio populi excisi sunt. Hinc illud fundamentum lubricum esse, nemo non videt.

§. 13.

Ulterius a vero hujus Visi scopo & conspectu aberravit Cel. COCCEJUS, qui illud refert ad regnum Antichristi, sensim in orbem Christianum introductum, & tandem obstaculis omnibus superatis, fundatum & stabilitum in Babylonia mystica, i. e. Roma. Mirum omnino videri debet, hypothesin hanc sese Interpretibus adeo multis approbasse; quum si accurate examinetur adplicatio hujus Visi ejusque partium ad illum casum, quam instituit Vir magnus, facile appareat, illam esse contortam & violentam, harmoniæ Visi & emblematum minime accommodatam, sed plane arbitrariam: quæ per partes latius hic deducere, scopus non permittit. In genere refutandæ huic hypothesi observasse suffecerit, priscorum vaticiniorum implementum, si illorum interpretationem lubricam & prorsus arbitrariam facere nolimus, non temere quærendum esse in temporibus adeo a prædictione remotis, nisi clara adsint horum criteria

& indicia, quale hic nullum occurrit. In venisse quidem se characterem temporum N. T. putat COCCEJUS in *terra Sinear* seu Babylonica, per quam Babylonica mystica videtur intelligenda, cum vetus tempore editæ hujus prophetiæ jam præteriisset; sed ut alia, quæ recte regeri possent, mittam, liquebit postea clarissime, longe alia & faciliore ratione expediri posse, quod hic habetur de terra Babylonica, quam COCCEJUS instituit. Præterea hypothesis COCCEJI de fatis Ecclesiæ N. T. in V. T. prædictis omni fundamento & probabilitate destituta est, & merito a prudentioribus Interpretibus rejicitur. Prophetæ enim V. T. proximam & directam habuerunt relationem ad populum Judaicum, ad quem a Deo missi sunt, tum ad admonendum, tum ad consolandum; qui duplex illorum scopus nemini non ex illorum lectione se offerre debet. Huic proinde scopo etiam omnes futurorum prædictiones, sive in bonum, sive in malum, inserviunt; unde sponte elucescit, futura prædicere debuisse Prophetas talia tantum, quæ magnam ad populum Judaicum haberent relationem, quorumque propositio ad animos Judæorum flectendos & movendos tunc temporis plurimum valebat, cum alias nullius erga populum istum utilitatis fuissent; hoc vero de fatis Ecclesiæ N. T. nulla ratione dici

ici potest. Lectu omnino digna sunt, quæ udum hac de re egregie disseruit Rev. EKKERUS in *Comment. in Dan.* §. 425. *seqq.* 56. *seqq.* 1278. *seqq.* & alibi. Sed inprinis, fata Ecclesiæ N. T. intermedia Prohetis V. T. non revelata, sed Regnum in era sua indole & gloria ipsis in genere antum ob oculos positum fuisse, tam evienter exposuit & demonstravit Cl. VENEMA, nagnus ille Prophetiarum Interpres, in *Differt.* VIII. *ad Visa Dan.* §. 40. *seqq.* ut ationes ibidem in medium productas nemo actenus, quod sciam, ex professo refuare aggressus sit.

§. 14.

Hisce itaque hypothesibus suo loco reictis, vertamus oculos nostros ad tempora Epiphanica & Maccabaïca, in quæ exacte uadrat Visum hoc ejusque implementum. Quapropter mirari subit, de illis hic ne quilem cogitasse Interpretes, eo magis quod nsam illis præbere potuisset ipse Propheta noster, qui ubique fere in vaticiniis suis ad empora illa respicit, & *profecto vel nihil ixit, vel de illis vaticinatus est*, quæ verba unt Cel. VERSCHUIR, cui plurimum debeo, n *Orat. Inaug.* p. 60. qui & ibidem methoum hanc multa V. T. oracula ad Periodum

 Mac-

Maccabaïcam adplicandi, præſtantiſſimorum nonnullorum Interpretum exemplo confirmatam, adverſus aliquorum cavillationes egregie vindicat. Sane ſi tempora illa magis ſæpiusque ob oculos habuiſſent Interpretes, in priſcorum vaticiniorum expoſitione multi eorum longe felicius verſati fuiſſent: quod in ſpecie de Propheta noſtro dictum velim, ad quem intelligendum Cl. VITRINGA, æquus harum rerum judex, accuratam horum temporum notitiam, ut Clavem, commendat in *Proleg. ad Zach. p.* 61, 62. Opera itaque noſtra nunc porro in Viſi hujus implemento in temporum horum Hiſtoria per partes demonſtrando verſabitur. Qui attentum ad hoc Viſum advertit animum, facile perſpiciet, primarium ejus objectum & argumentum conſtituere Mulierem, Impietatis titulo inſignitam, variumque illius ſtatum ac fata. Quapropter ante omnia opus erit, ut Mulieris hujus lineas in genere ducamus; deinde vero de diverſo illius ſtatu & conditione videbimus.

§. 15.

Præmittimus itaque accuratiorem hujus mulieris notitiam; quæ viam ſimul nobis muniet ad faciliorem ſingularum Viſi partium intellectum. Quænam qualisque fuerit illa,

lla, ipſe Angelus Prophetæ exponit, dum le ea dicit, *hæc eſt impietas* רשעה. Radix רשע in genere *jactationem*, ſtatum *irrequietum* & *turbulentum*, comprehendit: inde ſenſu phyſico de *turbato* rerum ſtatu per calamitates & adflictiones, quibus quis miſer redditur, adhibetur; & ſenſu morali de homine *irrequieto*, cupiditatum & adfectuum *motu jactato*, in quævis ſcelera importune ruente, aliosque turbante & violenter vexante, ac ſcelerate tractante; ſpec. de veri Dei Ejusque populi profeſſis hoſtibus, & oppreſſoribus, ut *Jeſ.* XXVI: 10. *Hab.* I: 13. De qua poteſtate & uſu hujus verbi & derivatorum vid. SCHULTENS in *Job.* III: 17. VENEMA in *Dan.* XI. *p.* 317. in *Gen.* *p.* 606. in *Mal.* *p.* 471. & ſæpius *ad Pſalm.* Nihil obſtat, quo minus vocem hic in omni ſua emphaſi capiamus: cum uſus adducti huc apte quadrent, unusque illorum ceteros ſemper plus minusve involvat. Sed inprimis hic quæritur, quid ſibi velit *Mulieris* emblema, cujus ſub ſpecie hic repræſentatur impietas? Miſſis ſuoque loco relictis aliorum cogitatis, ex mea opinione Mulier hic ſymbolum gerit *Doctoris*, quemadmodum ſæpius pro Doctore venit in S. S. ſive vero pioque, ut *Prov.* IX: 1. *Jeſ.* XL: 9. *Matth.* XIII: 33. ſive falſo & impio, ut *Prov.* VII: 5. *Apoc.* II: 20. XVII: 4. ad

quæ Apocal. loca de hoc emblemate confulendus eft Cl. VITRINGA. Heic loci Doctorem falfum & impium intelligendum effe, fponte liquet, dum expreffe titulo impietatis notatur hæc mulier. Poffunt vero hæc Angeli verba, quibus Mulierem hanc defcribit; *hæc eft impietas*, duplici ratione capi: vel ut impietas ipfa hic concipiatur fub forma mulieris depicta, ut communiter inftituunt Interpretes; vel ut Mulier hic confideretur tanquam impietatem in fe quafi refidentem gerens, ita ut impietas illam totam occupet, fuamque vim per illam exferat, ipfaque viciffim fit impia, & impietatem ftrenue propagans & exercens. Prius licet non excluferim, pofterius tamen majore pollere emphafi, quisque videt, & ex oppofitione duarum Mulierum, quæ cum חסידה comparantur, confirmatur. Sifitur itaque hic Mulier, tanquam a qua infeparabilis eft Impietas, & cum qua permutari poteft; ita ut ubi adeft Mulier, ibi vigeat impietas, & contra illa abfente, neque hæc locum habeat. Ex his recte obfervatis nunc veras & characterifticas hujus Mulieris qualitates eruere haud difficile fuerit. Occurrit fcil. illa hic *α*. ut Doctor impietatis, qui 1. falfas impiasque doctrinas, five theoreticas, five practicas, fovet, quibus a virtute & vera Religione abducuntur homines: 2. doctri-

ctrinam talem omni modo commendat & propagat, hominesque ad eam amplectendam pellicit: 3. alios proinde in ſui communionem trahit, ſibique ſubjicit, & ſubjectos tenet. β. Ut hoſtili in Deum Ejusque populum animo adfecta. γ. Ut tyrannidem in alios exercens, illos violenter contra omne jus & fas vexans, torquens & opprimens., δ. Ut miſeriarum, calamitatum & turbarum quarumvis cauſa. Denique ε. ut ſcelerum & enormium peccatorum, uno verbo, omnis mali unica mater & nutrix. Ex quibus characteribus elucefcit quoque, illam hic ſiſti ut imperioſam & dominantem, omnia ſibi, id eſt Impietati, obnoxia reddere conantem. Si quis adhuc quærat, quinam ſint, quorum figuram hic gerit Mulier? reſpondeo, illam in genere tantum & ſimpliciter præſignificare, fore tales homines, qui impietati eo quo dictum eſt modo ſtrenue operam navarent, ejusque imperio quævis ſubjicere omni ope niterentur, per quos adeoque impietas vim ſuam exſereret: eatenus illi in cenſum hic veniunt: conf. loca Apocal. ſupra citata.

§. 16.

His præmiſſis, pergamus nunc ad præcipuum hujus tractationis caput, quod verſabitur

bitur circa varium hujus mulieris ftatum; quo in hoc Vifo repræfentatur. Primo fcilicet illa hic fiftitur ut fedem habens in terra Cananæa, illam tanquam fuam occupans & tenens, peregrina licet effet, ex Babylonia nempe eo tranflata. Quæ per partes latius deducenda funt: *α*. Clare illi in hoc Vifo tribuitur fedes in Cananæa: hoc autem ipfiffimum eft temporum Epiphanicorum criterium, de quibus fæpius quoque in verbo Prophetico adhibetur vox רשע ejusve derivata, ut *Pf.* X: 2. XLIV: 3. CXXV: 3. *Dan.* XI: 32. *Mal.* III: 21. Tunc enim tempus fuit graffantis per Cananæam impietatis: quo primo quidem & præcipue pertinet, quod doctrina impia & Idololatrica fit introducta, cultus veri Dei profanatus & abolitus fit, cultu idolorum fubftituto, & Judæi quibusvis modis, minis & promiffis, pœnis & præmiis, pellecti fint ad veræ Religioni nuncium mittendum, & doctrinam ac cultum idololatricum amplectendum; fed dein recte huc etiam referuntur omnia illa mala, quæ ifta idololatriæ introductio fecum traxit, ut violenta incolarum Cananææ oppreffio & vexatio, qua omnia jura divina & humana conculcata funt, fpeciatim fæviffima ob Religionem perfecutio, antea nunquam vifa, enormia quævis fcelera fraudum, perfidiæ, injuftitiæ,

tiæ, palam & publice grassantia, miserabilis denique vastatio terræ, Reipublicæ destructio, omniumque rerum inversio & perturbatio. Quæ rerum tunc temporis scena ex Josepho & libris Maccab. testatissima est: præcipua testimonia huc spectantia adduxit Cl. VITRINGA in *Jes.* XXIV. passim. Vere ergo impietas tunc locum & sedem habuit in Cananæa, suamque vim ibi exseruit per Syro-Macedones & apostatas Judæorum, κατ' ἐξοχὴν *impios* dictos in Historia Maccabaïca β. Sistitur præterea hic Mulier ista ut supremum dominium in Cananæa tenens, eamque longe lateque occupans sibique subjectam habens: cujus tria in Viso se offerunt criteria, quorum *primum* est, quod Cananæa hic consideretur ut domus, quam Mulier inhabitavit, quæque proinde in ejus fuit potestate; postea enim alia domus, terra scil. Sinear, illi ad inhabitandum parata legitur; unde recte colligitur, antea Cananæam ipsi pro domo inserviisse. *Alterum* in eo consistit, quod Mulier in hoc Viso supponatur primo summa libertate ac potestate terram istam pro lubitu longe lateque perambulandi fuisse gavisa, non aliter ac si propria jam ejus esset sedes, absque ut quis progressui ejus obicem poneret: ut in superioribus me evicisse puto. Verum quidem est, hunc Mulieris statum non expresse

hoc

hoc Viſo contineri: ſed ejus rei ratio ex illius ſcopo derivanda eſt, qui non tam eſt, impietatem ipſam ejusque dominium, quam ejus extirpationem & expulſionem ex Cananæa, ob oculos ponere, eadem plane ratione, qua res ſe habet cum Viſo præcedente. *Tertium* dominii hujus Mulieris criterium ſuppeditant verba Angeli *vſ.* 6. *hæc facies eorum in tota terra*, quibus directe impietatem, in iſta muliere ſedem habentem, indigitat, & clare indicat, illam totam terram ejusque incolas ſibi obnoxios habere, ubique regnare, longe lateque ſe conſpiciendam præbere, ita ut terræ facies nil niſi impietatem prodat. Cum vero Mulier illa hic ut impietatem in ſe reſidentem habens repræſentetur, ſponte liquet, hæc verba ſupremum ejus & univerſale dominium in totam Cananæam comprehendere. Bene autem obſervandum, illam his verbis deſcribi a ſtatu præterito, quem proxime obtinuerat; dum eo tempore, quo illa protulit Angelus, jam de ſupremæ Majeſtatis throno deturbata repræſentetur. Quod ſi nunc conſulamus Hiſtoriam Maccabaïcam, clariſſime illa de hoc impietatis ſummo in Cananæa dominio teſtabitur. Priusquam enim Judas Maccabæus ſe cum ſucceſſu opponere cœpit hoſtibus, idololatria ibi publice caput erexit, altaria idololatrica

ubique

|ue per terram exstructa, Templum
:anatum & idolo consecratum, cultus
. Dei plane abrogatus, eique ritus &
ıta Gentilium substituta sunt, maxima
æorum pars a vera Religione ad idolo-
ı cultum defecit; alii, qui Legi Mosaicæ
ærebant, misere adflicti, expulsi, vel
isi. Sedit adeoque tunc impietas in ipso
ı Templo, & pro lubitu grassata est,
que ut quis ei resistere posset aut auderet:
quid nunc de sceleribus, vastationibus,
calamitatibus, quibus occasione intro-
:tæ & propogatæ idololatriæ repleta fuit
a Cananæa, dicam. Videbatur itaque
ɔietas jam stabilem & fixam in hac terra
:episse sedem, nec ulla spes eam expel-
di superat: actum plane videbatur cum
ra Religione, & populo Judaico. γ. Mu-
r, quæ hic in scenam prodit, aliena
ıt, ex terra Sinear originem trahens, &
le in Cananæam venerat. Per terram
ıear seu Babylonicam intellige hic reg-
m Syro-Macedonicum, quod eo nomine
tissime venit, cum omnino ejus natales
Babylonia quærendi sint. Ibi enim prima
ıjus Regni fundamenta jacta sunt a Seleuco
icatore, qui præfecturam Babyloniæ,
iam Regis titulo, primum tenuit; sed
:in, Antigono devicto, Syriam ei adjun-
t, & sic Rex Syro-Macedonum factus
est,

eft, ut ex hiftoria conftat. Nemo hanc cogitationem temere rejiciet, qui ftylum Prophetarum, res futuras nominibus *fui* temporis infignientium, probe ad animum revocaverit: fic e. gr. iidem Syro-Macedones nomine Affuris fubinde veniunt apud Prophetas, ut *Mich.* V: 4. *Zach* X: 11. Veritas jam hujus rei temporibus Epiphanicis egregie patuit: quis enim ignorat, omnium malorum & calamitatum, quæ Cananæam tunc mifere turbarunt, caufam & originem ex Syria effe arceffendam? in ipfa terra non orta funt ifta mala, fed aliunde fupervenerunt. Sic fi e. gr. oculos paulifper modo in idololatria, quæ vel maxime hic in cenfum venit, defigamus, non viguit eo tempore idololatria fponte fufcepta a Judæis, ut ante exilium Babylonicum, fed vi aliena, Syrorum fcil. introducta, ftabilita, iisque obtrufa. Licet enim Judæi poft reditum ex illo exfilio fenfim in magnam denuo morum corruptionem inciderint, ab idololatria tamen fe immunes præftiterunt usque ad tempora Antiochi Epiphanis, qui eam violenta manu introduxit. Eodem modo res fe habet cum ceteris malis, *impietatis* ambitu comprehenfis, tunc temporis graffantibus.

§. 17.

§. 17.

Sequitur nunc alter hujus Mulieris status, qui conjectionem ejus in Epham, in eaque conclusionem per Angelum comprehendit. In genere hæc Mulieris incarceratio & constrictio denotat, furori & dominationi ejus obicem esse positum, ita ut in posterum pro lubitu alios seducere, in eosque sævire, & vim suam exserere non potuerit, sed e contra adversariis suis cedere, iisque se submittere coacta fuerit. Conf. de hoc emblemate *Jes.* XXIV: 22. *Apoc.* XX: 1, 2. & ad hæc loca Cl. VITRINGA. In specie Epha seu modius pro carcere ejus inserviit, respectu habito ad præcedentem ejus dominationem, libere & impune longe lateque per totam terram se extendentem, nec ullum modum aut limitem agnoscentem; sed quæ nunc coërcita & intra angustos limites conclusa est. Aliud enim mysterium in Epha hic invenire nequeo. Firmitatem hujus incarcerationis indigitat *plumbum* orificio Ephæ impositum, quod exitum ex ea prohibuit. Implementum hujus emblematis quæro in illo tempore, quo Judas Maccabæus, postquam Syro-Macedones ingentibus adfecisset cladibus, veram Religionem honori suo restituit, Templum repurgavit,

 Z &

& publicum Numinis cultum inftauravit, quod factum, ut notum eft, anno Æræ Seleuc. 148. Tunc enim vere Impietas a culmine fuo, quod confcenderat, deturbata, & in fummas anguftias conjecta eft; dominium idololatriæ, quæ ftabilem jam videbatur in Cananæa habere fedem, coërcitum, ejusque furori obex eft pofitus, pietas & veri Dei cultus primas iterum obtinere cœpit; Deus, vindex populi fui, ad Templum fedem fuam rediit, idololatria de throno, quem ibi occupaverat, detrufa; graffantia in genere mala repreffa, & prima liberationis populi, ac inftaurationis Religionis & Reipublicæ, jacta funt fundamenta: adeo ut impietas ab eo tempore ftatum fuum in Cananæa non amplius tueri, nec fupremum ibi dominium iterum obtinere potuerit. Quum autem pauci tunc temporis pii fuperesfent, & illi tenuibus admodum viribus inftructi, adeoque graffanti & dominanti Impietati reprimendæ plane impares; facile liquet, mirabilem hanc rerum cataftrophen a miraculofa Dei ope vel maxime effe derivandam, fine qua tenues Chafidæorum copiæ nihil valuiffent. Hinc illud tamquam ipfius Dei opus recte in Vifo noftro repræfentatur, dum ab Angelo, Dei adminiftro, ejusque vicem gerente, Mulier illa impia in Epham con-

:onjecta eique inclusa fuisse narratur: conf. *Apoc.* XX: 1.

§. 18.

Tertius Mulieris hujus status complectitur ranslationem ejus ex Cananæa in Babyloiam per duas alias mulieres. Ubi primo uidem inquirendum venit, quo sensu emlematico referendæ sint hæ mulieres, & uos depingant? De *Chasidæis* sic dictis, seu udæis temporibus Epiphan. & Maccab. qui : Dei ejusque gloriæ & legis studiosissimos, iisque benignissimos præstiterunt, veri Dei ıltui instaurando, & Populo ejus in libertem vindicando, unice intenti, directe aque *impietati* רשעה & impiis oppositi; : illis (inquam) hic cogitandi clare nobis ısam præbet ipsum Visum, dum illas comarat cum *ciconia* חסידה, quo sponte duciıur ad Chasidæorum titulum. In scenam li hic producuntur sub *mulierum* specie, uod Doctores essent pietatis & veræ Reliionis, illi docendæ, inculcandæ, & proagandæ, quovis modo incumbentes, veri taque legis Zelotæ: licet nec abhorreat, llos sic appellari ob debilitatem & infirmiatem, ut observat Cl. VENEMA in Jerem.). 756. *Dualis* Mulierum numerus forte plualitatis ideam simpliciter suscitat; ita ut

plures fore tales pietatis patronos, eosque junctis viribus impietatem exstirpaturos esse, significetur: quemadmodum & numeri alii pro multitudine in genere sumuntur, uti notum est. Forte alluditur ad duas distinctas Periodos, quibus opus hoc consummatum est a Chasidæis; alteram sub Juda, qui illud cum successu primus incepit, post ejus mortem pro brevi tempore interceptum; alteram sub Jonathane & Simone, qui illud ad finem perduxerunt. Alatæ porro fuerunt hæ Mulieres, adeoque sub *avium* specie se ostentarunt; eo enim unice ex mea opinione tendunt *alæ*, quæ illis aptantur: avium vero seu volucrium emblema pro potentibus bellatoribus, & Heroibus fortissimis, qui in sublime quasi supra reliquos efferuntur, apud Orientales in frequenti est usu: vid. LETTE in *Cant. Deb. p.* 137. *sqq.* nec a S. Literis abhorret: quo sensu in Chasidæos egregie quadrat, ut quisque videt. Alæ *ciconiarum*, quibus instructæ fuerunt hæ mulieres, in specie nos cogitare jubent tum de celeritate expeditionum Maccabaïcarum, tum de illarum progressu quaquaversum, extra ipsam Cananæam; de quibus ubique testatur illorum temporum historia. *Ventus* tandem in alis mulierum significat spiritum Heroicum & divinum, quo impulsi & acti fuerunt Chasidæi, & res tam præclare ac feliciter gesse.

geſſerunt. Ex dictis itaque conſtat, Chaſidæos hic non quales in initio fuerunt; imbecilles nempe, & robore ac vigore deſtitutos, repræſentari, ſed ut Heroas ſtrenuiſſimos, victoriis jam celebres, magnisque rebus gerendis aptos; qualis ſe poſt Templi repurgationem, quando via ad liberationem ab impietatis jugo munita eſt, inprimis oſtentare cœperunt, & ut tales innotuerunt. Hinc in Viſo noſtro poſt Mulieris incarcerationem demum in ſcenam producuntur.

§. 19.

Apti itaque fuerunt, qui Impietatis regnum, judiciis divinis jam fractum & debilitatum, porro deſtruerent prorſus. Præſtiterunt hoc, prout Viſum depingit, Mulierem impiam Ephæ incluſam ſecum ſurſum in aërem abripiendo, ex Cananæa transvehendo in Babyloniam, ibique illi domum ædificando. Quæ per partes paucis illuſtrari debent. α. Quod Mulierem iſtam ſupra terram elevarunt, eo indicari puto publicum de illa triumphum, quem celebrarunt Chaſidæi, quoties victoriam de hoſtibus ſuis, impietatis patronis, reportarunt: eo enim patefiebat, illos impietati prævalere, eamque in ſuam redigere poteſtatem. β. In triumpho quaſi Mulierem illam ſecum abdu-

 xe-

xerunt extra Cananæam, ex qua proinde terra illa plane expulfa fuit. Impleverunt hoc Chafidæi, quando victoriis fuis impietatem plene tandem debellarunt, eamque ex Cananæa in totum exterminarunt. Quo pertinet, quod Syro-Macedonas ex terra plane ejecerint, ftatuta idololatrica ubique abrogarint, veri Dei cultum reftituerint, impios feu apoftatas Judæorum per totam terram deleverint, uti de Juda narratur, 1 *Maccab.* III: 8. VII: 6. de Jonathane, *cap.* IX: 73. de Simone *cap.* XIV: 14. vid. etiam JOSEPH. *Antiq. Jud. lib.* XII. *cap.* 16. *lib.* XIII. *cap.* 1. *feqq.* terram denique ab omnibus malis & calamitatibus liberaverint, & populum ac Rempublicam inftauraverint. Illi tandem *y.* recte dicuntur Mulierem impiam in Babyloniam deportaffe, ibique illi ædificaffe domum. Cum enim ex Babylonia, h. e. ut fupra vidimus, Syria Macedonum, Impietas originem traxiffet, & inde continuo vires repeteret, commodiffime eo cenfetur tranflata a Chafidæis, quando ab illis ex Cananæa exftirpata eft: qui & ibidem ei pararunt domum, dum Cananæam ab ejus infultibus immunem plane præftiterunt, ita ut fe intra Syriæ limites continere debuerit.

§. 20.

§. 20.

Quarto denique Mulier hæc, ex carcere
io emissa, collocata fuit in terra Sinear,
ıæ illi in fixum domicilium cessit. Relate
l Cananæam, unde expulsa fuit, eo indi-
ıtur, ipsam eo nunquam reversuram fore:
ıod eventus etiam comprobavit, dum
ıdæi ab ejus jugo liberati, postea a tali
ppressione semper manserunt immunes,
ıamdiu populi Dei nomen tuiti sunt; quo
cit, quod Prophetæ adflictionem Epipha-
cam tanquam ultimam nobis ob oculos
onant, ut *Jer.* XXX: 8. *Joel.* II: 19.
mos. IX: 15. & alibi. Inprimis autem
ɔservari meretur, Judæos, hoc tempore
ı idololatria purgatos, postea ab ea quam
axime abhorruisse: quo respicitur in Para-
ɔla *Matth* XII: 43. *seqq.* Relate ad ipsam
rram Sinear, seu Syriacam, eo innuitur,
milem fore ejus conditionem, quæ antea
ıerat Cananææ, cum Mulier impia ibi pro
ıbitu, ut antea in Cananæa, dominatura
ıret. Quum autem eadem sit, quæ sedem
ıbuerat in Cananæa, ibique idololatriam
ıtroduxerat, sed nunc porro in propria
ıa terra sævitura; clare, ni fallor, hic
obis depingitur, ipsos illos Syros idolola-
ras, qui tantas turbas in Cananæa dede-

 rant,

rant, postquam inde expulsi fuerint, in proprio suo regno terribilium commotionum & turbarum fore autores, quibus illud misere vastaretur & concuteretur, qualis antea Cananææ fuerat facies. Quod eventus etiam comprobavit: post mortem enim Antiochi Epiphanis statim gliscere cœperunt in Syria lites & dissensiones, quæ progressu temporis in nervum eruperunt, & motus funestissimos concitarunt; qui regnum illud adeo & tamdiu turbarunt, ut penitus tandem pessum iverit; præcipua saltem causa interitus ejus extiterunt, ut Historia docet. Non enim liberata est Syria ab hac Muliere, sicut Cananæa, sed illi subjecta mansit, & pro domo, quam non relinqueret, inservIit.

I V.

VITA
JOANNIS HENRICI HORCHII,
DELINEATA
à
JACOBO SCHEPPIO,

Ecclesiæ Reformatæ Hornbacensis Pastore Primario.

(Nunc *Consiliario Ecclesiast. Inspectore* & V. D. M. *Dilleburgiensi.*)

§. I.

JOANNES HENRICUS HORCHIUS scriptis suis in republica literaria ita inclaruit, tamque variis, secundis æque ac adversis fatis conflictatus est, ut mirer, cur neque Cl. MENCKENIUS in *Lexico Eruditorum*, neque etiam Cl. JOECHERUS, qui quam plurimis accessionibus auctum illud edidit, eum reli-

reliquorum Eruditorum numero adſcripſerint; cum tamen complures in hoc Lexico reperiantur, quos Horchius multis paraſangis præcurrat. Cl I. G W. DUNCKEL *in relationibus ſuis hiſtorico-criticis*, quas lingua teutonica conſcripſit. *Vol* I. *p* 95. & II, *p*. 558. ejus quidem iniicit mentionem, ſed ea, inprimis ſi ſcripta ejus reſpicias, adeo eſt ſuccincta imo manca, ut lectores, hiſtoriæ literariæ ſtudioſi, uberiorem deſcriptionem merito deſiderent. Quare nec inutilem nec ingratam operam impendere mihi ſum viſus, fata & ſcripta Horchiana explanatius peroraturus. Quam opellam mihi præ multis aliis ſuſcipiendam eſſe putavi, quod contigit mihi eſſe tam felici, ut non modo ex ore Doctiſſimi Henrici Kelleri, in munere, quo nunc fungor, Anteceſſoris fideliſſimi, Horchii olim diſcipuli, multa de eo audiverim, ſed etiam annotationes quasdam huc ſpectantes, inter Manuſcripta ejus repererim. Atque has B. L fontem potiſſimum eſſe ſcias, ex quo, quæ dicturus ſum, derivata ſunt.

§. 2.

Natus eſt Horchius noſter ipſis calendis Decembris anni milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi ſecundi ESCHWEGÆ, quod eſt inferioris

oris Hassiæ oppidum, si Cassellas exci-
;, celeberrimum atque opulentissimum.
re usus est GEORGIO HORCHIO, Viro
Stato ac hujus oppidi Scabino dignissimo;
:re autem matrona pia, Anna Baumia.
turam in tribuendis ingenii dotibus præ
ltis nactus fuit fautricem Quod ipse ab
ante ætate literarum cupiditate tenebatur
optimis parentibus facile impetravit, ut
rarum studiis se totum tradere posset.
Quum in schola patria in linguis informa-
literisque humanioribus ita esset imbu-
, ut ad scientias, quæ in Academiis
tari solent, discendas aptus videretur,
o CIↃIↃCLXX. *Marburgenses* petiit Musas,
losophiæ & Matheseos præceptis in-
endus. Annum non nisi unum ibidem
moratus se *Bremam* contulit, theologi-
ι potissimum doctrinam auditurus; id,
d triennio, quod ibi transegit, insigni
rsus diligentia ac successu fecit.

§. 3.

Anno CIↃIↃCLXXIV. Camenis Bremensibus
edixit atque *Marburgum* revertit. Eo
ι venisset, atque senatus Academicus
gnum eruditionis apparatum in eo ani-
lvertisset, factum est, ut Carolus, Sere-
imus Landgravius, ei studiosam juventu-
tem

tem docendi publicasque disputationes inſ tuendi dederit poteſtatem; ex quo de e: miis ingenii dotibus, diligentia aſſidua atq inſigni ejus doctrina judicare quisque fac poterit. Anno ſequente CIƆIƆCLXXV. *Natura Inſomniorum* ipſe Præſes publi diſputationem habuit, ac paulo poſt al tria diligentiæ ſuæ ac eruditionis ſpecimi in lucem edidit iisque titulum: *fragmen ethica* fecit.

§. 4.

Quibus rebus cum occupatus eſſet, obla ei eſt itineris literarii faciundi atque ex co loquiis Virorum Doctorum ſcientias ſuas gregie amplificandi, diu exoptata occaſic Namque generoſiſſimo *libero Baroni de Som nitz* juveni, & doctrinæ præceptor, & mc tum moderator, eſt præfectus; quod qui dem munus magno ei fuit honori æque a commodo. Anno CIƆIƆCLXXIX. cum peril luſtri ſuo Alumno GEDANUM profectus a anno inſequuto *Francofurtum ad Oderam*, ce leberrimam illam Muſarum ſedem, demi gravit. Hic cum a conſuetis lucubrationi bus nihil remitteret, ſed omne tempus & diurnum & nocturnum, quod ei a muner vacuum relictum fuit, literis tribueret, la boris aſſiduitate eundem ſibi conflavit mor

bum,

bum, qui librorum helluonibus communis esse solet. Quemadmodum enim

Cito rumpes arcum, semper si tensum habueris.
Sic eadem corporis nostri est ratio.

insigni suo damno hoc expertus est Horchius noster. Etenim cum, Francofurto relicto, *Lugdunum Batavorum* proficisci apud animum suum constituisset, ad consequendos maximos in Theologia honores, atque jam in itinere esset, Berolini correptus est morbo, quo septimanas decem lecto affixus misere decubuit. Salute Medicorum ope aliquatenus recuperata, cœpto desistere coactus Eschwegam ad patrios lares concessit, ubi corporis vires in integrum restituerentur.

§. 5.

Dum hic, sanitati restitutus, inter suos commoratur, vidit virginem lectissimam ANNAM CATHARINAM, LEONHARDI ECKARDI viri amplissimi, qui jussu Serenissimi Landgravii Darmstadiensis, Nosodochii Heynensis curam tunc gerebat, natam, cujus forma & moribus ita capiebatur ut connubio eam sibi jungere constituerit; id quod, gratulantibus agnatis & amicis, WETTERÆ, ubi tunc socer habitabat, fecit.

Sic

Sic maritus biennium, publico quidem muneri non admotus, in literarum tamen ſtudia gnaviter incumbens, tranſegit. Quo finito in Palatinatum inferiorem iter ſuſcepit atque *Carolo Sereniſſimo Electori* officia ſua, ea, qua par fuit obſervantia obtulit. Cui, cum eum *Heidelbergæ* pro roſtris ſacris dicentem, textu 1 *Petr.* I: 19. prælecto, audivit, adeo ejus ſuada, eruditio & mores ad honeſtatem compoſiti arriſerunt, ut inter diaconos primum locum ipſi tribueret; quo officio biennium, bonis omnibus applaudentibus, perfunctus eſt. Inter hæc munus eccleſiaſticum *Crucenaci* vacat, quod, jubente ita *Sereniſſimo Electore*, in ſe ſuſcepit, atque pari, ut antea, diligentia & fide adminiſtravit.

§. 6.

Cum hæc gerebantur, *Jubilæum Academicum Heidelbergæ* celebratur. Contulit ſe eo Noſter, atque a Senatu Academico, eruditione ejus jam ſatis explorata & perſpecta, ſummis in Theologia honoribus eſt mactatus. Doctorem Theologiæ Crucenacum haud diu retinuit. Fama doctrinæ atque pietatis divulgata, eccleſia Heidelbergenſis, quæ in æde Spiritui Sancto ſacra congregatur, ejus operam deſideravit & eccleſiaſten ſuum, omnibus pro more ſuffragantibus, vocavit.

Vix

Vix annum unum hoc munere inter Heidelbergenses multa cum laude fungentem ecclesia *Francofurtensis ad Mœnum* ad se evocat, desiderio sui & Heidelbergæ & Crucenaci relicto. Quamvis in civitate hac Imperiali & honore & opibus afflueret, tamen ultra biennium ecclesia ad altiora natum & adspirantem retinere haud potuit. Namque mense Martio CIƆIƆCXC. Senatus Academiæ *Herbornensis* literis eum compellavit, utrum munus *Professoris Theologiæ publici* in Lyceo Nassavico suscipere vellet? Conditione accepta, Herbornam concessit atque d. XII. Junii dicti anni oratione dicta munus suum solemniter auspicatus est.

§. 7.

Voto suo nunc potitus, nam a multis annis Academicum anhelabat munus, omnem movit lapidem, ut spartam ornaret studiosæque prodesset juventuti, eamque non duntaxat Theologicis, verum etiam Philologicis scientiis imbueret. Et quoniam vir fuit perfacundus, d. XIV. Novembris ejusdem anni munus præconis Evangelii simul ei fuit demandatum. Quatuor annos post Rector Academiæ Magnificus fuit creatus. Anno CIƆIƆCXCVI. d. XX. Augusti imposita ei est provincia linguas orientales itemque histo-

riam

riam ecclesiasticam docendi. Liter
Hebraïcarum & Rabbinicarum fuit cal
simus, adeo ut, cum inter Francofurt
ageret, in Judæorum Synagoga, stup
bus omnibus, Hebraïce & Rabbinice p
raret & quædam insigniora de Messia
cinia Veteris Testamenti explanaret.
theseos quoque apprime fuit doctus, c
scripta ejus abunde testantur. Præterea
storiæ & ecclesiasticæ & profanæ adeo
peritus, ut non facile invenias, qui palr
ei in hoc studiorum genere præripiat.
doctrina theologica fuit versatissimus,
primis tamen deperibat eam Theolc
partem, quam Typico-Propheticam ap
lant. Sermones ejus & scripta in lu
edita studium propheticum spirant, q
& omnibus suis auditoribus sedulo comn
davit atque inculcavit, asserens non
Theologum, qui non sit propheticus. Q
etsi sano sensu verum sit, ipse tamen i
dum rei, quem tenere optimum recte d
ris, excedens ad tristia fata viam sibi
rasse videtur. Namque non contentus
plicatione vaticiniorum jam impletoru
futura ecclesiæ fata a vatibus sanctis p
dicta, determinavit. Neque hac in re
explicatione generali substitit, sed ad s
cialiorem imo specialissimam descendit,
ut affirmare præsumserit anno CIƆIƆCXC

vel saltim circa initium sec. XVIII. gloriosum Christi regnum in his terris inchoatum iri. Quod opinionem hanc fovebat, nemini mirum erit, eum inter Irenicos locum invenire, qui pacem inter Protestantes reconciliare satagebant.

§. 8.

Tantus vir fuit Horchius noster, Theologus, Mathematicus, Græcus, Hebræus, Rabbinicus, Historicus, Ecclesiastes facundissimus, verbo, Polyhistor & Academiæ lumen. Si cum his omnibus conjunxeris diligentiam in literis assiduam & laborem in docendo indefessum, facile intelligitur, famam eruditionis ejus magis magisque increbuisse, atque juventutem studiosam ad eum audiendum undiquaque confluxisse. His rebus inflatus, quæ est naturæ nostræ imbecillitas, Collegas præ se flocci facere cœpit. Hunc potissimum fontem ego quidem arbitror, ex quo mala sequentia promanarunt.

§. 9.

His temporibus sic dicti *Piëtistæ*, seu potius Separatistæ, multos in ecclesia Protestantium motus excitarunt. Hi passim inter alia docebant: Protestantium ecclesiam

esse filiam Babylonis, imo ipsam esse Babylonem; cultum Dei publicum, ut nunc inter Protestantes peragitur, *quo Ecclesiastes ad ecclesiam de verbo Dei disserit & ei ad Deum preces fundendo praeit, esse abolendum atque ejus loco ita instituendum, ut singuli inter se colloquantur, suo quisque ordine doceat & publice preces fundat; pædobaptismum esse abrogandum; omne dignitatis Politicæ discrimen inter Christianos locum non invenire, adeoque sartores & sutores eodem loco, ac Doctores publicos esse habendos; revelationes divinas, præter verbum Dei scriptum, hoc tempore & fieri & fidem eis habendam; gloriosum Christi regnum in his terris brevi tempore appariturum*, &c. atque ecclesiæ doctores, qui hæc dogmata respuant, esse ministros Antichristi. His dogmatibus initio favit, deinde vero eas publice defendit. Multum ei commercii fuit cum KOENIGIO, REITZIO, KLOPPERO & aliis. KLOPPERUS hic, qui illustrissimo Comiti Braunfelsensi ab epistolis scribendis fuit, eo dementiæ prolapsus est, ut affirmare non sit veritus: *corpus suum nunquam esse moriturum, quippe quod a peccatis, mortis stipendio, penitus sit purgatum.*

§. 10.

Vidimus adhuc Horchium, virum præclarum,

clarum, omnimodæ eruditionis apparatu instructum, Professorem Theologiæ, linguarum orientalium & historiæ ecclesiasticæ eximium, ecclesiasten perfacundum, ab omnibus laudatum. Ast quantam, B. L., nunc videbis in eo catastrophen! Animi elatio ob eruditionem, qua Collegas suos antecellebat; elogia, quibus alii eum prosequebantur; assiduitas in studio Theologiæ Typico-Prophetico, qua imaginatio imaginibus hieroglyphicis obruebatur ac tandem confundebatur; præconcepta opinio de adventu regni Christi gloriosi instante; commercium cum hominibus fanaticis; morbus hypochondriacus ex nimiis lucubrationibus contractus; nata ex eo animi pertinacia: hæc omnia virum alioquin magnum in devia abductum præcipitem dederunt.

§. II.

Ut supra dictum est, Horchius eum KLOPPERO homine eminenter fanatico colebat amicitiam. Hunc cum BRAUNFELSII invisisset & deliramenta ejus auribus percepisset, & inde d. XXV. Maji CIϽIϽCXCVII. redux esset, sibi sequente nocte divinam revelationem obtigisse ipse scribit in hunc modum: (ipsa ejus verba dabit appendix N°. I.) *extraordinariam ea vespera in semet deprehen-*

disse animi alacritatem atque lætitiam, su ad pietatem colendam adhortatum ivisse cubi Post mediam noctem sibi visum esse audir gentem fragorem, quo facto se itendidem e mavisse: Vox Domini transit vi magnaque ria. Inter hæc se a Deo in magna planitie catum vidisse duos juvenes, alterum nota f decem circiter passus a se distantem, alt ignotum juxta se cubantem, itemque ariete se irruentem atque se prosternere annite Ast conatus ejus irritos fuisse, quod in De ex Deo vires acceperit. Quo conspecto ar in juvenem alterum tantum impetum feci corruere visus sit; hoc facinore edito ar ferociorem factum in se denuo irruisse; se eum cornibus corripuisse dorsumque ejus faciIi negotio, acsi agnus recens natus fu fregisse; Hoc facto se experrectum animu suum sacro metu fuisse repletum.

Ipse hanc visionem nocturnam somn sibi oblatam, proximo mane literis qui consignavit, sed non compertum ha utrum eam aliis, excepta uxore, tunc poris palam fecerit. Mihi quidem est simile, eum hanc postea demum cipulis & amicis intimæ admissionis feci sse. Quidquid sit, id extra dubii a positum est, phantasiam ejus misere eo pore fuisse perturbatam.

§. 12.

oſt menſes tres animi ſenſus palam pro-
iit. Cum enim d. xxx. Auguſti dicti
a Pædagogiarcha ad ſolemnem ſchola-
luſtrationem, more conſueto, invita-
eſſet, non modo non interfuit, ſed
m literis ad Senatum Academicum datis,
as dabit Appendix N°. II.) cauſſas cur
reſſe noluerit, adducit in hunc modum:
*'as cum inferiores tum ſuperiores Proteſtan-
t, ut hodie ſunt, eſſe agrum, in quo non
lolia ſerantur & metantur; conventus, in
us juventus ad hypocriſin formetur; nidos,
uibus ſerpens vetus & ova ſua pariat &
udat; eccleſiam eſſe regnum abominationum
rnalium; Dominum eſſe præ foribus, &
os jam ex abyſſo æterno patefacto ſigna ad-
'us audiviſſe; atque hæc vera eſſe, verbis
, qui in vicina captivus detineatur: (ipſe
ɔperus fuit, de quo §. 9. mentionem feci)
irmari, & quæ ſunt plura acerbiora verba,
us in Senatum Academicum eſt invectus.*

§. 13.

Iis literis non duntaxat Senatui Acade-
o inprimis HERMANNO HILDEBRANDO Col-
e ipſius, ſed toti Proteſtantium eccleſiæ

bellum fuit indictum. Senatus Horchium ad reddendam literarum rationem vocavit quidem, sed ipse in confessu comparere recusavit caussatus, se ejus potestati haud esse obnoxium. Hinc Senatus necessitate coactus rem ad HENRICUM, *Principem Dillenburgensem*, detulit, rogans ut viri insolentiam, interposita sua auctoritate reprimeret, atque ecclesiæ & Academiæ pacem redderet. Hic Horchium quem alioquin plurimi faciebat, ad pacem atque concordiam hortatus est. Ast surdo narrabatur fabula. Tantum enim abfuit, ut ad saniorem rediret mentem, ut potius acerbissimis verbis in ecclesiam Protestantium debacchari eamque Babelis filiam imo ipsam Babelem appellare, auditoresque suos, ut ea exirent, etiam atque etiam exhortari perrexerit. Itaque Princeps cum mœrens conatus suos ad tranquillitatem ecclesiæ atque scholæ restituendam irritos videret, rem cum reliquis Serenissimis Principibus Nassavicis, Deciensi scilicet atque Siegenensi, quorum communi consilio tunc temporis Academia Herbornensis regebatur, communicavit, atque quid factu opus ipsis videretur, rogavit. Hi viros & Theologos & Jurisperitos miserunt, qui caussa diligentius excussa, reque eum Dillenburgicis diu multumque deliberata, censuerunt, Horchium, quem neque blandis admonitionibus

neque

que minis viderunt adduci posse, ut ab-
tis erroribus ad officium rediret suum,
tempus ab officio cum ecclesiastico tum
ademico esse suspendendum, si forte sa-
ra caperet consilia; quæ sententia d. II.
v. CIↃIↃCXCVII. ei fuit insinuata, addito
rum monito, ut a turbanda ecclesiæ pace
isteret. Verum quo Horchius pede ce-
at, perrexit. Etenim sermone d. XXVI.
sdem mensis habito, (ex quo excerpta
edam in Appendice N°. III. Lectori Be-
volo exhibentur) infestissimo animo,
rbissimisque dictis in Protestantium ec-
siam non solum declamavit, sed quoque
am conviciatus est: *Theologos esse hypocri-
& Antichristi ministros; sceptrum Acade-
um esse sceptrum Babelis matremque omnis
fusionis, flagitii atque cædis; se morem gessu-
n voci cœlesti; exi mi fili, ex Babele; Theo-
os exire recusantes, si piissimi alias essent, hor-
do tonitru ex ea brevi tempore expulsum iri;
i tot a Deo factas esse revelationes ut vel in-
rum volumen eas capere non posset.* Itaque
m omnis spes resipiscentiæ evanuisset,
idem d. XV. Februarii CIↃIↃCXCVIII no-
ne omnium Serenissimorum Principum
assavicorum sententia in hunc fere sensum
lata: Horchium, quia visiones & somnia
taret, iisque fidem haberet, ac Schisma
clesiæ contra pacem in Imperio Romano

publicam meditaretur, utroque munere omnino privandum eique intra quatuor septimanas urbe terraque Nassavica excedendum esse, sine ulla spe posthæc muneris unquam publici in his terris recuperandi.

§. 14.

Hoc mandato compulsus, Herborna relicta, *Offenbacum ad Mœnum* petiit, quod inde diebus aliquot ante Literæ ad eum perlatæ erant, perhibentes Illustrissimum Comitem *Isenburgicum* eum recepturum atque Offenbaci habitationem concessurum esse. Hic aliquoties, potestate ab Illustrissimo Comite facta, pro rostris sacris dixit. Haud longe post Vir cl. DECKER, qui Illustrissimo Comiti *Leiningensi*, tum *Francofurti ad Mœnum* demoranti, a sermonibus sacris fuit, literis Horchio significavit, ipsi licere, quotiescunque luberet, in sua æde orationes habere sacras. Conditionem accepit, sed quoties ibi peroravit, textus propheticos sibi sumsit tractandos, ac statum ecclesiæ Protestantium internum, more solito, atris depinxit coloribus, *eductam quidem eam fuisse per Reformatores ex Ægypto mystica sed illuc unde egressa erat, uxoris Lothi instar, respexisse atque revertisse.*

Offenbaci plura edidit scripta infra recensenda ad ecclesiam Herbornensem itemque ad-

adversus HILDEBRANDUM ibidem Theologiæ Doctorem & Professorem, suum quondam Collegam. Sub finem anni CIↃIↃCXCVIII. nulla interdicti habita ratione *Herbornam* reversus est, ibidem dimidium fere annum transegit ac in conventiculis crebrioribus Biblia sacra explicuit. Quod cum ei HENRICUS, Serenissimus Princeps *Dillenburgicus* interdiceret, respondit: utrum subditis suis salutis viam occludere velit? Quo insolenti responso Princeps commotus mandavit, eum nisi discederet, pœna affectum iri, quæ eos manet, qui publicam tranquillitatem turbare moliuntur.

§. 15.

Hinc contulit se (*) ESCHWEGAM ad patrios lares, ibidemque conventus privatos, sueto more instituit confluentibus multis, ut hominum ingenia ad nova quæque & insolita propensa sunt. Quæ res ubi ad Consistorium *Cassellanum* est delata, jussus est cœpto desistere, ne quid durius in ipsum statueretur. Indignatus vehementer Horchius libellum supplicem CAROLO, Serenissimo *Hassiæ Landgravio*, tradidit hujus argumenti (verba ipsa lege in Appendice N°. IV.): se ejusmodi conventus duce Spiritu libertatis agere, ad promovendum regnum Dei instans,

(*) d. XIX. Junii CIↃIↃCXCIX.

seque ad id a Deo esse vocatum & missum; itaque sibi non licere Serenissimo Landgravio hac in re morem gerere, nisi Deo obluctari vellet; timidis lacum sulphureum in Apocalypsi Johannea esse comminatum; quare paratum se fore ad quævis mala, siquidem infligendi Deus Ipsi dederit potestatem, æquo animo perferenda; ceterum se orare ut prius audiatur quam condemnetur, ac precari Serenissimo Landgravio illuminationem Spiritus Sancti efficacem, ut Dei regnum in Patria sua locum habere possit. Literis his motus Serenissimus Landgravius *Theologos Marburgensis* caussam Horchianam quam diligentissime examinare jussit. Quod cum facere cœpissent, eadem illis, qua theologis Nassavicis, arrogantia respondit, quin imo fratres eos agnoscere recusavit, conviciatus, eos esse *esse hostes Christi atque Landgravium ejutque regimen Christianismo adversari.* (*) Quo facto, Landgravio jubente d. XII. Nov. CIↃIↃCXCIX in arce Marburgensium *carcere*, satis tamen commodo ac tolerabili, ceu homo, qui quamvis mente quodammodo captus, publicæ nihilominus tranquillitati infestus sit, inclusus est. Jam ad ani-

(*) Confer *Epistolam* B. MIEGII, tum temporis Theologi Marpurgensis, ad Excell. GERARDUM DE MASTRICHT, Syndicum Bremensem, quam mihi communicatam a *S. Rev. Schumachero*, ejus ex filia Nepote, legis in *Appendice* No. VI. N. B.

mi imbecillitatem corporis quoque mor-
accessit, videlicet vehementior Melan-
olia, qua adeo fuit correptus, ut vestes
eraret, vasa ac fenestras confringeret,
se ipsum misere vulneraret. Biduo post-
m in carcere detinebatur, epistolam ad
rem, (in Appendice No. V. exhiben-
a) exaravit, ex qua æque animi confusio
ue præjudicata opinio de regno Christi
rioso proxime apparituro, perspicitur.
erim morbo medicorum ope sensim le-
o sanitateque recuperata d. XII. Julii
IↃCCI. e carcere demissus est.

§. 16.

Hinc ESCHWEGAM, in patriam suam ha-
tum concessit, ibidemque vitam trans-
: privatam quidem, sed edidit tamen
pta nonnulla, infra appellanda. Ast
e privatæ pertæsus anno CIↃIↃCCIX Sere-
imis Principibus *Nassavicis* operam suam
ulit humillimeque petiit, ut publico ip-
a munere ornare dignarentur, pollicitus,
em sese posthæc præstiturum, ut beneficii
se collati non pœniteret. Postquam vero
ulsam tulit, CAROLI *Serenissimi Hassiæ*
ndgravii gratiam, ut se fovere & tueri
it, imploravit. Miseria Viri alioquin
tissimi atque celeberrimi Landgravius
nmotus, eum CASSELLAS evocavit & ad
se

se familiamque alendam ac honorifice sustentandam beneficium annuum ipsi est gratificatus. Deinde agellum KIRCHHEYNÆ, quod est oppidulum haud ita procul a Marburgo situm, sibi emit, eo concessit atque anno CIↃIↃCCXXX. curriculo vitæ per varios casus per tot discrimina rerum finito, apoplexiam antea passus, ætatis anno septuagesimo octavo diem obiit supremum.

Scripta ejus sunt.

1. Disputationes philosophicæ III, exhibentes aliquot fragmenta ethica. Respondente JOH. CONRADO ECKHARD Marburgi, 1679. Dissertatio de Natura Insomniorum Marburgi 1675.
2. Elementa Charitometrias ad investiganda divinæ gratiæ dimensiones comparata, in Universitate Heidelbergensi sub præsidio JOH. LUDOVICI FABRICII S. S. Theol. D. & P. P. h. t. Decani, pro privilegiis, ut vocant, Doctoralibus. Heidelbergæ ad d. XI. Nov. CIↃIↃCLXXXVI.
3. Sacerdotium Romanum una cum ejus sacrificio, ex characteribus Aäronici & Melchisedeciani intimaque sacrificiorum indole ut & Hebræorum monumentis more Geometrico νοθείας convictum, ut simul Epistola ad Hebræos, in quantum de sacerdotio agit in principia

cipia Mathematica resolvatur atque Quæstio LXXX. Cathecheseos Palatinæ ab imputata calumnia liberetur. Amstelodami 1690.

4. Collegium Theologicum publicum continens Disputationes VI. Herbornæ 1690.

5. Dissertationes Theologicæ (1) de igne sacro & obiter de Musica, sacro igni victimas absumenti accinente. (2) Hermeneutica sacra aliquot canonibus asserta. (3) De generatione filii Dei æterna ex intima Dei indole, mathematice demonstrata, Herbornæ 1691.

6. Herbornische Bibel-Ubung / das ist / Christus im Schatten und Cörper / nach gewissen zeitläuften unter der Verheissung / gesez und Evangelio / ibid. eod.

7. Dissertatio epistolica de generatione filii Dei æterna ad Virum plurimum Rev. atque Cl. Roëllium, ibid. 1692.

8. Dissertatio Theologica de fœdere gratiæ Dei cum peccatore, ibid. eod.

9. Investigationes theologicæ circa origines rerum ex Deo, contra Benedictum de Spinoza. Sunt Disputationes VIII. Herbornæ 1692. publice ventilatæ, Respondentibus (1 & 2.) Rutgero Henckel (3) Franc. Paravicini (4) J. Jac. Hendschio, Wolffersvilla - Bipontino

(5) J. Henr. Volckman (6) J. Chph. Bus (7) J. Lud. Pistor (8) Mart. Fleischhut.

10. Præcepta methodica formandæ concionis, ibid. eod.

11. Schriftmässige Untersuchung der Sendschreiben an die Sieben Gemeinen in Asien / ibid. 1693.

12. Dissertatio prophetica de agno in monte Sion, juxta visionem Apocalypticam cap. XIX. 1–5. ibid. 1694.

13. Dissertatio theologica de jure primogenitorum, inprimis Domini nostri Jesu Christi, ibid. eod.

14. Apparatus ad Demonstrationem Epistolæ S. Pauli ad Romanos, ibid. eod.

15. Warheits und Friedens-schule. Erste aufgabe / oder heilige eintracht der Evangelischen in der Göttlichen Gnadenlehre / andern zum weitern nachdenken fürgelegt / ibid. 1695

16. Noctium Nassavicarum semestre primum, exhibens elementa charitometrias ad investigandas gratiæ Divinæ dimensiones & promovendam inter Protestantes pacem ecclesiasticam comparata, ibid. & Trf. eod.

17. Das A. und das O / oder Zeitrechnung der ganzen heiligen Schrift / ausgezieret mit den fürnemsten Vorbildern und Weissagungen / und der natürlichen ordnung der ganzen Offenbarung / fragsweise fürgestellet / Leipzig 1697

18.

18. Aäron & Melchisedec, seu Euclidis Sacri Specimen primum de indole sacerdotum Dissertatio, Herbornæ 1697.

19. Dialogorum de Schechina seu apparitione Dei, facta Patribus inprimis Abrahamo in querceto Mamre, fragmentum I. Dissertatio, ibid. eod.

20. Zwey Sendschreiben an seine Zuhörer zu Herborn / in der Kirche und in der Schule / Offenbach 1698

21. Rettung der Sendschreiben / ibid. eod.

22. Die fragen / welche Hn. D. Horchen so wol zu Herborn als zu Marburg sind vorgehalten / und die antworten / welche er darauf gegeben / samt den vorschlag eines unpartheyischen mittelmanns in der Herbornischen sache / die getrennten zu vereinigen / sive loco 1701

23. Gegensaz des ewigen Lichts und der ewigen finsterniß in zehn fragen fürgestellet / und daß sie beyde gleich ewig seyn / grundlich dargethan / wozu noch komt ein Sendschreiben an einem Bruder / Marburg 1706

24. Textuum sacrorum fasciculus I., in quibus totum Canticum Canticorum cum succincta paraphrasi & ex insitis characteribus, prævie demonstrata analysi ad faciendum iis compendium, qui versionem ejus vernaculam, sub prelo sudantem, examinare dignabuntur: inventuri simul & curas in minutiis posteriores circa Jobum, jam ante has pri-

pridem pagellas impressum, Marb. 1708.

25. Des vom Ezechiel gesehenen Tempels Grundriß / beschreibung und deütung / ibid. 1709

26. Cyclus magnæ mundi hebdomadis in prima adumbrata, ad dijudicanda ordine temporum signa, ibid. eod.

27. H. Horchii Patmus, hoc est, Apocalypsis Jesu Christi, quæ vulgo dicitur S. Johannis, elucidata, prævie demonstrato ordine rerum in VII Epistolis, VII Sigillis VII Tubis & annexis septimæ tubæ VII Phialis contentarum, nec non perpetua paraphrasi singulorum versuum usque ad finem cap. XVI. scholiis item necessariis ad reliqua etiam capita usque ad finem libri, ibid. eod.

28. Structura templi ab Ezechiele visi cap. XL. & *sqq.* demonstrata ex textu prophetico & simul technographice delineata, ibid. eod.

29. Mystische und Prophetische Bibel / ibid. 1712.

30. Mystisches Chaos / ibid. eod.

31. Philadelphia, oder Bruderliebe unter den rechtschaffenen Glaubigen in den so genannten Lutherischen und reformirten Gemeinen / ungeachtet der streitfragen / welche dieselben unter einander haben / zur ersten Probe vom heiligen Abendmahl fürgestellet / ibid. eod.

32.

2. Philadelphia, das ist / Brüderliebe unter den rechtschaffenen Glaubigen in den so genannten Lutherischen und reformirten Gemeinen / ungeachtet der streitfragen / welche dieselbe unter einander haben; zur andern Probe von der Gnadenwahl und zugehörigen fragen furgestellet / ibid. eod.

33. Archetypus seu scrutinium naturæ spiritualis & corporeæ generaliter spectatæ ex consideratione Dei, tanquam summi rerum Exemplaris, nec non compendium Spinozismi confutatum, ibid. 1713.

34. Invisibilia Dei in rebus ab ipso factis visibilia contra Spinozam, cum Consectario pacifico inter Clarissimos Viros DRIESSENIUM & WITTICHIUM, & multiplici analogia naturæ spiritualis & corporeæ, tanquam genuino theologiæ hieroglyphicæ fundamento; nec non Ichnographia currus gloriæ *Ezech.* I: & IX. & Theatrum Apocalypticum *cap.* IV. & V. & numerus bestiæ *Apoc.* XIII: 8. Denique Saron & vallis Achor, hoc est, Palæstina florens & desolata, ut sedes ecclesiæ christianæ pristina secundum *Jes.* LXV: 8. & futura olim in novissimis juxta *Hos.* II: 16, 17. ibid. 1719

Denique non prætereundum, Horchium Præfationes sequentibus libris,

primo ex Belgico & altero ex Anglico in sermonem Germanicum conversis, præmisisse.

1. THOMÆ ALBERTHOMA, gewesenen Predigers zu Gröningen tractat: Richter in dem Paradies/ von Joh. Clemius/ Prediger zu Wanfried/ übersetzt/ Herborn 1694.
2. PETER DU MOSC Geistliche Schriften/ zweyter Theil/ ibid. eod.

APPENDIX

No. I.

Im Jahr 1697. d. 25. May des abends/ da wiederum von Brawnfels kam (sunt ipsa Horchii verba) verspührte bey mir eine ungemeine stärke des geistes/ vermahnete die meinigen zur gottseligkeit/ insonderheit befahl meiner haußfrau/ die Küche so anzurichten/ daß wir allesampt mässig lebeten/ und nüchtern blieben zum gebät. Da mich zur Ruhe begab/ befand in meinem hertzen eine sonderbahre freude in Gott/ und schlief damit ein. Des nachts zwischen 1. und 2. Uhr erhub sich in meinem geist ein gewaltiges gethöne als wären alle donner und geschütze in der gantzen Welt zugleich gelöset/ worüber innerlich im geist ausbrach/ in diese Triumph worte: Die Stimme des Herrn gehet mit macht/ mit grosser Herrlichkeit/ welches ich zum öfftern wiederholete/ bis daß mich Gott auf einen weiten ebe-

nen plaz stellete / und etwa zehen Schritte von mir einen Jüngeling / so bey mir im hause &c. Ein anderer aber lag noch bey mir in unbekanter gestalt / im bette / der wurd nicht munter. Also bald sahe einen Ziegenbock ganz grimmig und eilend auf mich zurennen / und da er bey mich kam / setzete er zu unterschiedenen malen an / mich zu boden zu stossen. Aber ich schöpfte in solchen augenblik gewaltige stärcke in und aus Gott / die dessen anlaüfe allesampt zu nichten machte. Darauf wendete er sich in grosser eil und grausamkeit zu den Jüngeling und stiesz selbigen mit ungestüm in sein angesicht / daß er davon taumelte / und sich anstellete / als wolte er zur erden sincken. Hierdurch wurde der wütende bock muthiger / und kehrete sich mit voriger grimmigkeit und grossen ernst abermal zu mir. Im ersten anlauf aber ergrif ihm beym kopf / und zerbrach seinen rücken / nicht anders als wäre es ein junges zartes böcklein. Nach diesen erwachete und wurde meine brust erfüllet von heiliger furcht; und nach dem meine hausfrau erwecket / und ihr dieses erzehlet / mit ernster wiederholung desjenigen / was ich ihr vorher am abend hatte eingeschärfet / riefen die wächter den gewöhnlichen morgengesang / der uns zur munterkeit aufweckte / und errinnerte an die zukunft des grossen Gottes / und unseres Heylandes Jesu Christi. Komm demnach Herr Jesu / Ja komm bald / Amen.

Herborn 26. May 1697. des morgens um 8 uhr.

No. I I.

MAGNIFICE DOMINE RECTOR,

UT ET

CLARISSIMI DOMINI COLLEGÆ.

Nachdem auf gegenwärtiges schulexamen / wie gewöhnlich / bin eingeladen worden / finde mich gedrungen zur ehre Gottes diese gewissensfrage hiemit ein zu schicken / mit dienstlicher bitte / dieselbe so zu examiniren / dasz man vor Gottes angesicht sein gewissen dabey wohl prüfen möge / ehe man selbige mit ja / oder nein beantworte.. Die frage ist kurzlich diese: ob wir warhaftig glauben / daß die furcht des Herrn der weisheit anfang seye? Dann ergreiffen wir die kraft der warheit / die unter diesen worten der heiligen Schrift verborgen lieget / warum billigen und hegen wir solche Schulen / darinn die furcht des Herrn bald gar vergessen / im gegentheil die Jugend zu einem leeren mundgeplapper und Papagey-gewäsch angeführet wird? Säet man fast lauter unkraut / was will man für weitzen erndten? unkraut / unkraut / unkraut ists / das man gesäet / und der warhafte saame solcher himmelschreyenden heucheley / die anjetzo die ganze Christenheit überzogen / daß man nemlich zu Gott nahet mit den lippen / aber das herz weit von Ihm entfernet. Gott verzeihe und dem

ach/ dasz wir bisher aus unseren zarten Jugend
e junge heuchler gemacht/ und noch dazu fronvögte
sie gesetzet/ die den saamen Abrahams/ der von
reyen zur freyheit geboren/ mit solcher dienstbarkeit
en. Was mich demnach angehet/ will und kann
inem solchen heuchelwesen und unkraut-erndte in
eit nicht mehr beywohnen/ aus furcht/ den ge-
en Gott zu zorn zu reizzen/ und der plagen Egypti/
un so nahe vor der thür sind/ mit theilhaftig zu
en.

d dieses will ich gleichfalls von dem Examine unserer
idaten in der Theologie verstanden haben. Haben
dieselben wohl wo anders zu geschickt gemacht/ als
äussern vorhof/ der den heyden gegeben ist? Wie
n wir ihnen dann nun den lehrbrief geben/ als
n sie tüchtig zum dienst des innern Tempels/ und
wahrhaftigen Altars? Im gegentheil sind sie ein-
het zum lediggang/ des teufels Ruhekussen: zum
rt/ einem greuel Gottes: zur zaumlosigkeit/ einer
n bahn zu allen lastern. In summa/ unsere jet-
schulen/ niedrige und hohe sind gemeiniglich solche
e/ darinn die alte schlange ihre eyer leget/ und sie
ausbrütet. Und so ist es auch insonderheit mit der
gen bewandt. Die heutige Kirche aber/ wie sie von
n schulgelehrten geistlosen regieret wird/ ist kurz
gen/ ein himmelreich voll höllischer greuel. Was
er dann/ das anjetzo Gott der Herr erwähle was
ht ist vor der Welt/ dasz er die Weisen zu schanden
e. Will jemand nähere nachricht haben/ der er-

innere sich seines amts / und prüfe den geist des au benachbarten schlosse gefangenen Mannes. Doch ehe wir dieses zu thun vermögen / so ist es nöhtig / das wir uns zuvor selber prüfen / ob wir wahrhaftig geistliche Männer seyen / und solches mit worten und werken darthun können / im geist / und in der kraft. Wie mich nun hierinnen gar schwach und kraftlos empfinde / als weiß für mich kein nöhtigere lection als rechtschaffene Busse. Dann der Herr ist nahe / und seine Knechte haben schon die Losung gehöret aus dem geöfneten ewigen Abgrund. Komm Herr Jesu / ja komm bald / Amen.

Inzwischen bin und bleibe /

Magnifice Domine Rector ut & Clarissimi Domini Collegæ.

Herborn 30. Aug. 1697.

Euer zu allen Christl. pflichten verbundener treuer Diener /

HENRICH HORCHE.

N°. III.

Excerpta ex sermone sacro HORCHII d. 26. Septembris 1697. Herbornæ habito.

Die Christliche Kirche ist nicht gebunden an ein hauß / das mit menschenhänden gemacht is. Aber es möchte jemand sagen / Gott habe doch im alten Testament befohlen den Tempel zu Jerusalem zu bauen / und habe in

dem-

jenselben gewohnet; aber das war ein schatten und vorbild auf Christum und die Glaubigen / dieweil er wolte vorbilden / wie er wohnen wolte in Christo / der da ist das wahre heiligthum / und den Glaubigen / die da sind wohnungen Gottes / und Tempel des heiligen Geistes. Aber nach dem Christus ist kommen / und die Glaubigen durch denselben zu Tempeln Gottes gemacht sind / so ist der schatten und vorbild verschwunden.

Lasst uns sehen auf unsern Gottesdienst wie er bishero angestellet gewesen; er ist nicht ein lebendiger / sondern ein todter Gottesdienst / da einer allein reden will. Sollen die Glaubigen seyn stumme Götzen / die weder rede noch stimme in ihrem munde haben?

Ist in der Kirche nicht alles nach dem weltstand angerichtet / und geordnet? habe ich doch selbsten einen solchen plaz müssen betreten: (und allda zeigte er mit händen auf die Professors bühne). Soll ich ein solcher seyn / ein solcher stummer hund / der nicht bellen kan? Gott will bald eine probe thun / und die Schaafe von den Böcken scheiden. Der Herr ist nahe mit seinen Gerichten. Thut busse / das himmelreich ist nahe herbey kommen.

Was können wir anderst sagen / als daß das volck Gottes noch sey in Babel? und wie können wir euch anderst zurufen als: gehet aus / aus Babel / Offenb. 18? Aber es mögte Jemand sagen: ist hier Babel? längstens sind wir aus Babel ausgegangen. Ja wolte Gott! daß wir recht draus gegangen wären / und nichts mitgenommen hätten. Wir müssen gestehen / daß das volck

Gottes noch in Babel seye / das Babstthum solte die ehre haben / dasz es soll seyn die Mutter Babel / aber die töchter haben auch noch die greuel der verwüstung.

N°. IV.

Durchlauchtigster Hochgeborner Fürst /
Gnädigster Furst und Herr /

Ihro Durchlaucht haben durch dero Hochfürstl. Consistorium unlängst anbefehlen lassen / diejenigen Ubungen / so allhie nach dem Geist der freyheit / so in Christo und den ersten Christen wirket / zu beförderung des heran nahenden Reichs Gottes angefangen / gänzlich zu unterlassen / oder aber wiedrigen falls / andere unbeliebige verordnungen zu gewarten. Nun wolte mich in diesen stück selig preisen / wann der wille Ihro Durchlaucht mit dem willen meines Gottes / der mich hiezu berufen und gesandt hat / in gebührender Harmonie stünde / dem Kaiser zu geben / was des Kaisers ist / und zugleich Gotte was Gottes ist; aber dieweil im Göttlichen Wort / heiter und klar / dasz der gehorsam gegen Eüre Durchlaucht warhaftig ein ungehorsam gegen meinen Gott seyn wurde / und eine solche verzagtheit / welche nach dem zeügnis der hohen Offenbarung den feuerspful verdienet; als ist mir vor dieszmal kein ander mittel gelassen / meinen unterthänigsten gehorsam gegen Eüre Durchlaucht / meinen Gnädigen Landes-fürsten und Herrn / zu bezeugen / als in gedultiger Aufnehmung des

angedrohetem leydes / wann Ihm solche mir zuzufügen von Gott von oben herab solte gegeben werden / massen dieser gehorsam gegen meinen Hohen Principalen / der mich auch zum Kreuz berufen / gantz wohl accordiret: hoffe aber Eüre Durchlaucht werden so gnädig seyn / und mich zuvor hören / damit sie Gott wird hören. Im übrigen wünsche von ganzen herzen allen Segen über Eürer Durchlaucht hohes und theures Haupt / fürnehmlich aber kräftige Erleuchtung von Gott zum durchbruch seines Reichs in diesem unsern Vatterlande / um welches willen selbst mein leben nicht theuer achte / damit meinen lauf vollende mit freuden / und verbleibe in allem / das nur ohne verletzung Göttlichen Willens von mir geschehen kann / zeit meines lebens

Eurer Hochfürstlichen Durchlaucht
meines Gnädigsten Fürsten und Herrn

Eschwege /
31. Julii
1699.

Unterthänigst gehorsamster
Knecht

HENRICH HORCHE,
von Eschwege.

No. V.

Liebe Frau.

Es ist des Herrn Rath über mich / dasz ich so bald noch nicht euer angesicht werde sehen / indem vorgestern abend / nemlich des Sontages um 5 uhr / da eben zu einem guten Freund eingetreten war / ein stück brods mit ihme zu essen / mir allererst mein recht logiment auf hiesigem Schlosse in einem Ercker unten am dache / zum guten zeichen angewiesen wurde. Es ist dasselbe zu meiner intention gar bequem / nemlich mit Gott in der stillen einsamkeit steten umgang zu haben / sintemahl es zu dem ende / mit einem wächter vor der Thür versehen / damit weder selbst durch unnöhtigen ausgang diesen meinen innern Sabbath verstören noch andere ihn verstören mögen / welche uns sonst durch ein fleischlich gespräch die zeit / welche fürnemlich in diesen letzten tagen so edel ist / pflegen wegzustehlen. Gelobet sey der Herr / der seine Knechte mit dem Geist der grosmüthigkeit angezogen hat / die busse in der wüste zu predigen; Ja auch den Hohen zu sagen / was ihnen zu sagen ist: dann hiebey mercken wir / dasz Christus mit seinem Reich nahe vor der thür seye: fürnemlich / weil es auch schon so weit gekommen / das sie deswegen mit gefängnis belegt werden. Und nun freuet euch hierüber / und abermal sage ich / freuet euch dieweil sich unsere Erlösung nahet. Hoffet aber diese einzig und allein vom Herrn / und harret seiner

ner hülffe unter steten bäten und flehen. Gedenket an die wittib Luc. XVIII. 1. auf daß ihr frühzeitig und annoch bey dem leben eures Mannes/ euch zum rechten Wittwenstand bereiten möget/ durch Einsamkeit und Gebät ohne unterlaß. Der Herr aber gebe euch auch gnade/ die Kinder in abwesenheit des Vatters recht zu erziehen / und versehe euch zu dem ende mit einem männlichen geiste und mit männlicher stärcke / daß ihr in diesen zustand / darinn euch der Herr auf der probe stellt / möget treu erfunden werden / und Vatter und Mutter zu gleich seyn. O meine liebe Kinder/ gebet demnach eurer Mutter nunmehr zweyfache Ehre durch desto willigern Gehorsam/ dann sie wird nun auch euer Vatter seyn/ auf daß euch von dem Segen/ der den gehorsamen Kindern versprochen ist / nichts möge abgehen Fürnemlich aber schauet auf den Himmlischen Vatter / und wandelt stets für seinen augen / in Kindlichen gehorsam / furcht und Liebe. So wird er euch auch schützen/ und an leib und seele väterlich versorgen. Thut diesen meinen zustand durch eine abschrift dieses Briefes eiligst an Hof kund/ wie auch allen Freunden hin und wieder und versichert sie / das ihrer stets gedenke in meinem Gebät für Gott / damit ihnen der Herr wiederfahren lasse den Reichthum seiner Gnade zu herzgründlicher busse / und zum eingang in sein herrliches Reich / das nun mit so grossen springen heran kommt. Im übrigen weinet nicht über mich / dann der Herr ist meine freude / und meine stärcke; weinet aber vielmehr über eure und meine / ja der gantzen Christenheit sünden / damit sie sich für den Herrn

jetzt

jetzt so höchlich schuldig machet / auf daß wir Gnade für ihm finden / und dem künftigen zorn / der für der thür ist / entrinnen mögen.

Weiter / o meine liebe Frau / lernet in diesen umständen / darinn uns der Herr gesetzet hat / das gebott Christi erfüllen / unsre feinde zu lieben und diejenige zu segnen / die uns beleidigen und verfolgen / damit wir Kinder seyn mögen unsers Vatters im himmel. Mischet demnach euren grimm und galle nicht mit ein / wann ihr an sie gedencket / oder von ihnen redet / damit ihr nicht aus der lauterkeit des hertzens möget fallen / und den Tempel Gottes in euch verstören. Emphelet hingegen dem Herrn die Rache / der zur rechter zeit vergelten wird / wann sie sich nicht bekehren. Aber möge doch vielmehr dieses letztere seyn! daß der Herr schonen / und wir uns in ihrem heil freuen mögen! welches er auch an einigen noch thun wird / nachdem er uns bereits davon die probe lassen sehen / wie ihr wohl wisset / und mit mir deswegen Gott preiset. Nun / der Herr / auf den wir hoffen / und der uns gerufen hat mit einem heiligen Rufe zur gemeinschaft der leiden / die in Christo sind / und zur Herrlichkeit darnach / der wolle uns allesampt erfüllen mit seiner Gnade und mit allerhand Gottes-fülle / daß das leben Jesu in uns möge offenbaret und wir von einer klarheit zu der andern vergestaltet werden zu seinem bilde / dazu wir auch verordnet sind / ehe der welt grund geleget worden. Grüsset die beyden Tischgenossen / und saget ihnen / es seye nun die zeit herbey kommen / das Johannes seine Jünger zu Jesu schicke / damit jener abnehme / dieser aber wachse und zwar zu einem

:/ der die ganze welt füllet / in welcher hofnung ich lebe sterbe / und in dem zeugnis der warheit meinem Heiland Himmelskönig werde getreu seyn bis in den Tod. Gnade unsers Herrn Jesu Christi sey mit uns allen. n. Sendet mir mit diesen botten meine Hebräische el / das Griechische Testament / meine beyde Teutsche eln / Lutheri und Piscatoris. Item leinenzeug / meine ntoffeln / und schwarz halstuch. Der Herr aber / der uns dem leibe nach getrennet hat / vereinige uns destomehr geiste und im sinne Jesu / bis wir uns Ermahleins uen in der auferstehung der gerechten und mit einander g bey dem Herrn seyn. Schlieslich gedencket meiner den in eurem Gebät / wie ich dann auch eurer jederzeit nken werde / wann ich für den Herrn trette. Schreibet wieder mit diesen botten / lasset aber den Brief offen / nit er von dem Herrn Commendanten des Schlosses me gelesen werden. Hiemit umfasse euch samt den Kinn / und allen Hausgenossen in herzlicher liebe und bleibe

arpurg /
4. Nov.
1699.

Euer jederzeit Getreuer /

H. HORCHE.

P. S. Wo ihr etwas an mich zu bestellen habt / das schicket an Herrn Engelhard Lorentz / in die Probstey /

se familiamque alendam ac honorifice sustentandam beneficium annuum ipsi est gratificatus. Deinde agellum KIRCHHEYNÆ, quod est oppidulum haud ita procul a Marburgo situm, sibi emit, eo concessit atque anno CIƆIƆCCXXX. curriculo vitæ per varios casus per tot discrimina rerum finito, apoplexiam antea passus, ætatis anno septuagesimo octavo diem obiit supremum.

Scripta ejus sunt.

1. Disputationes philosophicæ III, exhibentes aliquot fragmenta ethica. Respondente JOH. CONRADO ECKHARD Marburgi, 1679. Dissertatio de Natura Insomniorum Marburgi 1675.
2. Elementa Charitometrias ad investiganda divinæ gratiæ dimensiones comparata, in Universitate Heidelbergensi sub præsidio JOH. LUDOVICI FABRICII S. S. Theol. D. & P. P. h. t. Decani, pro privilegiis, ut vocant, Doctoralibus. Heidelbergæ ad d. XI. Nov. CIƆIƆCLXXXVI.
3. Sacerdotium Romanum una cum ejus sacrificio, ex characteribus Aäronici & Melchisedeciani intimaque sacrificiorum indole ut & Hebræorum monumentis more Geometrico νοθείας convictum, ut simul Epistola ad Hebræos, in quantum de sacerdotio agit in principia

cipia Mathematica reſolvatur atque Quæſtio LXXX. Cathecheſeos Palatinæ ab imputata calumnia liberetur. Amſtelodami 1690.

4. Collegium Theologicum publicum continens Diſputationes VI. Herbornæ 1690.

5. Diſſertationes Theologicæ (1) de igne ſacro & obiter de Muſica, ſacro igni victimas abſumenti accinente. (2) Hermeneutica ſacra aliquot canonibus aſſerta. (3) De generatione filii Dei æterna ex intima Dei indole, mathematice demonſtrata, Herbornæ 1691.

6. Herborniſche Bibel-Ubung / das iſt / Chriſtus im Schatten und Côrper / nach gewiſſen zeitläuften unter der Verheiſſung / geſez und Evangelio / ibid. eod.

7. Diſſertatio epiſtolica de generatione filii Dei æterna ad Virum plurimum Rev. atque Cl. Roëllium, ibid. 1692.

8. Diſſertatio Theologica de fœdere gratiæ Dei cum peccatore, ibid. eod.

9. Inveſtigationes theologicæ circa origines rerum ex Deo, contra Benedictum de Spinoza. Sunt Diſputationes VIII. Herbornæ 1692. publice ventilatæ, Reſpondentibus (1 & 2.) Rutgero Henckel (3) Franc. Paravicini (4) J. Jac. Hendſchio, Wolffersvilla-Bipontino

in his follicita judicare. Quid Tibi d
& ejus asseclis videatur enixe scire ve
Libros, &c. &c.

Vale & mihi fave. Raptim Marb, d.
Sept. 1699.

V.

CORNELII BOOTT,

V. D. M.

QUONDAM MEDIOBURGENSIS,

OBSERVATIO

AD

Deut. XXI: 22, 23. & *Gal.* III: 13.

§. I.

Veteres Interpretes verbis his *Deut* XXI: 22, 23. occurrentibus ſemper deſignari ſtatuerunt *ſupplicium crucis ultimum & acerbiſſimum*, quod in delictis gravioribus apud omnes fere gentes in uſu erat. Hanc ſententiam ſuggerebat

1. Uſus certus & indubius verbi תלה *ſuſpendit*, quod Moſes ipſe *Gen.* XL: 19. de crucis ſupplicio uſurpavit.

2. Illuc ducebat *formale criminis capitali* quod indicat scelus enorme, gravi supplicio plectendum.

3. Magis adhuc illuc vocabat *maledicti* huic supplicio superaddita, nihil eni horribilius erat, quam crucifixio.

4. Denique dubitare non sinebat *Auctorit Paulina Gal.* III: 13. dum hanc ipsa sanctionem directe ad *Christum* adplic *sub maledictione nostra suspensum de cru ligni.*

§. 2.

Inter Christianos, qui cum Judæis neg runt supplicium crucis unquam apud Judæ in usu fuisse, primus fuit CASAUBONUS *cont Baronium*, his tribus præcipue utens arg mentis.

1. Hebræos non habuisse *proprium vocab lum*, quo *crucem* exprimerent & lignum non posse intelligi de *cruce.*

2. Judæos de quatuor tantum supplici rum generibus mentionem facere, *e clusa cruce.*

3. Silentium S. S. hoc inferre, & *crucifixionem Deut.* XXI. tantummodo innuere *appendicem lapidationis.*

§. 3.

Placuit nimirum Rabbinis negare & manibus pedibusque obnixe pernegare, maximum illud *malum*, *crucem* in republ. Hebræa unquam usurpatam fuisse, restringendo supplicia publica ad numerum quaternarium, lapidationem, combustionem, decollationem & strangulationem. *Suspendium* proinde hoc non habent pro pœna *vivo* inflicta; sed tantum pro *additamento*, quod *post mortem* imponebatur; uti cum aliquis lapidibus fuerit obrutus & ita necatus, deinde cadaver ejus e ligno suspensum prostitueretur; unde *Talmudicum* hoc, *soli lapidati suspenduntur.* Quæstio autem orta est inter Judæos, an omnes vel tantum nonnulli. Rabbi *Eliezer* dicit *omnes*, sed schola Pharisæorum non alium ex lapidatis suspensum fuisse decrevit quam *blasphemum* & *Idololatram.* Et hoc quidem eliciunt ex clausula annexa: *Maledictio Dei est suspensus*, sc. illud pro mirifico suo acumine ita interpretantur, eum esse suspendendum *qui Deo maledixit* vel per *blasphemiam* vel per *Idololatriam* Verum cum maledictio Dei hic non sit *Deo illata*, sed

 per

per Deum importata execratio, toto cœlo hi magistri a mente legis aberraverint necesse est, & inde nullam fidem in ejus explicatione merentur. Moses quoque in illis constitutionibus, quas contra Idololatras & blasphemos sanxit, hujus additamenti post lapidationem ne minimam quidem facit mentionem, ut proinde fraus & impostura Rabbinorum facile manibus palpari possit.

§. 4.

His missis itaque Interpretes *nostri* aliam adhuc viam Interpretationis invenerunt, qui cum Judæis quidem statuunt non agi de crucifixione sed de suspendio post mortem, interim diserte tamen *lapidatos* ab hac ignominia excludunt, ut VITRINGA fecit *Obs. S. l. II. c.* 12. assumens gladio confossos, vel alio aliquo modo interemtos, *mortuos* autem, *non vivos* fuisse suspensos satis liquere. Ex ipso textu hoc arguit V. D. quod ordo verborum hoc pacto procedat; *cum quis capitale crimen commiserit & morte adfectus fuerit & eum suspenderis*, quibus verbis *mors* suspensionem videtur *præcedere*. Hic est magnus ille scrupulus, ad quem tot clarissimi Interpretes adhæserunt, quos miror non percepisse ex omnibus circumstantiis Hebraismum, juxta quem morte adficere & suspendere tantum-

tundem valet ac ad mortem infligendam suspendere. Sic enim loquuntur, morte adfecit & combussit eum i. e. vivicomburio interemit, item morte adfecit & lapidavit eum i. e. mortem inflixit lapidatione *Lev.* XXIV: 16. *Deut.* XIII: 9, 10. Sed est aliud argumentum cl. VITRINGÆ, longe fortius ut putatur, quod additur, *non permittes ut cadaver pernoctet in ligno*, ergo subsumitur, cadaver fuisse suspensum, ubi velim pro me respondeat series, quæ meo quidem judicio contrarium plane exigit: *Si fuerit in aliquo capitale crimen, is morte adficiendus suspendatur a te, non sinas pernoctare cadaver ejus super ligno*; unde colligendum esse autumo non suspensum fuisse cadaver hominis antea suspensi, sed illum maleficum in ipso ligno cadaver fuisse factum & sub cruciatu extinctum. Si enim Legislator priorem sensum indigitasset, ad ambiguitatem evitandam sic potius verba ordinasset, & suspenderis cadaver ipsius, tunc non sinas pernoctare illuc; nunc cum orationem hoc pacto instituat, eumque suspenderis, subnexa tum demum mentione cadaveris detrahendi, præjudiciis haud occupato constabit, cadaver non fuisse suspensum, sed hominis crucifixi corpus per vulnera lethalia in cadaveris conditionem redactum fuisse. Hanc nostram conclusionem illustrabit & confir-

mabit exemplum *Jos.* VIII: 29. ubi Josua Regem Ai primo suspendit super lignum ad vesperam usque, & cum jam Sol occiderit jubet ejus corpus a ligno detrahi. Probe observandum est, initio dici Regem esse suspensum & postea demum tanquam cadaver tractari, qui quidem locus eo fortius stringit, quia alias vitium commisisset Historiographus haud leve, additamentum supplicii narrando, absque ut ipsum supplicium indicasset. Quod itaque bona cum pace aliter sentientium fiat, crucis ego pœnam formidolosissimam Hebræis veteribus publica fere consensione abjudicatam ad hujus legis genuinam mentem iis denuo adjudicaverim. Sic enim

1. Paulina adplicatio multo erit certior, justior & nervosior, neque obnoxia cavillationibus Judæorum.

2. Oracula de crucifixione Messiæ in Psalmis, Jesaia, Zacharia & alibi eo validiora erunt.

3. Et denique specialis intentio multo felicius enucleatur, atque ad sublimem suum scopum dirigitur.

§. 5.

§. 5.

Hanc operam suscepturi præmittimus examen communis hypotheseos & explicationis mysticæ, ejusque varia incommoda tum in litterali tum in spirituali sensu indicabimus, & deinde nostram sententiam dicemus. Judæorum magnopere interfuit, ut nobilem hunc Messiæ in crucem tollendi & maledictione nostra onerandi typum e manibus Christianorum extorquerent, ejusque vim interiorem extinguerent. In hunc finem tum ipsum supplicii genus aliorsum retorserunt; tum clausulam ei adnexam plane corruperunt, atque in sensum frigidissimum enervarunt. Quod enim suspensus dicitur maledictio Dei, id ita explicant: illum hominem Deum blasphemiis & maledictis impetiisse, cui fundamento superstructam modo vidimus illam Pharisæorum traditionem de blasphemis & Idololatris solum suspendendis. Alii tamen Rabbini, qui aliud requiri sentiebant, ita rationes suas instituerunt, ut dixerint maledictionem Dei vocari talem hominem, quod Deo esset deforme ac dedecens, ut homo ad imaginem Ejus conditus, & præsertim homo Israëlita fœderatus ita cœlum inter & terram penderet; proinde constituisse Deum, ut talis suspensus quam

citissime sepeliretur, ne spectaculum ipsi Deo adeo ignominiosum longo tempore duraret, & nominis Israëlitici terræque sanctæ dignitas hoc pacto detrimentum pateretur, & contaminaretur. Sunt hæ interpretationes hominum qui amant tenebras præ luce, & se talpis cœciores demonstrant. Nos Christiani a Paullo meliora edocti credimus maledictionem Dei tantundem dicere ac maledictum a Deo ac omnibus Ejus diris & maledictionibus obrutum esse. Deus nimirum in suspensione super ligno exstare voluit indicium & argumentum summæ cujusdam ac cumulatissimæ maledictionis. Ubi tamen rationem reddituri sunt Interpretes nostri, quamobrem suspensus ille maledictus ante Solis occasum sepeliri debuerit, non ita multum a Rabbinorum placitis discedunt, eorumque Auctoritate se implicari patiuntur: nimirum passim in Systematibus & Commentariis inculcatur, ac tanquam dubio vacuum traditur, suspensum maledictum eo ipso die humandum fuisse, ut daretur pignus maledictionis jam sublatæ, & appareret omnem divinæ justitiæ rigorem jam complementum suum nactum esse, adeo ut homo ille, cui exsecratio Divina incubuerat, honesta sepultura adfici, atque ita terra Sancta maledictione & profanatione levari potuisset. Tanto magis hæc Interpretatio

pla-

cuit summis Theologis, quanto magis
viorem figuram & umbram se deprehen-
se autumabant veritatis Evangelicæ in
, qui quidem, quamdiu suspendit in cru-
, maledictio factus fuit, sed mox omni
ledictione deleta honeste humatus; quo
cto jam terra Sancta seu potius totus ter-
rum orbis non amplius fuerit sub maledi-
one peccati & profanatione.

§. 6.

Huic tamen doctrinæ sic propositæ sub-
ibere nequeo ob incommoda tum litteralis
m mysticæ expositionis, quæ nunc in me-
um proferam.

I. In litterali expositione duo animadverti. *Unum* est, quod hoc pacto debilitetur nexus, qui intercedit inter maledictionem suspensi & necessitatem eum sepeliendi ante occasum Solis. Nexus ille sic se habet: *non permittas, ut cadaver ejus pernoctet super ligno, sed omnino ipso die eum sepelias, quoniam maledictio Dei est suspensus.* Non dicitur, quia maledictio ejus jam cessat & deleta est ideo sepeliatur, sed caussa sepulturæ vel maxime collocatur in maledictione super hunc hominem congesta, quæ ma-

 le-

ledictio hoc impium & nocentissimum caput adhuc pondere suo ultra mortem persequitur, atque tanquam ad inferos deprimit & dimergit. *Alter* scrupulus est, per vulgarem expositionem molliri & relaxari istam sanctionem pœnalem, cujus aculeus severissimus ex omni parte acuendus erat. Nihil enim est clementius, nihil consolatione plenius pro homine publico supplicio mactato, quam ipsius Dei mandato sepultura adfici & quidem honesta, cum indicio & pignore maledictionis sublatæ. Atque aut me omnia fallunt, aut in hac capitalissima omnium sanctione & pœna Deus voluit confluere omnes undique horrores, ut inserviret documento justitiæ rigidissimæ, cujus vim fulminatricem nihil posset mitigare, sed qui caput semel maledictum ultra mortem persequitur usque in infernum, ac æterno quoque cruciatui subjiciet. Ab isto autem scopo, quem hic adspectus litteralis profert, magnopere dissideret humanior humationis conditio, prout eam vulgo concipiunt, adeo ut reliqua supplicia, quibus vulgo hæc clausula & conditio non fuit addita, inde multo mitiora evadant quam hoc, quod omnium longe acerbissimum censebatur.

§. 7.

§. 7.

a. Quod ad incommoda, quæ ſpiritualem interpretationem premunt, attinet, dicere poſſem, quod fundamento hujus typi labante, ædificium quoque ipſum cadere debeat. Sed ulterius progredior, & (a) principe loco obſervo Theologos noſtros una mente & voce ſepulturam Chriſti conſiderare tanquam infimum hnmiliationis Ejus gradum, idque meo quidem judicio recte; quandoquidem Dominus ſic videbatur à morte penitus deglutitus. Jam vero ajo. Si Chriſtus propterea ſepeliendus fuit, quod omnis maledictio eſſet deleta, tum non amplius ſepultura pertinet ad ſtatum humilem, ſed conſtituit primum exaltationis Ejus gradum. Quid enim aliud eſt exaltari, ſi de Chriſto loquimur, quam emergere ex maledictione ſibi incumbente & ſe gerere peccati Victorem. (b) Verum absque auctoritate quoque S. S. aſſeveratur maledictionem in ipſo mortis articulo fuiſſe abolitam, ejusque abolitionis pignus in ſepultura Chriſti exſtitiſſe. Nihil a Theologis proferri video ad firmandam iſtam doctrinam quam ipſum

hunc

hunc typum noſtrum, de quo controvertitur. Contra a Sacris ſcriptoribus video ablatæ & in totum abolitæ maledictionis pignus conſtitui in reſurrectione, quæ quaſi Apocha fuit reatus in totum deleti *Rom.* IV: 25. Sic ratiocinatur Apoſtolus, *qui traditus eſt propter offenſas noſtras, ſuſcitatus autem eſt ad juſtificationem noſtram*, traditus tum *morti* tum etiam *ſepulturæ*. Perpendatur etiam hoc Apoſtoli argumentum 1 *Cor.* XV: 17. Si Chriſtus non eſt ſuſcitatus, inanis eſt fides veſtra, & adhuc eſtis ſub peccatis veſtris. Ergo in reſurrectione Chriſti demum, non autem in ſepultura reſidet abolitio maledictionis. Addatur *Fil.* III: 10 ubi vim reſurrectionis Chriſti vocat Apoſtolus illam pleniſſimam liberationem a peccato, per quam reſurgimus in novitatem vitæ, & loco omnis maledictionis omnis fœderis gratiæ benedictiones percipimus.

§. 8.

Cum itaque typi hujus explicationem litteralem & myſticam tot premant difficultates, diſpiciamus num forte commodiorem viam utrobique pandere queamus.

ubi cogitandum nobis est de infinita mole maledictionum nostrarum, quæ in unum Christi caput confluxerunt.

2. Hujus maledictionis vi non tantum mori debuit Dominus, nempe massa illa & moles corruptionis humanæ, illa veteris hominis dira & exectabilis compages non solum pati debuit in Christo patiente, & cum eodem in cruce subfigi, verum etiam in sepulchrum detrudi ac demergi *Rom.* VI: 4. 6.; idque ut corpus illud peccati penitus aboleretur, ac tanquam ad nihilum redigeretur. Phrasin consepeliri in mortem, qua Paulus utitur ibidem, cujusque sensus abstrusior est, (plerique explicant pro mortuo sepeliri, alii sepeliri ad mortem suam confirmandam,) tantundem dicere censeo ac sepeliri vi mortis maledictæ ad contestandum dirum illud fulmen Christo incubuisse, quo tanquam purgamentum orbis terrarum publicum sub terra debuit defodi & amoveri ab oculis Dei hominumque; quasi illa sepultura piaculari, quæ adumbrata sit in suspenso illo maledicto, ut per hunc infimum gradum passionis vetus homo aut veteres exuviæ plane deponerentur. Sic

ut jam 3.

vel etiam altissima sub terra defodi atque decondi, idque ob hanc rationem, quod censebantur pestifera aliqua tabe & contagione polluere ac veluti conscelerare quicquid modo adtigissent vel adflavissent.

3. Huc manu ducit religiosissima illa cautio, quæ subnectitur; *non sines terram contaminari hæreditario jure tibi datam.* His enim verbis aperte inculcatur tantam huic suspenso maledicto adhæsisse fœditatem & diritatem, ut si diutius pependisset ac in ligno permansisset, ipsum quodammodo aërem contaminasset & terræ Sanctæ puritatem coinquinasset.

§. 9.

Hæc jam omnia spiritualiter secundum Apostoli adplicationem *Gal.* III: 13. traditam egregie nobis declarabunt magnitudinem maledictionis, quam Christus sustulit & exantlavit. Scilicet

1. Quatenus in crucem fuit actus Dominus, pependit tanquam centrum & meditullium maledictionis illius legalis, *maledictus qui non permanserit in omnibus,*

ubi

ubi cogitandum nobis eſt de infinita mole maledictionum noſtrarum, quæ in unum Chriſti caput confluxerunt.

2. Hujus maledictionis vi non tantum mori debuit Dominus, nempe maſſa illa & moles corruptionis humanæ, illa veteris hominis dira & execrabilis compages non ſolum pati debuit in Chriſto patiente, & cum eodem in cruce ſubfigi, verum etiam in ſepulchrum detrudi ac demergi *Rom.* VI: 4. 6.; idque ut corpus illud peccati penitus aboleretur, ac tanquam ad nihilum redigeretur. Phraſin conſepeliri in mortem, qua Paulus utitur ibidem., cujusque ſenſus abſtruſior eſt, (plerique explicant pro mortuo ſepeliri, alii ſepeliri ad mortem ſuam confirmandam,) tantundem dicere cenſeo ac ſepeliri vi mortis maledictæ ad conteſtandum dirum illud fulmen Chriſto incubuiſſe, quo tanquam purgamentum orbis terrarum publicum ſub terra debuit defodi & amoveri ab oculis Dei hominumque; quaſi illa ſepultura piaculari, quæ adumbrata ſit in ſuſpenſo illo maledicto, ut per hunc infimum gradum paſſionis vetus homo aut veteres exuviæ plane deponerentur. Sic

3. Tertium quoque membrum intelligamus. Terra Sancta vel Ecclesia Dei atque hæreditas, nobis data & destinata, nunquam potest contaminari, sed supra omnem metum contagionis est evecta, quatenus per istam Christi sepulturam omnis etiam memoria peccati deleta est, adeo ut nulla accusatio & maledictio adversus electos amplius emergere queat.

BIBLIOTHECA HAGANA

HISTORICO-PHILOLOGICO-THEOLOGICA,

AD

CONTINUATIONEM

BLIOTHECÆ BREMENSIS

NOVÆ

CONSTRUCTA.

CLASSIS PRIMÆ,

FASCICULUS TERTIUS
& ULTIMUS.

AMSTELODAMI & LUGDUNI BATAV.
Sumptibus Bibliopolarum
ENR. VIEROOT & JOA. LE MAIR,
MDCCLXVIII.

ELENCHUS
OPUSCULORUM,
FASCICULI TERTII
CLASSIS PRIMÆ.

V.

nis habitaculum, *possessionem*, *terras patrum iis*, seu *in commodum filiorum*. על־שלשים ועל־רבעי versioni mox datæ subordinant, suo modo interpretantur, vel de *tertio t quarto inter filios*, qui in patrias posses-nes succedit; vel de distributione harum ssessionum usque *in tertiam & quartam geniem* continuata; vel de earum *triplici quadruplici* augmento & pretio. Hic sibi n constant, nec nisi hariolando conjicere et, quam de participio לשנאי habeant ntem, aut quo illud limitate referre ve-:, an ad patres, an ad filios, an ad filio-n generationes? quæ obscuritas forsan sionis Belgicæ vitium est, id quod vero, n operis Anglici usu destituar, in medio nquo. Quædam addunt de promissione *gnitatis divinæ erga millia*, nihil tamen ter ea, quæ sunt vulgaria; & hic, cum la ipsis occurrant offendicula, moram ı faciunt. Gratiam vero suæ versioni ıciliare student ex hypothesi, præceptum undum specialem respectum habere ad m iconolatriæ speciem, quæ antiquitus ıd Orientis populos viguit, *Teraphim* co-tes, ut *Penates* & Deos domesticos, a bus rerum suarum prosperitatem, mali ersionem, domuum terrarumque posses-nem & tutelam exspectabant. Et sic fo-:, salva hac hypothesi, hæc verborum

 sche-

Hist. Univ. T. II. *P.* 2. *p.* 634–637. *vers Belg.* Prima statim fronte nova annunciant & quæ sunt speciosa. Scilicet, ea ipsis de loco hoc vexato sedet opinio: minime consistere posse cum ideis justitiæ, sanctitatis, sapientiæ & bonitatis divinæ illam, quam hic legimus, *visitationem iniquitatis patrum in filios*; contrariam esse ipsius Dei effato *Ezech.* XVIII: 21. *Filius non portabit iniquitatem patris*; adeoque, ne sensum habeat sanctio, qui cum aperto rationis & S. Scripturæ dictamine pugnat, & evertit, quod æquum & justum est, admitti non posse.

§. 2.

Quid ergo? versionis fidem vellicant עון, missa ordinaria punctatione, legunt עֹון; hancque vocem olim Hebræis in usu fuisse volunt, & ejusdem notionis, quam residua מָעון, quæ *habitationem*, *domicilium* significat. פקד ipsis denotat actum principis, qui ditionis suæ terras visitat, abusus tollit, subditis jus dicit, & pro eorum factis pœnas vel præmia distribuit; & cum על־בנים non solum verti possit in filios, sed etiam *in commodum*, seu *ad utilitatem filiorum*, hanc tandem verborum פקד עון אבת על־בנים versionem efformant: *distribuens*

tuens habitaculum, *possessionem*, *terras patrum filiis*, seu *in commodum filiorum*. על־שלשים ועל־רבעים versioni mox datæ subordinant, & suo modo interpretantur, vel de *tertio* aut *quarto inter filios*, qui in patrias posses-siones succedit; vel de distributione harum possessionum usque *in tertiam & quartam progeniem* continuata; vel de earum *triplici aut quadruplici* augmento & pretio. Hic sibi non constant, nec nisi hariolando conjicere licet, quam de participio לשנאי habeant mentem, aut quo illud limitate referre ve-lint, an ad patres, an ad filios, an ad filio-rum generationes? quæ obscuritas forsan versionis Belgicæ vitium est, id quod vero, cum operis Anglici usu destituar, in medio relinquo. Quædam addunt de promissione *benignitatis divinæ erga millia*, nihil tamen præter ea, quæ sunt vulgaria; & hic, cum nulla ipsis occurrant offendicula, moram non faciunt. Gratiam vero suæ versioni conciliare student ex hypothesi, præceptum secundum specialem respectum habere ad illam iconolatriæ speciem, quæ antiquitus apud Orientis populos viguit, *Teraphim* co-lentes, ut *Penates* & Deos domesticos, a quibus rerum suarum prosperitatem, mali aversionem, domuum terrarumque posses-sionem & tutelam exspectabant. Et sic fo-ret, salva hac hypothesi, hæc verborum

schesis: imaginaria esse & fictitia, quæ de Teraphim somniabat superstitio; a vero Deo solum exspectari posse, quæ Israëlitæ idololatræ accepta ferebant his icunculis, illumque omnis boni esse datorem unicum, Teraphim vero nihil aliud, quam vanitates.

§. 3.

Ingenium sapit & eruditionem *Anglorum* exegesis, divertit tamen nimium a simplicitate, atque verborum & rerum indole. Illa paternarum possessionum distributio, quæ filiis promittitur, divinæ benevolentiæ foret indicium, & ejusdem naturæ cum benignitate erga millia. Aliud tamen suadet prologi ratio, qui justitiæ rigorem annunciat: *Ego Jehova, Deus tuus, Deus fortis, zelotes sum*; quo præmisso, quæ sequuntur פקד עון אבת על־בנים, non nisi coacte in sensum mitiorem trahi possunt, cum ex ordine naturali vindictæ potius & zelotypiæ divinæ declaratio exspectanda veniat. Aliud suadet, quod cum his connectitur divinæ benignitatis exercitium erga observantes mandata legislatoris, ועשה חסד, ubi ו *conjunctio* est *adversativa*, uti sæpius, vertenda per *sed*, *at*, &c. adeoque involvit, quæ præcedentibus sunt contraria, & re

re vera duas propositiones diversas non solum, sed & sibi invicem oppositas; id quod etiam ex לשנאי, quod est in una, & huic opposito לאהבי, quod est in altera, dilucide patet. Ex lege oppositorum ergo propositio, quæ antecedit, alius est commatis, quam ea, quæ sequitur; minacias continet Dei fortis, qui est zelotes, non benevolæ mentis significationem. Et quid demum eruditi *Angli* sibi velint per illud לשנאי, obscurum est; habent, quæ proferunt tenebrosum quid & asperum, & quomodocunque in conceptus suos torqueant, inde non emerget quam oratio, quæ est valde incongrua. Structura ergo & σχηματισμὸς verborum in genere illi paternorum habitaculorum distributioni non patrocinatur.

§. 4.

Arcem vero causæ quod attinet, עון substituunt pro עָוֹן. De punctis vocalibus *autores* mentem suam explicant *Hist. Univ. T.* III. *P.* 1. *p.* 400. *sqq* Si totum hoc negotium, quod recentiorum fere omnium fert sententia, est Masorethicum, nemo tamen, punctatores viros fuisse expertos, & suæ linguæ peritos, facile ibit inficias. Longo usu habebant & avita traditione,

quæ lectio sit vera, & quæ non sit. Stet ergo suus eorum laboribus honos, & absit licentioris Criticæ audacia, quæ pro arbitrio persæpe & absque omni autoritate fingit, quicquid placet. Superstitiosa nimis foret, fateor, erga puncta veneratio, ubi inconcinnitas est in aprico, medelam refugere velle. Hic vero lectio vulgaris, quam LXX. *viralis*, & quotquot sunt bonæ notæ versiones antiquæ & hodiernæ tuentur, manum auxiliarem non postulat. Nulla pro punctis immutandis militat necessitas. מָעוֹן, quod in codice S. est residuum, & radicem deperditam עון videtur supponere, *habitaculum* significat; עון forma substantiva & eodem significatu Hebræis usitatum fuisse, autores dicunt, non probant. Video in vocabulariis nonnulla ex lingua Arabica notari, an vero ex hoc fonte opinio præsidium acquirat, ipsi non indigitant, nec ego dicere ausim. Nulla est ad manus, quæ foret necessaria, supellex. Et ut ingenue dicam, quod res est, in hoc studiorum genere meam ignorantiam profiteor. Vix elementa Alphabethica didici, non plus ultra, & absterruit a cursiculo, quod juvenis non calcavi, provectior ætas Nec opus est mihi his armis in hoc certamine. Confidenter affirmare licet, spurium esse in nostro loco, quem *Angli* intrudunt, domicilii pa-

paterni significatum. עון אבת vice plus simplici occurrit, & semper notionem habet iniquitatis patrum. Confitebantur Israëlitæ עונות אבתיהם, *iniquitates majorum suorum. Neh.* IX: 2. quocum confer *Esdr.* IX: 6, 7. ubi eadem vox, & in eodem significatu & respectu ad majores. *Parate mactationem filiis ejus* בעון אבתם, *propter iniquitates majorum ipsorum. Jes.* XIV: 21. Si hæc exempla non sufficiant, quæ mihi tamen videntur apodictica, est in loco omnino parallelo, *Exod.* XXXIV: 7. quod illam, quam notamus, versionem profligat penitus. נשא עון ופשע וחטאה ונקה לא ינקה פקד עון אבות. Post נשא עון uno quasi halitu, tribus tantum aut quatuor verbis interpositis, sequitur פקד עון אבות, utrinque est verbum עון, quod *iniquitatis* notionem habet in נשא עון, quam confestim derelinquere velle, ubi, nulla mora interjecta, ventum est ad פקד עון, inconsiderantia est, præceps nimis, & quæ multum habet ἀβλεψίας. Adeo verum, quod dicunt, *bonum Homerum aliquando dormitare*, & novo hic edocemur specimine, quam cæcutire soleant oculi, ubi mens est præoccupata, vel ipso sole splendente.

§. 5.

Domiciliorum notione rejecta, de significatione vocum פקד & על, quae secundum hypothesin est formata, nihil attinet dicere. Ruunt sua mole, quae *distribuenda forent in commodum filiorum*, habitacula paterna, interversis fundamentis, & cetera, quae de his possessionibus erant praedicata. Non entis nulla sunt accidentia. Verbum addam de *Teraphim*, ad quos autores *Angli* praecepti secundi objectum expresse restringunt, utque facilem ad suam versionem praeparent introitum, Teraphim ipsis sunt Dii Penates, qui ad tuendam & amplificandam rem domesticam colebantur. Nulla vero doctrina tanta laborat incertitudine & confusione, quam illa de Teraphim. Ipsa vocis origo incerta est. Imagines fuisse ad formam humanam exsculptas vero videtur simillimum; Judaeis tamen linquimus suas narratiunculas de modo conficiendi, nec disputamus de earum convenientia cum *Urim & Thummim*, aut cum figuris *Cherubinis*, *Seraphinis*, *Serapidis*, *Talismanicis*, &c. Aeque incertum, utrum ut Dii sint cultae, an tantum habitae, ut instrumenta, quibus superstitio abutebatur. Conf. JO SELDENUS *de Diis Syris*, *Synt*. I. *c*. 2, *p*. 97. Et dum res est de

super-

ſuperſtitione, multæ excogitari poſſunt abſurditates, quibus inſervire potuerunt Taraphim; multæ procul dubio cogitatæ ſunt, quas Scriptores his imagunculis ex ingenio affingunt. Mihi illorum maxime arrident placita, qui de Theraphim faciunt ſtatuas divinatorias, ex quibus Orientales futura & abſcondita, quaſi divinitus, cognoſcerent; v. A. VAN DALEN, *de origine & progreſſu idololatriæ & ſuperſtitionum*, c. II. p 679. Quæ in Sacris de Teraphim legimus eo maxime ducunt, *Gen.* XXXI: 19, 30. *Jud.* XVII: 3. *ſeqq* *Ezech.* XXI: 21. *Hoſ* III: 4. *Zach.* X: 2. LXX. in l. *Hoſ.* c. pro Teraphim habent *δηλες*, *revelatores*, & apud *Zachar.* *αποφθεγγομενες*, *reſponſores*; *Targum* Hoſeæ vertit מחוין, *annunciantes*. ܛܪܦ, Tharaph, Syris eſt *interrogare*, *manifeſtare*, unde vocem derivat CASTELLUS, quod utique veri ſpeciem habet, cum Teraphim procul dubio ex Syria, non ut KIRCHERO in *Oedipo* placuit, ex Ægypto, originem trahant. WITSIUS in *Ægyptiacis*, c. III. p 71. *ſqq.* Hæc originatio, ſi ſuum pretium habet, aliam ſuppeditat ideam, ab illa, quam docti *Angli* in explicatione præcepti ſecundi ſupponunt, diverſam; & quæ cogit ratio, cum in lege ampliſſimus ſit reſpectus ad omnia *ſculptilia* & *imagines*, quoquo modo factas, & cujuscunque ſint formæ, ſive *eorum*, *quæ ſunt in*

 cælis

cœlis supra, five *in terra infra*, aut *in aquis infra terram*, conf. *Deut.* IV. 16–19. præceptum coërcendi in arctiores limites? Comprehendit Teraphim, ut speciem fub genere. Illa vero reftrictio fpecialiffima inventum eft pro fubfidio fententiæ. Ita faciunt, qui hypothefi volunt δουλευειν.

§. 6.

Docent, quæ hactenus diximus, fatis fuperque, hanc *Anglorum* exegefin effe longe petitam, contortam valde, per multas ambages fabricatam, & a fubftrata materia alienam. Reclamant vero, ex verfione vulgari hoc fluere ατοπον, filios piaculares fieri ob ftultitiam patrum; id juftitiæ æque ac bonitati divinæ, ipfique S. Scripturæ effe injurium, & fecum trahere multa abfurda, quæ in damnum & religionis & focietatis civilis converti poffint, & quæ funt hujus generis cetera. Imo vero, *noxa caput fequitur. Inft. L.* IV. *de nox. action. Tit.* VIII. §. 5. *Terretne*, inquit CICERO, *de nat. Deorum. L.* III. *c.* 38. *ulla civitas latorem iftiusmodi legis, ut condemnetur filius aut nepos, fi pater aut avus deliquiffent.* Obligatio ad pœnam ex merito oritur, meritum vero, cum ortum habeat ex voluntate, qua nihil eft magis nobis proprium, omnino perfonale eft

est. GROTIUS *de jure Belli & Pacis*, *L*. II. *c*. XXI. §. 12, 13, 14. Hic vero pœnam non sustinet persona peccans, sed ejus filii, nepotes & abnepotes. Scilicet, ad hunc lapidem multi offendunt. Se in his invenire, quæ Scripturam contradictionis arguere, illiusque divinitatem obfuscare queant, aperto ore pronunciant, homines illi, qui plus se sapere, quam reliquos mortalium, qua sunt modestia, venditant, nihilque, dummodo religionis & divinæ revelationis nomine veniat, intactum sinunt. Non desunt, qui oraculorum divinorum honorem contra obloquentium scommata strenue vindicant, Viri & eruditionis & pietatis laude insignes; est tamen, quod multi afferunt ad nodum hunc solvendum, effugium magis, quam vera interpretatio. Inter hos referendi, qui, ad hanc legislatoris comminationem quasi stupefacti, ad extrema fugiunt, multa de summo & absoluto supremi Numinis arbitrio differentes, quæ, nisi sobrie & benigne interpreteris, nocitura magis, quam profutura forent. Qui alio tramite incedunt, non æque feliciter res suas agunt & sibi ipsis vix constant. Huc & illuc incerti fluctuantur, & quo pedem figant, fere nesciunt. Casus fingunt, hos vel alios, ut sanctionis veritati & sanctitati consulant, vagi tamen nimis, & de vero

san-

sanctionis habitu parum soliciti. Quid autem juvat, si proferas multa, quæ sunt boni commatis in genere, si pauca, quæ sunt ad rhombum, & rem præsentem feriunt. Apposite, dum hæc enarro, memoriæ occurrit, quod habet PHÆDRUS *in fab.* 53. Hi omnes

Se torquent die,
Nec quæstionis positæ caussam intelligunt.

§. 7.

Quæstionis ergo status iste determinandus, & suis limitibus circumscribendus est. Nonnullis placet, esse in his verbis declarationem judiciorum universalium, quibus cum parentibus simul liberi & posteri implicantur, qualia sunt bella, similiaque calamitatum publicarum genera, quo modo crimina late dominantia Deus, populorum judex, expiare solet. Qui hic expostulare, & liberos, culpa parentum expertes, culpæ etiam effectu & sequela vellent eximendos, vesanæ forent mentis, cum vellent, quod fieri neutiquam potest, stante hoc rerum ordine. Liberi sunt parentum appendices, cum iis unam constituunt domum, unam familiam, sequuntur eorum sortem; quod si non volunt, quid ergo? communitas mali

hic

ic oritur ex contactu, seu ex natura ejus orporis, cujus caput parentes, membra beri sunt. An ergo status & relatio liberorum est immutanda, ut, qui sunt liberi, ion sint liberi, & qui membra sunt capitis, nembra non sint? & si hæc ασυςατα & matime contradictoria non poscunt, an alia niracula, omnem rerum & naturæ ordinem, summamque Dei sapientiam turbantia? Convenit cum hac, quam tango, infantum relatione, ea, quam habent subditi ad imperantes, ubi tale quid etiam evenire solet. In historia Davidis illustre habemus exemplum. 2 *Sam.* XXIII. Hinc illud HORATII. *Lib.* I. *ep.* II. *vs.* 14.

Delirant reges, plectuntur Achivi.

& quod ante ipsum HESIODUS, *O. & D.* *vs.* 238, 239.

Πολλακι κ̓ ξυμπασα πολις κακȣ ανδρος επαυρει,
Οςις αλιτραινει, κ̓ ατασθαλα μηχαναατα.

Sæpe universa civitas malum ob virum punitur,
Qui peccat, & iniqua machinatur.

Id vero, quod liberi commune habent cum

cum sorte paterna, rationem pœnæ non habere, sed Deum ita agere ex jure dominii, quod habet in res nostras, plenissimi, & quo omni tempore, quando vult, uti potest, docet GROTIUS, l. c. § 14. Cum tamen Deus, omnium Dominus, suo jure non utatur, sejunctis sapientiæ, sanctitatis & bonitatis suæ regulis, vellem cum his conjungi generalem totius mundi coram Deo ὑποδικιαν, quæ sufficit, ut omne os obstruatur. *Rom.* III: 19. Adde tamen, vel in hoc ipso malo materiam suppeditari exercendæ virtutis, idque adjumento esse ad bonum, si liberi & posteri res suas bene norint, & attente cogitent de sanctissimæ providentiæ divinæ rationibus. Pertinet huc επιφωνημα profeticum: *Qui est sapiens, intelligat ista, intelligens etiam agnoscat ista: nam rectæ sunt viæ Jehovæ, & justi ambulabunt in eis, defectores autem impingent in eis. Hos.* XIV: 9. Diffusius vero de his dicere non opus est. Sunt ea, quæ tractamus, alius generis. In bello aliisque calamitatibus publicis parentes castigantur, pœnarum vero consequens est liberorum in sorte paterna communitas. Sed hic loci patres pœnas non luunt; expetit Deus pœnam delicti paterni a filiis & posteris.

§. 8.

§. 8.

Porro duas has propofitiones bene diftinguendas effe, è re ipfa fequitur. *An parentes poffint puniri in liberis?* & hæc: *an liberi, dum forent infontes, puniri queant propter peccata parentum?* Quod prius attinet multa habemus in facris exempla; ratio vero, quare Deus ita agere poteft, in eo eft fita, quod liberi inter bona parentum fint primaria, cum ipfis fuo refpectu unum quid, & quod parentes malorum, quæ liberis eveniunt, fenfum habeant, eoque vividiorem, quo major parentum eft erga liberos amor. Cum vero hic recurrant, quæ §. antec. digito monftravi argumenta apologetica, ad hanc quoque materiam applicanda, ftatim tranfeo ad quæftionem alteram, in qua omnis rei cardo vertitur. Neganda eft quæftio. *Filius non feret pœnam propter iniquitatem patris Ezech.* XVIII: 21. quo axiomate Deus ipfe judiciorum fuorum fanctitatem & juftitiam vindicat adverfus Judæorum murmura. Hi, culpam declinantes, in paterna rejiciebant facinora, fe tamen pœnas pendere, quas parentes promeruerant, idque injurium effe, conquerebantur, hoc ufi proverbio: *Patres comederunt omphacem, & dentes filiorum obftupefcunt.* Deus vero hanc

illo-

illorum parabolam ita retorquet. *Anima, quæ peccat, ipsa morietur. Filius, qui animadvertit peccata patris, & non facit secundum illa; non morietur propter iniquitatem patris sui. Filius non feret propter iniquitatem patris, & pater non feret propter iniquitatem filii, justitia justi cum ipso erit, & improbitas improbi cum ipso erit*, & quæ ejusdem generis in l. c. sunt reliqua, ex quibus clarissime patet, Deum nolle culpam parentum imputare filiis, neque convenire ipsius justitiæ, ut filius justus ob scelesti patris nequitiam supplicium luat, & quando Deus pœnas sumit de filiis peccatorum, id non facere; nisi de illis, qui imitantur parentum peccata, & in iis perseverant. Εκαςος αυτῳ γινεται της ατυχιας αιτιος, *sibi quisque fit infortunii causa.* CHRYSOSTOMUS, *in orat. ult.*

§. 9.

Nec exempla dantur in contrarium. Quæ S. litteræ tradunt de *Adamo* & *posteris*, Theologorum nostrorum studio ita sunt elucidata, ut acquiescere possit in hac divina œconomia mens sobria, quæ plus habet erga Deum solidæ reverentiæ, quam curiosæ subtilitatis. Quæ diximus de naturali inter parentes & liberos nexu ad hoc subjectum etiam trahi possunt; nec habent

posteri

posteri, quod morose conquerantur de pœnæ communitate, dum communitatem culpæ denegare nequeunt, & mira contradictione, id quod inveterata expostulatione detestari videntur, spontanea tamen imitatione, adeoque *consensu*, uti dicitur, *interpretando*, quotidie comprobant. Hoc modo Apostolus *inexcusabiles* pronunciat, *qui facta alterius damnant, eadem tamen faciunt ipsi Rom.* II: 1, 2, 3. Cetera, quæ in hac doctrina involvuntur, sibi habet priva, particulari prorsus & extraordinaria schesi veniunt, & plane sunt monadica. Casus est, qui in toto terrarum orbe sui non habet similem, tanta tamen, si consequentia spectas, sanctitatis intemeratæ, & admirabilis gratiæ pariter, imo omnium perfectionum divinarum manifestatione collustratur, ut evanescant ad hanc lucem, quæ prima fronte obversabantur umbræ. Solent porro, qui in his tricantur, difficultates conquirere, quæ tamen, re bene introspecta, momentum non habent. *Gen.* IX: 25. male dicitur *Canaani*, cum non hujus, sed *Chami* patris, culpa sit memorata. Oritur vero ex ipso textu *vs.* 22. probabilitas, filium paterni delicti consortem supponi posse; quo modo, incertum, non tamen veri specie caret, Canaänem avo, quem dormientem & indecore jacentem viderat, primum illusisse,

 Ee hoc-

hocque facto, quod ipsi erat visum, Chamo patri extra tentorium jocose & petulanter nunciasse. In historia furti ab *Achane* ex rebus devotis commissi, *Jos.* VII liberos, qui una cum patre fuere lapidati & combusti, culpæ non fuisse immunes ex circumstantiis haud obscure concludi potest. Qui enim fieri potuit? ut Achan pallium Babylonicum & argentum in tentorium deferret, ibique defoderet inscii omnino liberis; furtum ergo patris suo consensu approbasse dici potest, & si non ita, saltem Josuæ, quod debuissent, non indicasse; hoc vel illo modo delicti socii, & ob hanc causam quoque supplicii rei sunt facti. Exempla alia, dum ejusdem forent naturæ, silentio prætereo, ne absque necessitate materiam differendi captare videar. Omittere tamen nequeo terribile, quod Persis & Medis a Jehova datur, mandatum de delenda cum rege Babyloniæ omni successione domus augustæ, *Jes.* XIV: 21. *Parate filiis ejus mactationem propter iniquitatem majorum ipsorum*, &c. De filiis *Belsasaris* hic sermo est, quorum majores, reges Assyriæ & Babyloniæ, in historia S. & profana atro notantur carbone, quique fastu suo intolerabili, crudelitate nefanda & perodiosa quicquid audendi arrogantia omnibus Asiæ principibus & civitatibus fuerant tremendi. Ne vero hæc eo-

rum posteritas ad paterna exempla suc-
sceret, tota Belsasaris familia, filius &
pos, ex jussu Dei a Persis & Medis erant
cindendi. Egregium procul dubio foret
inus, si tale quid ex hominum voluntate
et: *Paterno debere perire supplicio, in qui-
paterni, id est, hæreditarii criminis exem-
metuuntur*, legitur dictum ab Imperatore
*cadio Cod. L. IX. Tit. 8: ad Leg. Jul.
jest* §. 5. cum tamen metus hic omnino
incertus, nec ad mortem cujusquam
icere debeat, inique ita agi, recte mo-
GROTIUS l. c. *in jure B. & P.* § 13.
a tamen res est in nostro negotio. Non
itat Deus ut homines. De futuris hi
cogitant, & fallit sæpissime eventus.
ura vero Deus sibi repræsentat non in-
to augurio, sed præscientia certissima &
i nescia. Delendi erant filii & nepotes
sasaris, exstituri omnino, si forent in
s, homines pessimi, patri & majoribus
orum simillimi. Tale semen exsecrabile
dere funditus, insigne erat beneficium,
eri humano præstitum; hinc ratio divini
ndati hæc additur, *ne surgentes hæreditario
possideant terram, & impleant faciem orbis
itabilis* עָרִים, quod Cel. VITRINGA ad
l. ad rem apte vertit, *inimicis*, omnia
icet rursus turbaturis & vastaturis, se-
itus LXX. *interpretes*: και εμπλησωσι την

 γην

γην πολεμων. *& repleant terram bellis.* S
de his jam satis. Unicum addo, quia
rum, quæ diximus, similitudinem hab
& rem præsentem illustrat. *Matth.* XXI
35. Christus Judæis interminatur, *quod*
ipsos sit venturus omnis sanguis justus, effu
super terram, a sanguine Abelis justi usque
sanguinem Zachariæ, filii Barachiæ, &c. q
scilicet & ipsi eodem erant animo ac ma
res, idemque agebant, & acturi era
quod ex vs. 34. & 37. omnino patet.
quæ sunt plura hujus generis, ex iisd
principiis sunt componenda.

§. 10.

Hæc vero, cum optime consistant c
rationibus divinæ justitiæ, & Deus,
summus mundi arbiter, dum ita agit, j
suo utatur sanctissime, nec in verbis no
quicquam est, quod virgula censoria no
queat. Est enim *visitatio* hæc ita comp
ta, ut culpam filiorum æque ac patr
præsupponat, & qui in explicanda hac
ctione pœnali ad hanc amussim procedu
hi soli

Rectam instant viam,
Ea res est.

l vero, ut demonſtremus, nullis opus ſt ambagibus aut precariis ſuppoſitionibus. ld oculum iſta patent; quod jam brevibus xpediam, interſperſis tamen hinc inde bſervationibus, quæ ſenſum litteralem, esque eo contentas, ſpectant in genere, pecialioris determinationis nondum habita itione.

§. 11.

De *patribus* & *filiis* ſanctio mentionem acit. Laxiori ſignificatu hæc nomina ſumi n vulgus notum eſt. Subſiſtebant tamen pud Romanos in *tritavo* & *trinepote*, ulteiores in genere appellabantur *majores* & *oſteri*. *D. L.* LXXXVIII. *Tit.* X. § 10. *de radibus* &c. S. ſcriptores vero hos limites xcedunt, denominando patres & filios, on ſolum, qui ita proprie ſunt dicti, ſed niverſe omnes majores, & ex iis natos oſteros. *Viſitare iniquitatem*, ex uſu Scripturæ, idem eſt, ac iniquitatem pœnis oërcere, quod ex inductione locorum, bi phraſis occurrit, a Viro ſuarum rerum ptime gnaro, H. LUSSING, *Bundel van 'edgel. enz. oefeningen.* V. D. 2. ſt. p. 165. *ſq.* ſolide eſt demonſtratum adverſus plu-imum Rev. S. L. MAGNET, qui in *litteris Gallicis*, quas ſuis *miſcellaneis* inſeri curavit

Societas Scient. Harlem. T. IV. *p.* 149. *sqq.* verba hæc, æque ac docti *Angli*, aliam tamen viam ingressus, non de exercitio justitiæ, sed misericordiæ divinæ erat interpretatus. Respectum in verbis ad lustrationem principis, §. 2. notatum, non susque deque habeo, placet tamen magis allusio ad actum *judicis*, qui iniquitatem, malam delinquentium causam cognoscit, & quasi inspicit & expendit, ut pro merito inferat supplicia. Deus, dum ita agit, justum & æquum se præbet judicem, qui non fert sententiam, quam causa prius bene cognita & introspecta. Nervosa pro re præsenti est periphrasis apud CICERONEM, de *Nat. D. L.* III. *c.* 18. qua Deus dicitur: *Facinorum & scelerum speculator & vindex.* Cum vero lento gradu ad vindictam sui procedat ira divina, vel ipsa hæc comminatio longanimitatis divinæ sistit specimina; pœnam a patribus promeritam ab ipsis non exposcit, sed iniquitatem, quam toleravit in parentibus, dum essent inter vivos, *visitaturus est in filios*, quocum si confers *Exod.* XXXIV: 7. tolerantiæ in longum protendendæ non obscura habet indicia: visitans iniquitatem patrum *in filios*, *& filios filiorum*; ubi unum, meo quidem judicio, est explicatio alterius, &, quinam per filios debeant intelligi, significat, progenies scilicet, serioris ætatis, in

qua demum majorum iniquitas foret vi-
tanda.

§. 12.

Quo jure, ex principiis ante positis, & hanc sanctionem applicatis statim eluceit. *Filius non feret propter iniquitatem patris*; conditioni tamen enunciatum est adictum, *si non fecerit secundum illam*. Aliter res habet in nostris verbis. Filii & filii iorum ferent propter iniquitatem patrum, nt ergo, ut sua constet effato divino ritas, & nulla ipsi obtrudatur contrarietis species, quod cogitatu foret nefas, pponendi fecisse secundum illam, & quod nc sequitur, eadem pœna esse dignos. id quidem, quod omnis dictat ratio, se textus edocet clarissime. Parallelia, *xod.* XXXIV: 7. comprehendit hos steros sub numero eorum, quos Deus n est absolu[illegible]us: *qui ullo pacto non abvit* (*sontem*) *visitans iniquitatem patrum in ios & filios filiorum*. Aliqua est in verbis ונקה לא ינ obscuritas. Re tamen bene nsitata & collatis locis, ubi occurrunt, æsertim *Nah.* I: 3. versio, *qui ullo pacto n absolvit*, pro materia substrata & pro nio linguæ mihi videtur convenientissima. iicquid sit, de præmisso ונקה, negari ne-

quit, לא ינקה non aliter posse sumi, qua
significatu *non absolvendi*, seu *non impu*
dimittendi, conf. *Exod.* XX: 7. id vero r
lationem habere ad filios & filios filioru
ex statim subsequentibus patet, *visitans i*
quitatem patrum in filios &c. ubi nexus ve
borum & transitus ab uno ad alterum si
poscit, ut illa visitatio sit consideranda
denegatæ absolutionis nota & consequen
supponitur ergo in filiis non absolvend
reatus & pœnæ meritum. Et si nostra ve
ba inspicis, notantur filii titulo infam
sunt filii, *qui Deum odio prosequuntur*, שנאי
Si prolixius sumatur, etiam ad patres pot
referri, *filii* tamen neutiquam sunt exc
dendi; imo putem propter cohærentia
proximam, & quia filii in hac perico
sunt subjectum principale, inprimis ad fili
esse applicandum. Nec Grammaticalis rat
repugnat, לשנאי bifariam potest constru
primo quidem cum פקד עון æque ac בנים
quo modo לשנאי filiorum prædicatum e
oratione protracta, interpositis tantum ii
qui filiis annumerantur; & tunc ל ejusde
cum על est potestatis, & eundem casu
poscit, quemadmodum versio non una h
bet; *visitans iniquitatem patrum in filios —*
me odio prosequentes. Et si aliam structura

ıvis; לשנאי jungi poteſt cum שלשים &
רבעי, tunc vero ל nota eſt genitivi,
non infrequens, & verba ſic vertenda:
tertianos & quartanos me odio proſequentium
vertunt alii; cum vero tertiani & quar-
ıi hic veniant ut filiorum ante memora-
rum progenies, per ſe patet, לשנאי ad
os proxime eſſe referendum. Placet ta-
ɜn magis conſtructio prima ob convenien-
m cum altera propoſitione, in qua לאהבי.
ponitur τω לשנאי, & exercitium beni-
itatis viſitationi iniquitatis patrum. לשנאי
go conſtruendum cum פקד עון אבת, &
dicat ſubjecta, in quibus viſitanda illa
iquitas, quæ ſunt filii, quemadmodum
לאר conſtruitur cum ועשה חסד, & de-
ıtat ſubjecta, erga quæ exercenda foret
nignitas, quæ ſunt אלפים. Dubio ca-
t, quomodocunque verſionem inſtituas,
rmonem eſſe de filiis, qui ſub reatu ja-
nt, qui Dei ſunt oſores, ſcelerum pater-
rum imitatores, a Deo ergo coll. *Exod.*
XXIV. non abſolvendis, ſed certiſſime
ıniendis, & eadem pœna, quam majores
m erant promeriti, dignis, imo majori,
ım longanimitatem & tolerantiam, qua
ɜus erga patres erat uſus, experti, ad
aiorem mentem non erant reverſi, quin,

resipiscere nescii, pejores facti, juxta illud HORATII, *Lib.* III. *Carm. od. 6. in fine.*

Ætas parentum, pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

§. 13.

Quod reliquum est in comminatione concernit visitationis longitudinem; in filiis non subsidit, ulterius est protensa; visitans iniquitatem patrum in filios על־שלשים ועל־רבעים, ubi ו adverbialiter potest sumi & ἐπανορθικῶς, ut sæpius, præcipue in adjectivis numeralibus, vertendum *imo, quin* &c. *in tertianos imo quartanos.* In numerorum gradationibus Hebræis in usu fuit, post primum numerum expressum unum addere pro auctario & ἐπιμέτρῳ, observante BOCHARTO, in *Hieroz. P.* II. *L.* V. *c.* 10. *p.* 800. Ita vero per κλίμακα numerando aucti numeri non solum, sed etiam singularis elegantiæ rationem habuisse videntur. Sic sexto addunt septimum. *Job.* V: 19. *Prov.* VI: 16. septenario octonarium. *Eccl.* XI: 2. *Mich.* V: 4. inprimis vero amant ternarii augmentum per quaternarium, ut hoc loco, & alibi *Prov.* XXX:

15.

15, 18, 21, 29. *Amos* I: 3, 6, 9. 11, 13. II: 1, 4, 6. nec id inusitatum Græcis & Latinis. Τρις μακαρες και τετρακις habet HOMERUS, quod VIRGILIUS vertit, *terque quaterque beati*. Facta patrum & filiorum mentione naturalis ordo procedit ad eorum progenies, filios subsequuturas; per *tertianos & quartanos* ergo intelligi debent, qui sunt tertiæ & quartæ generationis, filiorum *pronepotes & abnepotes*. Ita fert Hebræorum mos loquendi. *Gen*. L: 23. שלשים tertiani appellantur pronepotes Ephraïmi, & 2 *Reg*. X: 30. XV: 12. רבעים quartani, qui erant abnepotes Jehu. Res jam ipsa, quam formula sanctionis indicat, hæc est: lentam quidem fore iram divinam, compensandam tamen sua gravitate, Deumque iniquitatem, quam in patribus toleraverat, suo tempore visitaturum in filios usque in tertiam imo quartam eorum generationem.

§. 14.

Hic vero eorum interpretationi non assentior, qui de his terminis non limitate & nominatim cogitant, sed verba sumunt sensu indefinito de longissima duratione in genere. Ubi generationes ad numerum assurgunt, tertium, quartum, &c. ad datum numerum verba sunt restringenda, & non intelligenda

de

de numero certo pro incerto. *Gen.* XV: 16. L: 23. *Deut.* XXXII: 2, 3, 8. 2 *Reg.* X: 30. *Job.* XLII: 16. &c. Ubi vero plures sunt describendæ ætates & generationes indefinitæ, non numerantur, sed alio fit modo, & plerumque voce reduplicata *Ps.* X: 6. LXI: 7. LXXXV: 6. &c. Verbis ergo presse & *κατα γραμμα* inhæreo, quæ visitationem sane longissimi temporis involvunt, talem tamen, quæ est definita, & circumscripta terminis a quo, & ad quem. *Terminum a quo* constituunt filii seu posteri, illi scilicet, qui primi propter patrum iniquitatem pœnas sunt laturi; *terminum ad quem* eorum abnepotes, seu quarta generatio, in qua visitatio est finitura. Hæc vera est sanctionis idea, quæ non abludit a parallelia verbali & generationum calculo in locis modo citatis. Aliam habet L. *de* DIEU *in Crit. S.* ad *Exod* XXXIV: 6, 7. qui determinati numeri quidem rationem habet, ita tamen, ut ceteris generationibus prætermissis, tantum hæreat in una, hoc modo verba explicans: Deum testari, nequaquam se velle pœnam a patribus promeritam a filiis sumere, sed, qua est longanimitate, id demum facturum in tertia aut quarta eorum generatione. Nihil est, quod invidiose regeram, si conceptus elegantiam spectas, naturæ tamen phrasiologiæ & con-

stru-

ſtructionis minus eſt conveniens. Ipſe verborum tenor filios, eorumque progeniem in ſerie ſucceſſiva ad quartum usque gradum in viſitandorum conſortium ducit, genituris intermediis, quæ quartam præcedunt, & ipſis filiis neutiquam exceptis. Ex primo textus intuitu prompte hæc idea ſubnaſcitur, omnium eſt ſimpliciſſima, nulla vi coacta, nec ab idiomate S. aliena. Sic habent LXX, & verſiones ceteræ. His ſimilia exprimit PLATO, cujus verba ſuppeditat POLUS, *Synopſi Crit.* ad h. l. fereque diceres ad ſtylum Moſaïcum eſſe conformata: εις τεταρτην γενεαν διαβιβαζει την τιμωριαν, *ad quartam generationem pœnam transmittit.*

§. 15.

Sanctio autem pœnalis, quæ hujus eſt generis, utique vel parentum nomine eſt momentoſa. Optime & ad rem TERTULLIANUS *adv. Marcion. L.* II. *c.* 15. *Duritia populi ad talia remedia compulerat, ut vel poſteritatibus ſuis proſpicientes legi divinæ obedirent*, citante GROTIO *in jure B. & P. l. c.* §. 14. Si vero ſubtiliter ſciſcitari velis, quare ſanctio viſitationem protendat ad terminum quartæ generationis, & non ultra aut citra; frivola foret quæſtio & ſemper recurſura ad omnem terminum datum, ſi ad tertiam, quare

ter-

tertia, si ad quintam, quare quinta, & sic porro. Aliquid dicunt, qui ad sympathiam parentum provocant, qui, si sint longæviores, ad quartam progeniem provivere, & sic successivæ & longæ posteritatis miseria dolorose tangi possunt; id quod tamen vagum est nimis, nec exhaurit comminationis amplitudinem & emphasin unum vel alterum annosæ & decrepitæ ætatis exemplum, quod ad prodigia est relegandum, quando occurrit. Observasse sufficit in genere, judiciorum divinorum, quibus populi peccata castigantur severiter, eam esse naturam, ut adferant calamitatem generalem, longe lateque, & aliquando per plura temporum & successionum intervalla grassantem, vel iis non exemtis, qui in primordio fuerint insontes, aut postmodum futuri, ubi rursus applicanda veniunt, quæ supra §. 7, 8. sunt notata; cessare vero judiciorum effectus & sequelas, cessante causa, & finibus obtentis, quorum Deus, mundi judex, in hac pœnarum dispensatione rationem habuit. Ceterum, altius rimari velle *tempora & opportunitates, quas Pater in sua ipsius auctoritate statuit, nostrum non est. Actor.* I: 9. Pertinent hæc ad arcanas causas, ad quas non potest pertingere hominum curiositas. Latent maximam partem rationes temporum, rerumque humanarum vicissitudi-

ines, & quam multa, quæ in regimine
ujus mundi, justitiæ in primis Oeconomia,
culis cernimus, mente non capimus, in
ıysteriis harmoniæ universalis, de quibus
Ipostolus, *Rom.* XI: 33, 34. *O profundas*
ivitias tum sapientiæ, tum cognitionis Dei!
uam inscrutabilia sunt ejus judicia, & ejus viæ
ıpervestigabiles! Quis enim cognovit mentem
Domini? aut quis ei fuit a consilio?

§. 16.

Minas legislatoris, ob culpam supposi-
ım, justissimas, subsequitur declaratio *be-*
ignitatis erga millia, qui Deum diligunt, &
noris sinceritatem observantia mundatorum ejus
ſtantur. His vero fieri bene ita æquum
t, ut non habeant, qui viarum divinarum
kagitatores sunt morosi, quod obmurmu-
:nt. Plana sunt & expedita omnia; nec
ı verbis est, quod illustrari debeat. Di-
endum tamen aliquid de τοις אלפים, quod
lerique opponunt τοις שלשים & רבעים
: intelligendas volunt de mille generationi-
us; ita ut Deus hic commendet misericor-
iæ suæ amplitudinem, quæ se extendat in
ıillesimam generationem, cum quatuor
luntaxat generationes assignarit vindictæ.
bhinc in amœnissimum meditationum pia-
ım campum exspatiandi ansam arripiunt;
multa

multa & magnifica oratione divinæ benevolentiæ largitatem præ justitiæ rigore deprædicantes, eodem modo, ut Apostolus *Rom.* V: 15. *Non ut offensa, ita etiam est, quod Deus gratificatur, sed multo magis gratia Dei & donatio per gratiam exundat.* Quin ab universali repenti passu divertunt ad particulare, non obliti Judæorum posteros, *dilectos propter patres. Rom.* XI: 28. *reliquias divinæ possessionis nunc miserrimas, quarum tandem Jehova peccata, eo quod delectetur benignitate, projecturus est in profundissimum maris, præstaturus fidem datam Jacobo, benignitatem datam Abrahamo, quam juraverat his eorum majoribus a diebus priscis. Mich.* V: 18, 20. Ut verbo dicam, ultimam in hac sanctione præmiali prospiciunt Judæorum conversionem, & multifariam huic populo aliquando præstandam in Christo gratiam, idque *propter patres*, vi *fœderis perpetui*, cum iis initi, & *verbi, quod Deus præcepit in mille generationes*, cujus est *recordaturus in seculum*, &c. coll. *Ps.* CV: 8, 9. Mirum non est, abripi viros pie eruditos in ejusmodi cogitationes suavissimas, ubi verba offendunt magnum quid, ut in textu, sonantia. Haud difficulter in hanc prolabuntur materiam, qui animum demulcere solent spe meliorum temporum; & hac digressione nihil esse potest jucundius. Dubito tamen valde, an

hæc

hæc recte se habeant, & naturæ promissionis determinatæ, de qua agere constitui alia occasione, sint accommodata. Hic tantum observo, nullam fieri in nostris verbis patrum mentionem, nec benignitatis posteris præstandæ propter patres, eorumque aut benefacta aut fœderalem relationem. Promittitur in genere, Deum fore gratiosum illis, qui ipsum amant, & præcepta ejus observant. Non ergo idem in promissione est respectus, qui in comminatione, quæ patres eorumque malefacta memorat. Similia non sunt, nec similis eorum est ratio: quare etiam nulla urget necessitas vertendi אלפים per millesimam generationem, opposite ad tertiam & quartam. אלפים hic est numerus *cardinalis*, non ordinalis, *millia* dicit, χιλιάδας, non millesimos. Benignitatem vero erga millia ultimam Judæorum conversionem indigitare, in hoc quidem decalogi præcepto videtur sane longe petitum. De locis ex *Mich.* V. & *Ps.* CV. citatis nunc non est locus disceptandi.

§. 17.

Verbis, quæ textus habet, & materiæ, quam tractandam sumsi, aliquantulum lucis adspersi. Pro scopo vero primario demonstravi, nihil esse in hac *visitatione iniquitatis*

patrum in filios, quod sit extra justitiæ divinæ ordinem & regulas, sicque versioni injuriam, quasi sit absurda & divinis perfectionibus contraria, detraxi. Si non displiceat æquis harum rerum arbitris hæc qualiscunque apologia, deinceps, quæ thetice proposui, ad hypothesin restringam, ex subjecti determinatione, verborum speciali respectu, sanctionisque complemento, eorum, quæ dixi in genere, veritatem adstructurus ulterius. Ponderosior in omni scientiarum ambitu doctrina nulla est, quam hæc, quæ in divinæ justitiæ patrocinio versatur, & ille omnino labor Theologis est dignissimus, qui omnem volvit saxum, ut majestati summi Numinis sua jura sacratissima sarta tectaque maneant, & contra insultus hominum irreligiosorum, rationis æque ac divinæ revelationis contemtorum, quorum proh dolos! in his temporibus magna, ceu ex orco excrescit, cohors, in tuto ponantur. *Rupis illius opus est perfectum, omnes enim viæ illius sunt jus. Deus fortis fidelis, & expers iniquitatis, justus & rectus est. Deut.* XXXII: 4. *Num injustus Deus, qui infert pœnam? absit! alioquin quomodo erit judex mundi? Rom.* III: 5, 6.

I I.

I I.

O. CHRIST. HARENBERGII,

COMMENTATIONIS

IN

JESAIÆ XXVIII.

CONTINUATIO (*).

§. 16.

Illud לָכֵן interpretor per *non ita*, ex לֹא & כֵן, quemadmodum jam olim ostendit J. ANDR. DANZIUS in *Diss. de Caino contra necem præmunito* §. 2. LXX. eamdem semitam institerunt *Jud.* VIII: 7. XI: 8. *Jes.* X: 15., & aliis in locis, licet non ubique illum tramitem servarint. Jesaias hinc ad proceres regni Judah se convertit, eosque præ-

(*) *Initia hujus Commentationis leguntur Fasciculi præcedentis pag.* 253. *seqq.*

præmunit adversus machinationes hostium, ad Hierosolymam usque insultus suos proferre conantium. Eos reprehendit pariter, quod vaticinia prophetica irrisionibus excipere consueverint. Ne quis vero ignoret, quorsum tendat prophetæ admonitio, compellationem suam admovet eis, qui dominantur in populum Hierosolymitanum. Hos primores ad suscipienda & in aures demittenda dicta sua excitat & ex negligentia, & oscitatione, evigilare jubet, ut pœnitentiam male actorum agant nec securitati suæ sese porro involvant. THOMAS MORGAN, Anglus, perperam Prophetas accusat turbarum, quæ utrumque Jacobidarum regnum exitio mactarint & pessumdederint prorsus. Pseudoprophetas excidii fuisse caussam, non possum non ei dare & concedere. At divini Prophetæ in eo toti fuerunt, ut exitium ab universa gente devolverent & pacem conservarent. Jonathan succincte: *Propterea suscipite caussam* & verbum *Jehovæ*, *viri improbi*, *dominatores populi hominum Hierosolymitanorum*. Huc illuc mittebant Prophetæ tunc vaticinia sua, voluminibus inscripta ut cognoscerentur passim. *Jes.* VIII: 1. Nunc quoque sic videtur fuisse factum.

§. 17.

§. 17.

Securitatis vitium grave notat in istis re-
n Dominis, Regisque administris, quos
loquentes inducit: *Percussimus fœdus cum*
rte, & cum statu, mortuos excipiente, ini-
mus fœdus, ariolorum & divinatorum prædi-
nibus, ex siderum positu compositis, nitentium,
icinia sequentes. Hi dicebantur חוזים &
um prædictio, inspectioni siderum (*)
ostentorum innitens, adpellabatur חָזוּת.
futh, (§. 9.). Lexicographi hoc voca-
um per *provisionem* interpretantur satis
cure. Vocabulum *brith* proprie denotat
stitutionem, utrinque vel certo valituram,
θήκην, cujus species sunt pacta, fœdera
testamenta, instrumenta. Ut genuinum
locis singulis sensum eruamus, opera
da est. Studendum, ut rei & constitu-
nis indolem habeamus exploratam, de
in orationis artubus ac nervis vestigia
documenta sese offerunt. Ita res suas se
abant constituisse primores, ut clades &
rnecio nulla esset metuenda, ut a ruina
tis suæ & ad humillimum statum proster-
dæ dignitatis staret regnum Judah defen-
sum

*) *Jes.* XLVII: 13.

ſum & extra omne diſcrimen. Depreſſio ad imam humilitatis conditionem deſcribitur a prophetis per dejectionem & præcipitationem (*f*) ad *ſcheol*, ἕως ᾅδου, ad ſtatum mortuis communem, quem veteres credebant eſſe ſubter terra. Adyta dominantium & procerum, qui cum imperio ſunt, ſolent artibus artes opponere. Neceſſitatis telum duriſſimum eos jam olim docuit artem ſimulandi amicitiam & diſſimulandi conſilia arcana atque infirmitatem nervorum. Regnante Achaſo, locus erat divinatoribus, qui ex aſtrorum poſitu & prodigiorum ſpectaculis ea prænuntiabant, quæ primoribus erant ad palatum, & turbæ ſectatorum, plebeculæ ſputa procerum veneranti, adridebant, ne animadverteret quisquam, in quemnam cuderetur faba & de cujus corio luderetur. Palæſtinæ quondam incubabat funeſta ſæpius calamitas a vento proceloſo, radente & nonnumquam urente. Hoc malum dicebatur *flagellum* & *ſcutica*, שַׁיִט, שׁוט, Palæſtinæ. LXX. huic vocabulo ſubſtituerunt ſuum (*) καταιγὶς, quod turbinem ſeu ventum procelloſum deſignat. Prænuntia-

(*f*) *Jeſ.* LVII: 9. Ἅδου ſedes ſeu *ſcheol* delineata fuit hieroglyphice adinſtar voraginis rictu latiſſimo præditæ. *Jeſ.* V: 14.

(*) *Jeſ.* LVII: 13.

tiaverat propheta, fore ut clades bellica instar turbinis, inundantis littora navesque, terrasque radentis & fluvios sufflaminantis ripasque superare cogentis, ex improviso ingrueret. Proceres vero responderant; istud malum, si vel maxime ingrueret, ipsos non læsurum, sed sine noxa transiturum esse, siquidem harioli, omnia, fore tranquilla, nuntiaverint, quibus tuto fides haberi possit. Propheta vero hasce prædictiones esse mendacia & pronuntiata irrita, quibus nulla sit soliditas, adpellat, ratus, non solum everti facile posse regnum Judah nec esse δυσκαθαίρετον, sed magnam quoque cladem, excidio proximam, ei instare. *Jonathan* hæc concise: *Quia dicitis, Percussimus fœdus cum internecione & cum perdente fecimus pacem, irritum redditum est odium* (*), *ideo ob caussam ingruet vobis quasi alveus invalescens, de quo dicitis, non superveniet nobis, quia posuimus in mendacium fiduciam nostram & propter fallacias occultati* illæsique *erimus.*

§. 18.

Non sic fiet. Nisi in certiori præsidio col-

(*) Videtur hæc formula in astrologorum nugis, ex stellarum positu depromptis, pacem portendisse, מחת סנאה, *deletio odii.*

collocaveritis fiduciam vestram, cladem sentietis. Hanc hortationem opponit Propheta consiliis & fiduciæ procerum regni Judah, præstantius eis præsidium, firmius fiduciæ fundamentum monstrans. Illi *Non sic:* aliud longe & novum *Sic* adjungit vel potius opponit. Jonathan hunc in modum fiduciam illam exponit: *Ecce ego constituens in Zione Regem, regem fortem, robustum, veracem. Confortabo ipsum ac robore implebo illum, dicens: prophetæ & justi, qui confidunt ipso, cum venerit coarctatio*, angustia rerum calamitosissima, *non contremiscent.* Ecclesiam Dei, tunc præcipue in Palæstina commorantem & regno Judah innexam, Jesaias Zionem adpellat XXXIII: 14, 20. XLI: 27, LI: 16. LXII: 11. XXXVI: 5. Templo Hierosolymitano id nomen nonnumquam tribuit XXXI: 9. XXXIV: 8. immo spirituali Messiæ regno. Si codices vetusti hebræi mihi auctoritatem impartirent, verba יִסַּד substituerem (*b*) participium יֹכֵד. *Jonathan* certe habet hoc: הָא אֲנָא מְמַנֵּי, *ecce ego constituens.* Hoc videtur ex הִנְנִי יֹסֵד formatum esse. Accedit quod LXX habent ἐμ-

(*b*) Ita legitur *Jes.* XXXVII: 7. הִנְנִי נוֹתֵן, *ecce ego dans.*

ἐμβάλλω, Petrus vero adhibet verbum τίθημι, *pono*, 1 *Ep.* II: 6. Lectionem tamen vulgarem non abhorreo. Nam illud הִנְנִי יִסַּד poteſt eſſe ellipticum, ubi ante verbum ſubaudire licet particulam אֲשֶׁר (*i*), ut ſenſus hic inde emanet: *Ecce ego* ſum, qui *fundavit.* Ad Meſſiam reſpici per indicatum fundamentum, divinitus poſitum itque inſtructum, non ſolum ex ſcriptis Apoſtolicis *Rom.* IX: 33. X: 11. 1 *Petr.* I: 6. ſed etiam ex optimis Rabbinorum commentariis intelligitur, RASCHI, in hunc locum utitur hac paraphraſi: והעמדתי מלך המשי *Et conſtituam Regem Meſſiam*, *ui ſeſe* שיהי בציון לאבן בוחן *præbeat in Zione pidem probatum.* Idem Raſchi in *Commentario ad Mich* V: 1., verba *Pſalmi* CXVIII. 1., de lapide angulari, de Meſſia, eſſe ...pienda ac interpretanda, monet. Plura abbinorum teſtimonia, ab aliis jam conuiſita, adferam neceſſum non eſt. Nec compertum cuiquam eſſe poteſt, KIMHIUM docuiſſe, omnem illum Pſalmum ſe referendum ad fata Meſſiæ. Quæ de pide fundamenti Jeſaias dixit divinitus, adtulit, ut Meſſiam ſuis ſymbolice in emoriam revocaret. Hic enim adumbratus

(*i*) WALTHERUS *in Ellipſibus Hebræis* p. 87.

tus fuit illo lapide, qui olim in intimo templi Hierosolymitani adyto, arcæ fœderis suppositus, jacebat. Rationes similitudinis sunt in promtu. Lapis enim ille erat in Zione, id est, templo Hierosolymitano, collocatus, quod sæpius adpellatur, superstructum scilicet arido solo seu monti, qui ab hac loci natura nomen Zion fuerat nactus. Lapis ille vocabatur אבן בוחן, *lapis probationis* seu tentationis, siquidem vestigia summi Sacerdotis, populum famosissimo jejunii die expiaturi, tentabantur atque probabantur, simulac prope illum accederet. Tunc enim solicite sibi ab offensione ad illum & ab ipso casu in tenebris cavere debebat. Situs erat ille fundamenti lapis, אֶבֶן שְׁתִיָּה, ad Occidentem adyti interioris, ita ut nonnisi peragratis portis atriisque & ipso pronao ac adyto sancto conspici posset. Lapidi illi nomen tremendum *Jehovah* erat insculptum, testibus *Jonathane* in *Exod.* XXVIII: 30. *Targumista* ad *Coheleth* III: 11. & *Pseudo-Epiphanio de Vitis prophetarum*, *c.* 8. Lapis ille thronum Dei inter Cherubim & arcam fœderis, solii sedem, sustentabat. Quum summus Ebræorum Pontifex magno expiationis seu jejunii die adytum intimum intraret, thuribulum, quod stante priori templo inter duos arcæ vectes collocare debebat, huic lapidi imponebat, teste codice

dice mischnico *Joma* V: 1, libro *En Jisraël* P. I, fol. 166, col. 2, & libro *Zohar in Exodum* col. 398. Pontifice in illud adytum tanquam in cœlum ingresso omnibusque ministerii sui partibus citra offensionem casumque feliciter defuncto, lætabantur omnes & sibi gratulabantur. Ipse præterea, cœlo advesperascente, amicos suos convivio lauto ac splendido excipiebat. Et, quicquid diei supererat, ipse cum convivis hilariter transigebat. *Joma* VI: 4. Morem istum imitabatur populus, credens, peccata sua nunc simul esse ablata, quam aberrationum ablationem precibus summi Pontificis, ad Filium Dei eumque deprecatorem directis, tribuit PHILO (*k*) ex nationis suæ doctrina (*l*) vetusta. Lapis porro anguli seu prominens, ac angulos anteriores ostendens, nobis a Jesaia proponitur. Nam lapis fundamenti prominebat digitis aliquot e terræ solo, & de reliquo erat quadrangularis. Illud dilucet ex *Joma* V: 1., & ex R. *Jehudah Leone de Structura templi Hierosolymitani* L. II. §. 204. L. III. §. 2. Hoc autem intelligitur ex superimpositæ arcæ figura. Lapis fundamenti vocatur a Jesaia

אבן

(*k*) *De Vita Mosis* L. III. *p.* 673. C. *Francof. Viadr.* 1691. fol.

(*l*) Liber *Ikkarim* 2. 28.

אבן יקרת (*m*), *lapis pretiosus*, *lapis carus ac rarus*, pretii gravis. Sunt, qui אבן פנת יקרת מוסד interpretantur per *lapidem anguli pretiositatis fundamenti.* Alii nomen *ebben* ante nomen *pinnath* non repetunt, ut restet *angulus pretiositatis fundamenti*, id est, pretiosi fundamenti, ex pretioso, puta lapide, facti. Nec negari potest, nomen מוסד videri notionem *fundationis* seu *fundamenti* positi complexum fuisse. LXX vocabula disjungunt magis & quidem ita: Ἐμβαλλῶ τ̀ θεμέλιον πολυτελῆ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον εἰς τὰ θεμέλια αὐτῆς. Ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, ὐ μὴ καταισχυνθῇ. *In fundum jacio lapidem fundamenti pretiosum*, *electum*, *angulis extremis congruentem*, *illustrem*, *in fundamenta ejus*, domus Zionis. *Qui fiduciam in eum collocat*, *pudore suffundatur*. *necessum non est.* GUIL. SURENHUSIUS (*n*) sibi persuasit, Interpretem Alexandrinum substituisse nomini בוחן nomen seu participium בחור, *pretiosum* & simul *electum*, atque pro verbo יחיש posuisse suum יביש. Mihi autem in eo non facit satis, dum lapidem *bochan* convertit in la-

(*m*) Ita legitur אילת, *Jes.* XXXI: 2. nullo nomine proxime sequente.

(*n*) In Βίβλῳ καταλλαγῆς *p.* 688.

pidem *reprobationis*. Verbo enim *bachan*
ec reprobandi notio nuspiam infixa hæret.
opria ei potius est potestas *probationis*,
plorationis, *tentationis*. Vide *Ezech.* XXI:
. Nomen *bachan* est *specula exploratoria*
s. XXXII: 14. item *bachun* XXIII: 13.,
c non *bachon* *Jer.* VI: 27. Lapides, qui
plorantur & probantur, ob singularem
hibitam in eos attentionem, solent esse
etiosi, selectique. Ut igitur Interpres
exandrinus lapidem illum pretiosum gra-
ter & luculente describeret, videtur duo
alitatis nomina adhibuisse. Quum inter-
etatum ivit nomen פִּנַּת & simul ad lapi-
m fundamenti respexit, ob oculos ei ver-
us fuit prominens illius lapidis angulus,
singulis quatuor extremis linearum fini-
s conspicuus. Inde natum fuit ei nomen
ρογωνιαῖος lapis, qui teste Paulo, fuit
dex & symbolum Christi. *Eph.* II: 20.
ic enim complectitur & continet eccle-
m, & circa eam undequaque insultus su-
net in suis cultoribus & eos potentia sua
cet ita, ut impingentes in angulos lapi-
m ejus vivorum, non impune recidant &
befiant. Ut lapis fundamenti indicetur
missime constitutus, participium in Ho-
al, *musad*, non iteratur solum & gemi-
tur, sed litteræ *samech* etiam dagesch for-
fuit impressum. *Græcus Interpres* e LXX.
hanc

hanc lapidis præstantiam, qua firmissimum præbet fundamentum, indicavit ita, ut eum dixerit *illustrem & excellentem ad fundamenta*. Lapide illo designari substantiam vivam, potentem, benignam, potentissimam, & præstantissimam, inde cognoscitur, quod ipso cultoribus Dei, quibus ingruunt calamitates, est nitendum tanquam solidissimo & immobili fundamento: quod fiducia & spes auxilii potissima in ipso est collocanda: quod hujus fiduciæ effectus exsplendescit ex salute, per eum patente & obtineri solita. Postrema incisi pars adhuc attentionem nostram provocat.

Adhærescemus ad duo verba, quorum prius est ancora sacra, & posterius naufragium minatur. Illud est מאמן, *maamen*, ex *heemin*, notans eum, qui sese verum, genuinum, certum, fidum & constantem præbet, ac erga alterum promissa servat ejusque promissis & dictis nititur, præcipue erga superiorem & erga dominum suum, *Gen.* XV: 6. *Jes.* LIII: 1. *Deut.* I: 32. Sola professio dogmatum divinitus nobis revelatorum ab indole hujus verbi aliena est. Rebus angustis qui animo constanti verbum Dei firmiter tenent, eoque, opis divinæ certi, sese sustentant, nec promissis Dei mentem privant, sed Domino huic veracissimo ejusque pronuntiatis fidem habent ac

in

:a inconcussam collocant fiduciam, sæ-
ıte licet hoste, calamitate, morbo, sa-
ι & inferni metu, hi sunt, quibus no-
ı מַאֲמִינִים tribuitur. Palmaria autem
missio est illa, Deum serio peccata &
ım sordes agnoscentibus atque aversan-
's animisque pœnitentia exulceratis, ad
ssiam redemtorem & advocatum confu-
ıtibus, & in hoc adquiescentibus, remis-
em prævaricationum & vim vitæ, ad
nutum componendæ, esse indulturum.
-Deo sic propitio nititur, is æquam re-
in arduis servat mentem nec refugit ca-
itatum procellas, certo credens, Deum
; castigare nec tamen eos prorsus repu-
'e. Qui fiducia illa carent, ei fortuna
ında intumescunt & extra terminos salu-
'uæ evagantur; temporibus vero nubilis
ısperioribus vel desperationem pro vir-
: adripiunt vel præ metu, quorsum se
tant, nesciunt, refugientes animo, &,
eri potest, ipso corpore ex infortuniis
uque dolenter presso ac angustiis invo-
ı. Hanc indolem animorum Hebræi
ant per verbum הֵחִישׁ. Huic verbo,
ra contextum orationis sumto, inhæret
io *conciliandi* & *adhibendi celeritatem* (*nn*),
quali

m) *Jes.* V: 18. tantumdem sonat ac præmissum
יְמַהֵר, *acceleret.*

quali utuntur, qui fugam capeſſunt, qu ex terrore vel pudore enaſci ſolet. Arab certe verbo *baaſch*, ſi media littera eſt *J* tribuunt notionem *expavit*, *territus fuit*, & ſi media eſt *Vav* in quinta Conjugatior poteſtatem verbi *receſſit*, item *erubuit*, ac i ſeptima Conjugatione *erubeſcit*, *territus fi git* (*o*). Stoici (*p*) olim quidem docebant ſapientis non eſſe fugere, ſiquidem is ne pudore nec terrore flectatur. At nec ip erant ita ſapientes, ut naturæ humanæ el menta, quæ hominem efficiunt, turbar vel exſtinguere poſſent. Et quonam admi niculo robur animi divinum ipſi in pectu ſuum derivare poterant? Ei vero, qui i Deum ejusque promiſſa fiduciam ſuam con ſtanter collocant, licet ipſi haud deſinan eſſe homines, ſpem tamen non prorſus abji ciunt nec æs triplex circa pectus, tutam i Dei veracitate ancoram dimittunt inte varias fortunæ viciſſitudines & procellas Nam qui fundamento certo firmoque nitun tur ac Regi Meſſiæ ſunt ſuperſtructi, eo Deus pro promiſſorum ſuorum laude ſtabi lienda tuebitur ac in periculis ipſis corrobo rabit. Saluberrimum hoc erat præceptum Dei

(*o*) POCOCKIUS in *Notis miſcellaneis ad portam Mi ſis p.* 10.

(*p*) CICERO *ad Brutum c.* 25.

Dei, quod Jesaias aperiebat proceribus regni Jehudah, postulans, ut hi in solius Messiæ robur & opem fiduciam suam reponerent.

§. 19.

Redit Propheta ad subsannationis formulam, *kav lakav*, *lineam lineæ adjunge*, quantum voles. Subjungit irrisioni pœnam, in irrisores, mendaciis & latebris confisos, expromendam. Monet, Deum utique ad lineam licii & perpendiculi justissimum judicium ipsis impartiturum esse. Prænuntiat ipsis funestas cladium calamitates, quas cum tempestate comparat, grandinem & aquarum inundationem infligente. Indicat ipsis vanitatem mendaciorum idololatricorum & irritarum cærimoniarum, quibus innitebantur proceres regni Judah, & quibus bellum omnem illam vanam fiduciam sit erepturum. Linea seu licium erat olim instar ulnæ & erat usui mensurandis rebus, quarum longitudo exploratur, nequid damni eis inferretur a venditore, qui merces vestitui aptas aliasque emebant. Linea, a qua suspensus hærebat index plumbeus, inserviebat cognituro situm rei horizontalem, ac perpendiculo conformem. Lingula seu examen lancium ac trutinarum olim pariter

erat linea solida, sursum erecta, ut e
tas lancium a ponderantibus gravia
varetur. Geometris, agrorum mens
fabris lignariis, cæmentariis, aliisqu
ficibus utilis est *linea*, *funiculus*, *nori*
satis trita & vulgata, ut ad amussin
efferatur. 1 *Reg.* VIII: 23. 2 *Reg.* X
2 *Chron.* IV: 2. *Job.* XXXVIII: 5. I
seu perpendiculi linea, examen tr
vocatur a Targumista *maschkalta*, *ma*
Jes. XXXIV: 11. XLIV: 13. *Zach.* I
Symbolum indicatur geminum justit
vinæ, regnum Jehudah ulturæ. N
יָעִים insigniuntur scopæ palæque,
impura, e. g. cinis ab altari removel
Exod. XXVII: 3. Tempestas gr
fœta & terribilis, bellica tumultua
turba, dicitur remotura & quasi pul
cineremque amotura mendacia & irrit
procerum, ut intelligant, securitaten
in nihilum casuram & divinationibus
lorum nullam inesse fidem, sed eas
exstinctum iri, eventu, quem prænun
rat, exspectationem ipsorum frustr
qui astris in alto positis, non lapide
menti in ima sede collocati confideb

§. 20.

Pergit Propheta, increpationibusqu

„ *Tolletur* (*pp*) & nulla erit, inquit, ta constitutio, per quam ab internecio- e vos putatis fore securos & inviolatos sse permansuros. Istud ex conspecto strorum positu effictum praesidium, illa *hasuth*, vos a depressione ad deterrimum umillimumque statum non praestabit im- unes." Dixerant proceres: *Si ventus ellosus, flagellum Palaestinae, in hanc insur- transibit nos nihilominus, nec nobis ab necione & clade est metuendum.* Contra- n vero eis tenet propheta, indicans, ut non solum calamitas istos sit tran- ra, sed etiam correptura adeo, ut ipsi tragem & conculcationis miseriam sint uri. Solebat enim ventus ille rasor pa- & pulverem miscere, huc illuc disper- e & alia utilia sic imminuere, dividere o transferre, ubi pedibus conculcaban- *Jonathan* incisum decimum septimum ac devicesimum sic fuit interpretatus: *Po- judicium rectum & stabile, quo absconditi is, quasi filum aedificationi adhiberi solitum puritatem animi tanquam lapidem perpendi- culi.*

pp) Arabica lingua hanc notionem hebraeam confirmat. *Obducendi* & *obliterandi*, *tegendi*, notionem varia loca indicant. *Gen.* VI: 14. *Deut.* XXI: 8. *Jer.* XVIII: 23. *Ps.* LXV: 4. LXXVIII: 38.

culi. Et exardescet ira mea per fiduciam mendaciorum vestrorum: & quia vos per ea *occultatum itis vos a pressura, populi vos in captivitatem abducent. Et irritum reddetur pactum vestrum constitutum, quod est cum occisore, & frustra erit pax vestra cum perdente*, non stabilis erit illa *contritio odii, nam superveniet vobis alveus validus & eritis triturationi.* Illud מְחַת שִׂנְאָה, *contritio odii*, videtur unum ex enuntiatis esse, quæ ab Astrologis schemati domorum cœlestium erant inscripta, & quod enuntiatum ipsi protulerant quasi cœlitus definitum, ut significarent, proceres regni Judah cum populo fore inviolatos nec hostile quicquam a Regibus aliis impendere, siquidem odium omne sit contritum vel mox conterendum. *Contritio odii*, falso jactata, per Targumistam vocatur *pax*, & ipse contritioni odiorum promissæ opponit contritionem seu conculcationem, qualem boves, grana exterentes in area, pedum impositorum gravitate mergitibus frugum inferebant. Hi enim stramen ita conculcabant, ut id contereretur & veluti in paleam pulveremque abiret.

§. 21.

Qui credebantur eventus futuros ex astrologia habere exploratos eosque ex positu stel-

ſtellarum mutuo prævidiſſe, vocati fuerant *choſim* (*), & eorum prædictio, quam Jeſaias adpellat mendacium & שקר *rem minus ſolidam*, dicta fuit *chaſuth*. Prophetæ genuini hanc vocarunt *haſſchot*, שׁיט, השׁוט. flagellum, quo non ſolum mare ſecatur, ſcilicet remo, ſed etiam ſervi puerique cæduntur. Deo ſuum quoque varium eſt flagellum (**) triſte ad cædendum improbos & ad caſtigandum deflexuros a tramite definito. Ejusmodi flagellum, Palæſtinæ minas ſpargens & pernicioſum, erat quondam turbo, ventus procelloſus, qui propterea vocatus fuit flagellum. LXX. id perſenſerunt, ſubſtituentes flagello καταιγιδα, *ventum turbulentum & procelloſum*, quem JULIUS POLLUX *Onomaſt.* I: 9. VI: 32, eadem adfecit adpellatione. Divinatores, aſtrologiæ ſcitis præmuniti falſiſſimis, flagellum, a prophetis regno Judah prænuntiatum, dixerant præteriturum eſſe impune. At Jeſaias ſecus ſentit & ita pronuntiat: *Quotiescunque flagellum illud, illa bellica tempeſtas, tranſibit latus veſtrum, vos omnino corripiet* (***), ac

(*) *Jeſ.* XLVII: 13.
(**) *Jeſ.* IX: 4.
(***) Verbum enim עבר adhibetur de flumine tumeſcente & ripas ſuperante. SCHULTENS *Origin. hebr. p.* 117-124.

ac in latere vestro, si ripas transiverit,
rebit & vastationem inferet medio la
vosque continget, ut ripas transiens flun
quod obvia contingit ac premit, omni
seu in dies, die exoriente quocunque,
terdiu & noctu. Non transibit per v
niam, paucula verrens & radens aër
immittens, sed multa pro more v
rasoris ventique procellosi. Quamprim
hostis ingruet & famam irruptionis int
getis, tropæum, רק, *signum inquietæ* f
& calamitosæ *divagationis*, ortæ a turba
pavescentium, ab hoste constituetur,
victoriæ suæ vestræque fugæ indici
Olim enim victores in loco, ex quo fu
gerant copiæ militares hostibus opposi
erigere solebant truncum, qui habebat f
ram corporis humani, manibus pedibus
carentis seu mutilati, & qui armorum q
scentium, varie adjunctorum, lignis
expressorum, molem ferebat. In tro
ejusmodi suspendebantur spoliorum sim
cra. *Jud.* V: 30. Tropæum ejusmodi
gebat Saul, devictis Amalekitis. Trun
Hebræis est *rak*, ut intelligitur ex L
1 *Sam.* V: 4. ubi hebræum *rak* græce
versum fuit in ἡ ῥάχις. *Jonathan*, L
Interpretes *Latini* ultima hujus incisi,
cilia omnino intellectu, obscuritate qua
obfuscarunt. *Jonathan* hæc habet: *Tem*

quo ille præterit alveus, *vos deportabit. Nam ſub aurora, ſub aurora, præteribit, interdiu aut noctu, & fiet, ut, donec tempus ad flagitium non advenit, per verba virorum prophetarum jam ſitis perditi* ac adflicti. KIMCHI ad hunc locum glaucomate laboravit. Nec alios melius manſit fatum. Vocabulum זְוָעָר *Kimchi* expoſuit tamen recte per תְנוּעָה, *divagationem* (*q*).

§. 22.

Peka & Rezino exercitum adducentibus ad terminos regni Judah & in hoc irrumpentibus, fugerunt ditiores & pavidi Hieroſolymam tam numeroſi, ut ne lecti quidem dormientibus ſufficerent, & ut thalami ſeu tenſæ idolorum in conclavibus eſſent coarctandi, ut profugi haberent, quo diverterentur & hoſpitium haberent. Omnia erant tam plena accurrentibus aliunde hominibus, ut multi in unum lectum ſeſe co-

(*q*) Alibi זַעֲוָה, æque *divagatio inquieta, terror ad fugam impellens. Deut.* XXVIII: 25. *Ezech.* XXIII: 46. Ejusdem notionis eſt זְוָעָה *Jer.* XV: 4. XXIV: 9. XXXIV: 17. 2 *Chron.* XXIX: 8. ubi in Kri eſt *Saavah,* ratione quidem frivola & nulla.

coarctare deberent, & ut idolis spatia sua haud essent integra (*r*). Regem Achasum, idololatriæ seu numinum commentitiorum cultus studiosum, imitabantur, ut fieri solet, aulici & quam plurimi cives. Vocabulum *massechah* est sacellum, σηκὸς, thalamus, tensa, domuncula, tuguriolum, cella, cellula, ubi imagines Deorum effictorum collocatæ visebantur. 2 *Par*. XXVIII: 12. XXXIV: 34. JULIUS POLLUX *L*. 2. STRABO *L*. XVII. *p*. 805-807. VARRO *de Lingua latina L*. IV. *p*. 26. KIMCHI sibi persuasit, Jesaiam hoc loco ad cladem, Israëli ab Assyrio illatam, respexisse. At rem propheta habet cum regno Judah, instante impressione, quam Peka & Rezinus propediem in hoc facturi erant. *Jonathan* rem acu haud tetigit. Is enim sic habet: *Nam brevior reddetur vis illorum ex eo tempore, quo transit fortis, & dominus coarctans multiplicabit fortitudinem.*

§. 23.

Subjungit tandem Jesaias promissum, fore, ut hostes, qui proximo tempore in regnum Judah impressionem facturi sint, a Je-

(*r*) Lecti idololatrici solebant esse ampli. *Jes*. LVII: 8.

ʼah profligentur. In documentum & tudinem eventus Jefaias provocat ad m, quam Deus in Baal prazim intulerit łæis 2 *Sam*. V: 20: 1 *Chron*. XV: 11. emoriam civibus regni Judah revocat :m, qua Deus fub Jofua hoftes Jacobin ad internecionem deleverit in valle ulone ad Gibeonem. *Jof*. X: 15. f. alienum & peregrinum fatisque inufi• 1 id erat, quo Rex Ifraëlitidis cum extraneo eoque commentitiæ religio- dicto contra fraternum Judæ regnum ıt fœdus, ut huic Regem adimeret & lo Hierofolymitano peregrinos infun- ritus. Quid igitur mirandum, fi Deus a alienas & peregrinas deftinationes alienum & peregrinum fufcepit effi- um? Vi enim fua impedimento fuit no ac Pekæ, Hierofolymam jam obfi- bus, Deus ipfe, quo minus urbem ex• arent. Jonathan ita: *Nam ut commo- tur montes, quum revelaretur majeftas ʼæ diebus Ufiæ Regis* (*Jef*. VI: 1. f) *& iracula Jofuæ gratia in planitie Gibeonitica ʼndictam ab improbis expetendam, quum m ejus* (memar) *repugnando tranfirent, ıajeftas illa revelabitur ad vindictam fu- ım a facientibus opera peregrina, opera ʼm, & ex quo exercent opera aberrationum, m opus*. Ultima incifi haud pervidit

Jonathan, & montem *Praz'm* seu perruptionum minus recte in historia Usiæ Regis quæsivit sibique deprehendisse visus est. KIMCHI in memoriam utriusque cladis, Philistæorum & Cananæorum, solide rediit.

§. 24.

Gratissimum hoc erat vaticinium, licet cum calamitatibus liberationem Hierosolymæ præcessuris conjunctum. Ne tamen proceres ex vaticinii hujus aura tumorem conciperent spesque majores suas denuo inflarent, ipsos, quibus vaticinia instillabat, gravissime hortatur, non obscure indicans, ipsos, nisi omitterent irridere Dei prophetas, in exsilia missum iri extra terram, quam vitiis criminibusque nimium fœdaverint. Nec lubrica hujus pronuntiati erat fides nec incertus erat eventus, quippe a Deo jam definitus ac decretus, Domino Palæstinæ, & hanc universam punituro. Decretum hoc dicit Propheta sese accepisse & audiisse a Deo supremo, patens ad universam illam terram, quam ea ætate Jacobidæ incolebant. Si de vaticiniorum seu prædictionum eventibus vel decretis in codice hebræo fiunt verba, verbo כלה adhæret notio consummationis, perductionis ad impletionem, quasi dixeris *absolutum hoc*

est,

est, *impletum*, *consummatum* & *definitum est*, *ac perstat*. Verbo adjecto נחרץ corroboratur pondus hujus notionis. Nam נחרצה idem sonat ac *res definita* (*s*) & *decreta est*. Confer loca *Jes.* X: 23. *Dan.* IX: 27, 28. XI: 36. Jonathan dilucide satis hunc in modum: *Et nunc ne scelestè agite*, *ut ne invalescant vincula vestra*, *nam decretum perstat*, *& quia exiit fama*, auditio, *a Deo Domino Zebbaoth super omnes habitatores terræ*, i. e. quia id jam audiendum Deus præbuit atque publicavit cunctis Palæstinæ incolis. Quoties enim vates contra astrologos & concionatores consiliariosque & adulatores aurarum indicaverant, instare immorigeris in alienas terras deportationem, nisi resipiscerent? Siquidem potentissimi tunc raro erant sapientissimi. Hinc ad attentionem cohortatur suos propheta. *Excitandi enim sunt*, *qui longæ desidiæ indormierunt*, teste PLINIO L. I. ep. 2. §. 3.

§. 25.

Triplex est attentionis excitandæ formula, qua Propheta utitur. Argumentum enim

(*s*) Quasi acuto instrumento præcisa, ex חרץ, *acuit*. Parcarum forfex & præcisio fili fatorum per symbola inde fuerunt enata.

enim orationis, quam cum Jacobidis communicaverat, erat maximi momenti & pertinebat ad fata Palæstinæ futura, tum secunda, tum adversa. Si auditores dicta prophetæ in aures demittebant atque ad præscriptum Dei vivere adgrediebantur vel victuri erant, calamitates ipsis imminentes vel sufflaminabant sibi vel minuebant. Sin Deo pergerent contra venire ejusque negligere vel rejicere legem, ipsi se in durissima induebant fata & ex Palæstina erant deportandi in exsilia & servitutem. Ut igitur prophetæ tanta mala a fratribus suis arcerent, audiri cupiebant ipsi monita & vaticinia sua, atque illud *Audite* crebro ingeminabant & triplicabant. *Jes.* XLII: 20. *Jer.* XI: 6. Jonathan: *Dicit propheta, litigo & audite vocem meam, retrospicite & suscipite verbum meum.* Præcipue sibi attentionem expetit ad ea audienda & excipienda ea, quæ sequuntur, Jesaias. Revocat enim Jacobidis paulo post in memoriam creberrimas occupationes prophetarum, saluti eorum operantium, & id studentium, ut Jacobidæ redderentur puri, fructibus ex semine seu verbo Dei enatis divites, atque ad sanctissimi Dei imitationem conformati. Similitudinem, huc referendam, Propheta ex agricultura desumsit.

§. 26.

§. 26.

Anima hominum comparatur cum agro; qui eam ab inertia & sterilitate ad culturam fructusque virtutis instruit, comparatur cum aratore & satore. Virtutis flos & exercitium comparatur cum segetibus, fructus virtutis cum sementis fructu, trituratio cum varia castigatione, qua Deus paleam a tritico & impuritates passim inhærentes a virtute, ex gratiæ Dei latifundiis hausta, separat ac removet. Nisi hic finis laborum arationis, seminationis, occationis, custodiæ, demessionis atque trituræ obtineri possit, labores isti omnes sunt irriti & frustranei. Quin igitur labores tanti prætermittuntur, si per eos nulla messis, nullus fructus, nullæ puriores fruges enasci possunt? Ecquid tandem? Deus aut eos a verbo suo arcet & removet, qui per illud nolunt emendari fructusque proferre, aut verbum suum eis adimit, qui recusant illud suscipere vel sequi. Hæc est summa allegoriæ, quam delineavit Propheta, ut Jacobidæ ipsi inde impendentia sibi fata colligerent. Eum ipsius scopum illico prima produnt verba: *An toto die*, omni laboris sui agrestis tempore, *arare debet ad sementem faciendam? an semper sulcabit, seminabit, & occabit agrum suum?* An

ruleus, meminit THEOPHRASTUS (*u*), ac id germen in panis condimentum ſumi tradit. Sunt, qui melanthion in PLINIO XXIV: II. ſe reperiſſe putant, ubi verba, ex THEOPHRASTO transſcripta in latinum, indicio ſunt, legendum eſſe MELANION, μελαν ἴον, *roſa nigra* (*x*). Küſſemeth eſt Zea, ocimum, *Speltz*. Hæc frugum ſpecies, Germanis auſtralibus nota, non diu eſt durabilis, ac ei aqua ipſo meridie adfundi poteſt, ut celerius germinet (*y*). Ariſtæ ejus ſunt paſſim plures in uno culmo, corollam referentes. Grana in cibum verti poſſunt, ſaporis & nutrimenti boni. Cur tritico nomen *Surah* adjectum ſit, ignoro. Tradunt vulgo, hoc idem eſſe ac *præcipuum*, *principale*. KIMCHI nomen שׂוֹרָה interpretatur per מִדָּה, *menſuram*. Hæreo præterea ad nomen *maſmen*, quod *hordeo* adjunctum eſt. Sunt, qui ſuſpicantur, nomen utrumque eſſe geographicum, quemadmodum noſtratibus nomina Rigenſis lini, baccarum Viſtu-

(*u*) *In Hiſt. plant.* I, 22. Cato *de re ruſtica c.* 102. COLUMELLA X, 245. SAMUEL DALEUS in *Pharmacologia p.* 264. Lugd. Bat. 1739, 4.

(*x*) CLAUDIUS SALMASIUS in *Exercit. Plin. c.* II. *p.* 126. *b. F.*

(*y*) THEOPHRASTUS *l. c.* VII. 5, 6.

ſtulanarum, fabarum Italicarum, ſunt vulgatiſſima. *Jonathani* tamen hæc adnotatio non ſuboluit, ita interpretanti: *Nonne ſi planas reddiderunt domus Iſraël facies ſuas ad faciendam legem, ut redeat & colligat ſeſe e medio populorum, inter quos diſpergentur, tum ecce ut melanthium & ut cuminum, quæ ſparguntur, erunt, & admovebit ipſos ut ſemina ad tribus ſuas, ecce ut ſemina tritici, quod ſuper agro in alto creſcit, & hordeum ad loca deſignata, ac Zeam ad confinia.*

§. 28.

Accommodat Propheta nonnihil horum ad intelligentiam Jacobidarum, ne quis eſſet, qui, quorſum hæc allegoria tenderet, ignoraret. Deum igitur deſignari per aratorem ac ſeminatorem, animam vero Jacobidarum per (z) agrum, deſignari, ſignificat. Deus, inquit, acriter gnaviterque erudire conatus fuit *populum* (a) ad judicium, ad recte cogitandum, judicandum, & agendum. Deus, inquit, ipſius docuit ipſum, ſcilicet per doctores & prophetas: Ite-

(z) Ut *Jer.* XII: 13.
(a) Vocabulum עם h. l. eſt omiſſum. WALTHERUS in *Ellipſibus Hebræis*, p. 55.

Iterum iterumque Deus populo fuo inftitutionem fuam impartivit. *Jonathan: Ecce omnis ifta judicii norma, quam norunt, ea eft, quam Deus eis facit notam, nempe legem correctionis, quam dedit illis per eam.* Nomini *mifchpat*, fi hoc divinitus traditum fuit, fubeft & ineft notio regulæ moralis, ad quam vita fubjectis eft conformanda. *Deut.* IV: 8.

§. 29.

Ut agricola victum ex fatis percipit, fructumque eorum metit ac opera triturationis paleas & fpicarum tegumenta inde fejungit; fic Deus per ecclefiæ fuæ doctores verbo fuo vult conftare fructus, nec omittit curare, ut animi auditorum beneficio trituræ feu caftigationis ab alienis & impuris innatæ & contractæ poftea labis purgentur. Ut vero agricola triturationis inftrumenta attemperat ad diverfam fructuum naturam; fic Deus pro differentia animi varii humani calamitates, expurgationis remedia, adhibet, ne quid pereat, quod confervari poteft. Id ipfum Propheta per allegoriam fymbolice cives regni utriusque docet, fimul indicans, fata duriora, utrisque immiffa vel immittenda, fapientia duce niti nec cuiquam injuriam inferri vel illatum iri. Melan-

lanthium cylindro (*aa*) triturari non debet. De cylindro, fruges exterente, granis liberante, & a paleis purgante, differui nuper in *Commentario ad Amoſum* III: 10. evulgato. Licebit mihi in præſens eſſe breviori. Cylindrus agricultorum erat undique dentatus, ideoque dicebatur חָרוּץ. Ejus motu & per homines aſinosve ſuper mergites reſolutas circumactione grana culmis & ariſtis frugum exterebantur, teſte CYRILLO ALEXANDRINO To. III. Opp. p. 254. Vocabulo חרוץ, quod *acutum* & *exciſum* per ſe denotat, adjungitur a Jeſaia XLI: 15. מוֹרַג, *tribula*, *tribulum*. Cylindri illi dentati adpellantur *Chrützoth* ab Amoſo I: 3. Rota ploſtelli ſuper cumino circumagi non debet, circumagenda ſuper verticibus hordei ac tritici. Cylindrus, ſpeciatim ſic dictus, a ploſtello differt. VARRO tamen (*b*) ita: *Aut tribulum fit ex aſſibus*, (*aus Kwerhölzern*), *dentatis cum orbiculis*, *quod vocant ploſtellum Phœnicum. In eo quis ſedeat atque agitet*, *quæ trahant*, *jumenta*. Dentati illi orbiculi fuerunt id, quod hoc loco vocatur *rota*. Figuram ploſtelli ad triturationem ad-

(*aa*) KIMCHI exponit per tabulam ligneam; cui ſuffixi ſint lapides tenuiores.

(*b*) *De Re ruſtica* I, 52.

adhibiti oculis lectorum exhibuerunt spectandum MATTHIAS BECKIUS (c), JOANNES SCHEFFERUS (d) JO. MATTH. GESNERUS ad locum VARRONIS, aliique. Melanthii & cumini capita exterantur oportet baculis & bacillis. Facili enim negotio semina illa exteruntur. Ita impuritates uni altius tenaciusque insident, quam alteri, ac propterea diversis remediis & calamitatibus ad paleas expurgandas & exterendas opus est.

§. 30.

Agricultor illa paleis evacuata grana ac semina tandem molendo & comminuendo vertit in farinam & farinam porro subactam parat in panem, furno coctum. Usumfructum respicit inter labores suos agricola, percepturus ex sudore emolumenta & spei metam consecuturus. Farinam aliam alio modo in cibum convertit. Farinam non obtineret, usui domestico destinatam, si auriga, plostellum agitans per jumenta, penitus contereret (*dd*) grana in pulverem. Ipse

(c) *Ad Paraphrasin Chaldaicam Chronic. Vol.* I. *p.* 210.

(d) *De re vehiculari veterum* II. 7. *p.* 128.

(*dd*) ALB. SCHULTENS in *Origin. hebr.* c. 5. §. 26. *p.* 145.: „Totus locus tenebrosus admodum „ est & multa difficultate implicitus." Subdit

pſe non uno triturationis labore continen-
er occupatus eſt & diſtrictus. Libet hujus
riorisque inciſi chaldaicam *Jonathanis* ſub-
ungere interpretationem: „ Nam tribulis
, ferreis (*e*) melanthium non conculcant,
, nec rotas ploſtelli ſuper cuminum cir-
, cumagunt. Res ipſa indicatur, non vis
, verbi. Siquidem baculo excutiunt me-
, lanthium, & cuminum bacillo exterunt.
, Qui calcando etiam id ipſum opus facit,
, facit id quidem, ſed non perpetuo inſiſtit
, triturationi, dum nutrit rotis ploſtelli
, perverſitatem ſuam eamque protendit &
, paleam infringit. " Poſtrema ſunt ob-
:uriora prioribus, emendanda fortaſſe ex
odice meliori, quam eo, quo JO. BUXTOR-
IUS in bibliis ſuis maximis uſus fuit. Pro-
hetæ vicem dolebant Jacobidarum, quoties
i verbum Dei in animos dimittere recuſa-
ant nec ad fructus verbi promovendos
uram ſuam adplicabant. Prophetæ erant
ıfeliciores aratoribus. Hi enim non ſem-
er arant agrum, ſed meſſem quoque &
ibum ex labore ſuo adquirunt. At pro-
phe-

dit hæc *p.* 146. *Tabefacere*, המס, *heic ponitur pro vehementius agitare & propellere, ut continuo motu ac volutatione res quaſi attenuata tabeſcat ac diffluat.*

(*e*) De eis *Jeſ.* XLI: 15. 2 *Sam.* XXIV: 22.

phetæ videbantur semper arare & continenter sementem facere. Paucissimi animum operamque eis dabant, ut inde fructus & tandem laboris meta sese in conspectum darent. Et propterea plectebat Deus Jacobidas tandem gravissime. Qui vero frugis bonæ erant ac fructiferi, eis tamen non expetenda ab omni castigatione vacuitas. Hæc est ratio, cur Deus sinat maximas calamitates regionibus incolisque communes incubare. Nam rebelles & perversi in Deum cives sunt severe puniendi; pii vero summæ majestatis cultores sunt castigandi, ut a paleis purgentur & in cultura virtutis crescant ac corroborentur. Castigatio tamen hæc servat æquitatis regulam & ad mensuram virium fidei, pietatis, ætatis, intelligentiæ, status ac sexus, est conformata. Utinam perversi acerbitate pœnarum excitarentur semper ad suscipiendum regni cœlestis in hac vita jugum suave & amœnum, nec amplius pœnis coërcendi & torquendi essent! Ipsi enim sunt, qui præcones verbi divini irrisionibus & sannis adficiunt; qui in caussa sunt, ut hi continuo arent & seminent, nec fructus laborum suorum sentiant.

§. 31.

§. 31.

Evolutionem allegoriæ & copiofiorem expofitionem fimilitudinis omittit Jefaias. Id unum addit, ftare decretum, quod Deus, mundi Dominus ac rerum omnium creator & moderator, condiderit. Ne quis miraretur, quod, eventus admodum calamitofos ingruere, propheta dixerat, quum nulla mali facies adhuc confpiceretur; Propheta quemvis ad Dei veracitatem, juftitiam, & fapientiam delegat, cui tanta & tam mirabilis fit potentia, ut ea valeat perficere, quæ nobis videntur effe incredibilia. Jonathan obfcuriufcule: „ Quin immo hoc a „ Jehovah (domino) Zebhaoth exiit, fore, „ ut folertia magnæ fuæ cognitionis mun„ dum (*alma*, עלמא) fit emendaturus, „ opera *brefchith* (i. e. in regno naturæ) „ fit amplificaturus multae fapientiæ inter„ ventu." Videtur *Targumifta* refpexiffe ad innovationem regni naturæ & gratiæ, חידוש העולם, quam in tempora Meffiæ advenientis rejiciunt & collocant Judæi. At, quale id decretum fuerit, de quo differuit Jefaias, facile ex complexu hujus vaticinii & ex ipfo eventu fatis trifti clariffime intelligitur. Si id tibi videtur memorabile,

quod nil de miraculosis Dei factis in eventu uno alteroque proximo legitur, ea nobis objicis, quæ objectionis ratione carent. Nam nomen פֶּלֶא & verbum הִפְלָא non ubique denotant ea, quæ miraculorum in numero sunt referenda. Ut tamen simus liberaliores, Deus interventu miraculi geminos Reges, obsidioni Hierosolymorum vacantes, submovit. Id Achaso Jesaias (ee) prædixerat, Deusque vaticinium implebat. Quid de Tigletpeleseris impetu in Hierosolymam dicemus? Hiskias non dubitavit, quin Sancheribus miraculo in Judæa adeo fuerit adflictus, ut fuga quæsiverit salutem. Ne quis vero dubitaret, certum esse decretum, cujus propheta jam vs. 22. meminerat, id esse immotum & eventu suo comprobatum iri, ipse denuo tradidit, excitaturus irrisores verbi divini ad resipiscendum & ad avertendam, certe imminuendam, calamitatem regno incubituram & gravitate sua miseros admodum adflicturam. Conf. VIII: 21, 22.

§. 32.

Ut decretum Dei illud, quod meminerat Pro-

(ee) VIII: 9, 10.

ɔpheta, ne videretur fabula vel com-
:ntum, propheta id copioſius evolvit &
:ruit capite ſequenti, quod non eſt reſe-
ndum a prioris vaticinii complexu, nec
Sancheribi, vel cum ALBERTO SCHULTENS
Romanorum ætatem & inſultus tantum-
ɔdo proferendum. Nam Reges, Peka &
:zin, omnino circumſederunt Hieroſoly-
ım & machinas omnes poliorceticas, ei
ati & nationi familiares, expugnandæ
bi admoverunt ac adhibere adgreſſi ſunt.
III: 1, 5, 6. Hæc erat illa caſtigatio,
:r granorum melanthii, & cumini, ex-
ſſionem, baculo fieri ſolitam, delineata.
rbs enim ab hoſtibus non erat expugnan-
, nec dum cylindrus & rota ploſtelli per
ırdei triticique mergites circumagenda.
odromus vindictæ gravioris, quam ſen-
ri erant tandem, niſi reſipiſcerent, ad-
ıc præmittebatur. Illi dicterio *zav lazav*,
ecipe iterum iterumque, opponit propheta
ıcem pipientium (*f*), avium, inſidiis &
ſtodia clauſarum, *zaphzaph*. Hanc vo-
m imitaturi erant Hieroſolymitani, an-
ıſtiis preſſi ac obſidione cincti. XXIX: 6.
empeſtas prænuntiata bellica, cum toni-
u & vento raſore ac urente comparata,
certo

(*f*) Conf. *Jeſ.* XXXVIII: 14.

certo propediem dicitur contumacibus superventura. XXIX: 5, 6. Ætas Sancheribi erat remotior, nec clades, ab eo in Judæos tentata, dici poterat illico adfutura. Adde quod Sancheribus nec aggerem urbi admovendum curavit, nec telum in eam jaculatus fuit. *Jes.* XXXVII: 33. At de obsidione, c. XXIX. memorata, secus est judicandum. Hariolorum prædictio, ex positu domorum cœlestium facta, qua nitebantur proceres Hierosolymorum, dicitur esse instar libri clausi & prorsus irrita ac inutilis. XXIX: 11. Latibulis irritarum fallaciarum, quibus confidebant, detrahit Propheta fidem omnem, adfirmans potius, omnem sapientiam & intelligentiam eorum iri occlusum & occultatum. XXIX: 14, 15. Irrisores, de quibus capite XXVIII conquestus erat, consumtum iri eisque materiem ac libidinem cavillandi detractum iri per calamitatum angustias, pronuntiat. XXIX: 20. Addit tandem calamitatis exitum, Hierosolymæ liberatæ sortem lætiorem & incolarum ad pietatem in Deum reditionem. XXIX: 22, 23, 24. Copiosius hæc alias edisserere animus est. In præsens ex usu erat monuisse, capitis XXVIII. fine vaticinium Jesaiæ, ad Hierosolymitanos ac regni Judah cives tendens, haud fuisse conclu-

lusum. Operæ pretium mihi fecisse ac eportare videor, si hæc monere non omit- o. Sunt enim, qui caput novum existi- iant esse novi vaticinii argumentum. No- tra tamen ætate dubitat id nemo, libellos ngulares propheticos non contineri singu- orum capitum divisione; quæ est inventum emporis recentioris. Sunt præterea alii, jui caput XXIX. ad insultus Sancheribi iostiles referunt. In horum numero refe- endus est JOANNES DANIEL SCHRAMMIUS, jui labore juvenili priora quatuor incisa :apitis XXIX. illustrare aggressus fuit. Exiit in lucem Helmstadii 1719, 8, ejus (g) *Succincta delineatio philologica vocum Ariel & Pytho, ubi vera utriusque vocis monstra- tur significatio, doceturque, hæc verba tan- tummodo esse comminationes Sancheribi inanes, quos Propheta deinde falsa refutet.* Si de Sancheribo ulla ibi fieret mentio, non recalcitrarem sed manus facile darem vi- ctas Nec falsam ullam reperio refutatio- nem, Sancheribo oppositam. Refutatio vel acuta tractatio, quæ subjungitur prænun- tiatæ Hierosolymorum obsidioni, primori- bus regni Judæ fuit opposita, quibuscum jam antea negotium fuit Jesaiæ. Copiosius hæc

(g) Inserta *Bibliothecæ Bremensi Vet.* Class. III. p. 333. f.

hæc exponere est animus, quamprimı Deus otia adspiraverit pacisque præstanı has terras refovere fuerit dignatus. A nuat modo Deus precibus votisque n stris. (*)

(*) *Commentatio hæc scripta fuit fervente adhuc Germania bello. Promissam hanc cap. XXI. expositionem jam dudum ad me misit Vir S. V nerandus, quæ D. v. alium Fasciculum ornab N. B.*



III.

AM. CHR. LAPPENBERG,

V. D. M. IN COETU, QUI CHRISTO COLLIGITUR IN AGRO LESMONENSI,

COMMENTATIO

DE OMNI SERMONE INUTILI JUDICANDO,

AD

MATTH. XII: 36.

Ἐγω δὲ ὑμῖν, ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν ὁι ἄνθρωποι, ἀποδώσϐσι περὶ ἀυτϐ λόγον ἐν ἡμέρα κρίσεως.

COMMENTATIONIS CONTENTA.

§. 1. *Scopus & ordo dissertationis.* §. 2. *Contextus dicti.* § 3. Ρημα αργον *quid in genere sit.* §. 4. *Quid speciatim hoc loco sit.* §. 5. *Finis extremi Judicii.* §. 6. *Tres aliæ Interpretationes recensentur* J. E. SCHUBERTI. §. 7. Anonymi Galli Mr. L. §. 8. CHRIST. WOL-

WOLLII. §. 9. *Dubia adversus Wollianam expositionem.* §. 10. *Exordium & paraphrasis totius dicti.*

§. I.

Rigida sententia Christi judicis de quovis inani verbo in examen judicii extremi olim vocando, si ita abrupte & simpliciter accipiatur, prout ab interpretibus sacris communi fere consensu exponitur, non potest non piis mentibus graves scrupulos injicere. Quid? si singulæ voces superabundantes, si omnis sermo ex ore cujusque hominis loquacis unquam prolapsus, si omnia jocantium vel etiam confabulantium otiosa verba, si omnes nugæ quas levis aura dissipat, si quævis oratio nimis prolixis verbis extensa rigorem examinis die judicii subitura essent: quis pius absque tremore aperiret os? Non quidem defuerunt interpretes, qui sentirent, mitigandam esse vulgarem eorum expositionem, qui præter scopum Christi hanc sententiam justo rigidius extendunt (*): at vero alii tentarunt restrictio-

(*) Interpretes, a vulgari eaque justo latiori interpretatione hujus dicti recedentes, qui bre-

nem aliquam ex principiis prorſus re-
pandis & futilibus; alii, qui mentem
iſti verius perſpexere, non niſi ex le-
·ibus quibusdam perſuaſionibus, magis
ſunctorie conjectando quam exacte de-
nſtrando, vagiorem hujus dicti inter-
tationem de ſingulis ſingulorum, ſaltem
genitorum inutilibus verbis judicandis
rigere conati ſunt, non autem ad amus-
ſim

breviter hanc reſtrictiorem expoſitionem attingunt, quam ego quidem nunc amplius illuſtraturus & demonſtraturus ſum, ſequentes mihi innotuerunt. D. MARTIN ad h. l. ita commentatur: „ Le plus part des interpre-
„ tes entendent cela des diſcours inutiles —
„ — mais la liaiſon de ce verſes avec les
„ 34, 35. & le verſet, qui ſuit apres celui-
„ ci, font voir aſſez clairement, que J. C.
„ y parle auſſi de tous les paroles fauſſes &
„ injurieuſes, que les ennemis de la religion
„ chretienne auront proferées contre elle ".
Tum etiam S. CLARKE in paraphraſi & alius *Interpres Anglus* (*in dem engliſchen Bibelwercke* Tom. XII. ad h. l.) ad eandem ſententiam propendunt. Tum quoque breviter ab autore Anonymo prolata legitur *in der Hamburgiſchen vermiſchten Bibliothek*, 1744. *Band* II. *pag.* 991. His omnibus inprimis adjungendus Vir litteratiſſimus infra ad §. III. allegandus G. D. KYPKEN: Horum, & ſi forte me neſciente plures ſint idem ſentientes, meditationes pluribus excutere animus mihi eſt.

fim juftæ interpretationis determinarunt, quinam illi fermones inanes fint, quibus Chriftus examen adeo feverum comminatur. Quare quum mihi propofitum fit, univerfum contextum fermonis Chrifti curatius examinare; tumque, quid ῥῆμα ἀργὸν fit, ex ipfa natura vocis eruere; tum denique ea quæ de fine extremi judicii aliunde difcimus cum hac fententia comparare: id conabor efficere, nihil his verbis ineffe quod fummum Judicem dedeceat, verum potius hanc ipfius judicis prædictionem nobis portendere lætiffimum in cavillatores fidei noftræ triumphum.

§. 2.

Jefus anno fecundo minifterii fui (juxta alios primo) in civitate Capernaum ad domum, quam ibi habitabat, hominem a dæmone mifere tortum fanaverat, referente *Matthæo cap.* XII: 22. *feqq.* & *Marco cap.* III: 22. *feqq.* Pharifæi, fortaffis qui in Galilæa degebant, concinentibus legis peritis, qui ad Jefum infectandum Hierofolymis delegati erant, quamvis de veritate hujus miraculi totque aliorum miraculorum, quibus Chriftus divinam fuam potentiam demonftraverat, ipfi fe convictos fatis fatebantur, nihilo fecius (qui fummus in

ipfis

pſis erat indurationis gradus) pergebant *Matth.* IX: 34.) varia eaque virulentiſſima :onvicia in Jeſum projicere. Quædam ho-um ab hiſtoricis ſacris narrantur: nam plu-a hujusmodi evomuiſſe procul dubio eſt. nter alia calumniabantur, familiare com-nercium intercedere inter Jeſum & princi-)em aliquem dæmoniorum nequiorem &)otentiorem inferioribus dæmonibus, quem n ſua dæmonologia mythica Beëlzebul, ıomine quod cum Beëlzebub idolo Accaro-ıitarum prope congruebat, appellabant. (*) ᵓhariſæi quippe, quum ſe Sadducæis pneu-natomachis opponerent, in alterum extre-num eoque ſuperſtitionis prolapſi, ut dæ-nonum nomina & ordines & principatus, &]uaſi mythologiam aliquam ſpirituum enu-nerarent: qua de re pluribus diſſererem, ſi ota diſputatio, quam Jeſus ex ipſis hypo-heſibus dæmoniologicis Phariſæorum κατ' ἀν-

(*) De nomine Beëlzebub in Beëlzebul transmutato qui ampliora deſiderat, conferat WOLFFIUM ad *vſ.* 25. & auct. ab eo citatos. Mihi quidem ſententia a me conjiciendo prolata aptior videtur ad tollendas omnes difficultates, quibus variæ interpretum ſententiæ de cauſis hujus transmutationis premuntur. Hoc ſaltem certum eſt, ad tales verborum luſus mordacia Judæorum ingenia ſemper proclivia fuiſſe.

ἀνθρωπον contra ipsos instituit, nunc persequenda esset. Hoc unum noto, in hac obtrectatione, utut insulsissima, voluisse Pharisæos sal aliquod & acumen sibi affectare. Quid homini cuivis sano intolerabilius, quam ab insipidis ingeniis atque illepidis sannionibus, qui quidem jocandi facultatem stulte sibi arrogant, cavillationibus ab omni tam soliditate quam lepore inanibus conspurcari? Ah! quam acerbas, &, quod acerbissimum est, quam insipidas ἀντιλογίας (*Hebr.* XII: 3.) sanctissimus Servator contra se passus est! Quod ad hanc calumniam Pharisæorum de magico commercio Jesu cum Beëlzebul attinet, non quidem facile patet, in quo aculeus hujus scommatis ex maligna intentione Pharisæorum positus fuerit: non enim nobis perspectæ sunt omnes eorum traditiones dæmoniologicæ. Si vero licet aliquid hujus suspicari, (suspicari, inquam) forte Jesus cæcum mutumque sanans lutum miscuit: quod quamvis non expresse narretur, non tamen ab omni specie veri alienum est, quum ter legamus, (*Marc.* VII: 33. VIII: 23. *Joh.* IX: 6.) Jesum, nunc hominem mutum; nunc cæcum sanando, similiter egisse: quæ luti mixtio ex mea quidem opinione emblema illius creatricis omnipotentiæ erat, qua ipse tanquam filius Dei primum hominem

ex

ex terræ luto formaverat. Fortassis Pharisæi pro sua mordacitate inde id arripuere, quo Jesum commercii cum Beëlzebul, domino luti, insimularent. Quidquid hujus sit, id saltem *certum est, hos æque obstinatos ac insulsos Jesu cavillatores in hac obtrectatione singulare aliquod acumen affectasse, in quocunque tandem istud quæsiverint.*

§. 3.

Neque vero nunc immoror universæ defensioni Servatoris exponendæ; neque id nunc ago, ut ostendam, quomodo Jesus insulsa hæc opprobria, non quidem pari paria referendo, at ita tamen, quemadmodum ad stultitiam stultorum exacte quadrabat, sapienter retuderit, atque cuivis discipulo, magistri vestigia attente inquirenti, in hoc quoque exemplum dederit observandæ utriusque regulæ sapientum: (*Prov.* XXVI: 4, 5.) „ne respondeas stolido ad „modum stultitiæ ipsius, ne ipsi adsimile„ris: at vero respondeas stolido ad modum „stultitiæ ipsius, ne sibi sapere videatur." Neque ad scopum præfixum attinet, ut de peccato in Spiritum Sanctum atque de caussis, cur remitti nequeat, differam, quod a tam multis ita factum est, ut nihil hic in dubio relictum videatur. Mihi inprimis

propositum est inquirere, quid illud ῥῆμα ἀργὸν sit, de quo Christus judex adeo rigide pronunciat.

Primum facile suppono, quod ῥῆμα non solum dictionem simplicem, si vocem e litteris syllabisque constantem, sed & integrum sermonem & orationem omnem sive breviorem sive longiorem denotet. Tum id quoque patere arbitror, quid ἔργον ῥήματός τινος designet, nempe vim & emphasin verbi, robur sermonis atque nervum. Ἔργον cujuscunque sermonis est vel soliditas ejus, vel acumen: quemadmodum ἔργον cujuscunque rei dicitur id, quod in re aliqua præcipuum est. Inde sequitur, quid sit ῥῆμα ἀεργὸν sive ἀργὸν: est nempe sermo ab omni soliditate & vero acumine vacuus, nec ex sano judicio nec ingenio profectus, ratione atque lepore carens, oratio amens, fatua, insipida, insulsa, nullius valoris, sive sermo qui nihil efficit nec ad convincendum nec ad homines sanos delectandum.

Usus scriptorum græcorum mihi neque obstat, neque favet. Hi nempe omnes, quantum scio, hoc adjectivum derivatum adhibent pro pigro, ab opere cessante, homine ignavo, vel agro inculto, & hujusmodi vel rebus vel personis nil agentibus: adeoque respiciunt ad illam primariam

no-

notionem vocis primitivæ ἔργον, qua significat, opus, laborem, negotium. Apud *Platonem* in *Menone*, *Plutarchum* & *Ciceronem* de *fato* λόγος ἀργὸς appellatur illa *ignava* philosophandi ratio eorum, qui fato necessario & immutabili inertes parent, & nil omnino in vita agunt: id quod ad illustrandam hanc vocem in dicto explicando nil facit. Sed alia exempla ubi hoc adjectivum ῥήματι vel λόγῳ adjiciatur, vix invenies, cum ipsi RAPHELIO non obvia fuerint, quippe qui in *Herodoteis* non aliud habuit quod id illustrandum ῥῆμα ἀργὸν proferret, quam λόγον μάταιον (*). Septuaginta interpretes vocem ἀεργὸς ter adhibent pro *pigro*, *remisso*, *segni*. (*Prov.* XIII: 4. XV: 19. XIX: 15.) Similiter versio Syriaca & Arabica *Matth.*

(*) Sic quidem mihi, copia scriptorum Græcorum nimis destituto, videbatur. Sed post elaboratam hanc commentatiunculam moneor a Viro S. R. cujus censuræ subjicienda erat, exempla auctorum profanorum collecta legi in G. D. KYPKE *Observ. sacris P.* I. *p.* 69. e quibus appareat, λόγον ἀργὸν per μείωσιν dici sermonem impium & blasphemum, quemadmodum etiam (*Philem. c.* II.) Onesimus dicatur ἄχρηστος, qui omnino noxius fuerat & multa abstulerat. Quum vero mihi locus non sit, ipsum hunc auctorem conferendi, rogo ut ipse lector ulterius investigaturus eundem conferat.

Matth. XII: 36. vocibus utuntur cum בטל (cessans ab opere) congruis. At nihilo secius Interpretes aperte fatentur, τὸ ἀργὸν æque ac בטל etiam de *inutili* & *infructuoso* posse exponi, adeoque ex notione secundaria nominis ἔργον exponendum esse, quamvis exempla Autorum græcorum etiam hic plane deficiant. Ipse VORSTIUS (citante *Fischero* ad *Stockium*) hanc significationem τοῦ ῥήματος ἀργοῦ non pro Græca, sed pro Chaldaica habet, & exempla allegat ex *Targum Eccl.* V: 2. *Exod.* V: 9. quibus idem chaldaicum בטל pro inutili & inani sermone adhibetur. Si ergo deficiens Græcorum scriptorum usus non obstat, quo minus hic significatus τοῦ ἀέργου ex ea secundaria notione nominis simplicis, qua usum & fructum rei alicujus significat, recte eruatur: mihi quoque sufficient rationes etymologicæ ad adstruendam hanc interpretationem, quam ex alia, eaque indubia, notione secundaria nominis ἔργον elicio. Etenim si *ἔργον rei est valor ejus præcipuus atque nervus, sequitur ut ῥῆμα ἀεργὸν nil aptius designare possit, quam sermonem invalidum & impotentem, qui nec prodest nec delectat.*

§. 4.

Speciatim vero Christus iis sermonibus in-

insipidis, qui contra divinitatem suorum miraculorum & doctrinæ suæ a Pharisæis blaterabantur, examen exactissimum extremi judicii comminatur. Non alienum a nexu sermonis Christi, neque a genio linguæ sacræ foret, si articulo præpositivo (οἱ ἄνθρωποι) aliqua emphasis demonstrativa, quam sæpe habet (*) etiam hoc loco tribuatur: unde dictum sic verti posset: „ dico vobis, quod hi homines (diese Leute / „ *ces gens la*) rationem reddituri sunt in die „ judicii de omni inani verbo quodcunque „ locuti fuerint." Contra quam interpretationem articuli præpositivi si quis objiceret, cur non potius Servator in sententia tanti momenti addiderit pronomen, (ὗτοι οἱ ἄνθρωποι) huic respondeo, hoc addito potuisse multos induci, ut sibi persuaderent, ad solos hos conviciatores, contra quos Christus tum disputabat, hanc comminationem singulariter pertinere: quales autem arcti limites sententiæ adeo ponderosæ ponendi non sunt. Statuendum potius ex ipsis verbis Christi & ex scopo externi judicii, non hos solos, sed & hujusmodi alios obstinatos cavillatores, qui similes inanes nugas contra miracula filii Dei & divinam originem evangelii sive ore sive scriptis effu-

(*) GLASSII *Grammat. s. tract.* II. *can.* I.

effutiverint, in judicio reprobationis rigidiffimum examen omnium & fingulorum fuorum conviciorum cum fummo infulfitatis fuæ opprobrio fubituros & in æternum pudorem conjiciendos effe. Quare perinde eft, five articulo præpofitivo aliquam vim demonftrativam tribuas nec ne, dummodo verba judicanda, (ῥήματα ἀργὰ) fpeciatim ad id reftringas, quod etymologia dictionis, & fcopus, & contextus fententiæ poftulant.

§. 5.

Multum lucis accedit huic interpretationi ex loco parallelo JUD. 15. Apoftolus ad cavillatores doctrinæ Chriftianæ inania loquentes, five *blafphemantes ea quæ non intelligunt*, (vf. 10.) vaticinium Henochi applicat: *Ecce, Dominus venit — ad refellendos omnes impios — de omnibus duris quæ adverfus ipfum locuti funt peccatores impii.* Ex quo idem patet, quod ex ore Chrifti difcimus, futurum effe, ut in externo judicio futilitas & abfurditas omnium calumniarum in verbum Evangelii frivole effufarum luce clarius demonftretur. Nihil decentius, nihil aptius huic admirabili theatro veritatis & fanctitatis divinæ tunc publice revelando! Meditanti utrumque judicium tam abfolutio-

tionis quam reprobationis, & conferenti ea quæ Christus ipse *Joh.* III. & *Matth.* XXV. de suo judicio prædicit, multo credibilius est, universum statum utrorumque atque interiorem animorum conditionem ex his illisve documentis singularibus patefore, quam singula cujusque facta & verba & cogitata manifestanda esse. Quicunque nempe Christo fidi permanserunt, & ad dextram statuentur, hi omnino non pudefient enarratione eorum quibus vel aliqua turpitudo inest, sed incredibili cum lætitia videbunt, omnia ea, quorum commemoratio pudorem aliquem & dolorem posset incutere, æterna oblivione tecta esse: cui non obstabit, quod illi, quibus multa remissa sunt, vel quos ex singulari animarum suarum periculo divina misericordia extraxit, ipsi ex celebrioribus argumentis gratiam Jesu celebrabunt. Contra si judicium in reprobandos publicandum mediteris, nihil probabilius est, quam fore, ut generatim perversus peccatoris cujusque status & perfidia & abscondita malitia, maxime obstinata resistentia, ex tot documentis, quantum necesse est ad vindicandam Dei justitiam & convincendam ipsorum culpam, demonstrentur. Quare utique credo, fore ut ea damnandorum non verba solum futilia sed &

cogitata turpia in lucem protrahantur, quotquot nempe judex omnifcius idemque fapientiffimus ad celebrandam providentiæ fuæ bonitatem & judicii juftitiam protrahenda effe judicabit: neque tamen neceffe eft ad hunc finem obtinendum, ut fingula cujusque damnandi dicta & cogitata inania detegantur & immenfus aliquis catalogus fingulorum verborum, quibus in tota vita quomodocunque peccatum eft, recenfeatur. Neque enim ea fingula tanti funt, ut mereantur publice narrari, quum potius immenfa fingularum nugarum & fcurrilium quisquiliarum five ore five fcripto effufarum, recenfio non poffet non tædium creare beatis cœlitibus affefforibus & fpectatoribus, neque ad gloriofum finem judicii quidquam profutura videatur. Quid? fi vel fingula fcripta futilia, quotquot ab initiis typographiæ impreffa funt, (horret animus molem ac meminiffe refugit) effent recenfenda, quis poffet fuftinere? Ne hoc quidem decere fummum judicem arbitror. Imo hoc unum perpende: fi fingula verba futilia damnandorum publice exponentur, æque fequitur, ut idem accidat fingulis eorum cogitationibus, & intentionibus, & fomniis, fingulisque minutiffimis animorum agitationibus: quod vero neque ex *Ecclef.* XII: 14.

neque

neque ex *Jer.* XVII: 10. neque ex 1 *Cor.* IV: 5. neque ex alio Scripturæ loco recte explicato poteſt effici; quippe quibus nihil aliud prædicitur, quam fore, ut ea reproborum cogitata, ex quibus univerſa ipſorum interna conditio & perverſa mens cognoſci poterit, vel etiam ea clandeſtina molimina malorum ex quorum remoratione vel etiam inverſione ad bonum finem divina ſapientia inprimis celebranda erit, in lucem protrahantur. Ex quo concludo, ſcopo judicii extremi minime convenire, (quod vulgo nimis indefinite docent, atque ex hoc potiſſimum dicto probare contendunt Theologi didactici) objectum reale judicii omnia omnium, ſaltem reprobandorum, facta, dicta & cogitata futura eſſe, eaque ſingulatim recenſenda.

§. 6.

In quo ſi a communi fere theologorum noſtrorum expoſitione recedere videar, habeo aliqua ex parte præeuntem Virum S. Ven. J E. SCHUBERT, (*) quamquam argumentum ejus meum non facio. Aſſerit Vir

(*) J. E. SCHUBERT *inſtitutt. theol. dogm.* p. 1136. (edit. 1753.) in *ſcholio.*

Vir S. Ven. recensionem specificam omnium cujusvis operum ex dictis, quæ vulgo allegantur, (inter quæ hoc nostrum eminet) minime sequi: in quo quidem ipsi adstipulor. Sed displicet mihi argumentum quo utitur his verbis comprehensum: „ hoc „ enim in se impossibile est, cum tale ju„ dicium multa milia annorum duraturum „ sit. " At ego quidem primum firmiter suppono, judicis omniscientiam posse hæc, quam infinita nobis sint, recensere, neque impossibile existimandum esse, ut singulorum inanium verborum memoria reproducta manifestetur. Tum quoque nec illud placet, quod Vir S. Ven. ait, tale judicium multa millia annorum duraturum esse: quasi vero quamdiu duraturum sit nostris temporum mensuris determinari queat: imo statuendum est, immensum hoc theatrum divinæ justitiæ per multas myriades seculorum (si vel seculorum decursus tum cogitari possit) patefore, & beatos cœlites in speciali manifestatione judiciorum divinorum diu (si modo diutino alicui tum locus sit) habituros esse quod cum summa voluptate admirentur. Alias mihi suppetere rationes, ut in thesi ipsa Viro S. Ven. assentiar, satis, credo, declaravi.

§ 7.

§. 7.

Neque etiam quis existimet, me eandem caussam agere cum *Autore epistolæ* cujusdam, quæ *Bibliothecæ Germanicæ* (*) inserta legitur, quam B WOLLIUS (**) fusius recenset recteque refutat. Hic *Anonymus* adversus severiora placita Theologiæ moralis *Placettianæ* disputat, sed levius & præcipitantius versatur in tanto argumento. Summa scriptiunculæ hæc fere est: discedendum esse a sensu litterali figuratumque amplectendum, propterea quod sensus litteralis non possit conciliari cum misericordia Divina, cum sapientia Evangelii & fragilitate hominis, rigoremque inducat non sustinendum; esse ergo existimandum, Christum studio exaggerasse hoc præceptum sermonis compescendi ut saltem ad aliquam ejus observantiam nos obliget, vel etiam hanc sententiam comminatoriam talem esse, quam ju-

(*) *Lettre du Mr. L. a Mr. D. sur Matth.* XII: 36. *Biblioth. Germanique Tom. III. art. III. pag.* 98.

(**) CHR. WOLLII *comment. de ecclesia pharis. & christiana in vitæ morumque ἀκριβείᾳ diversa Alton.* 1730 *pag.* 169, 213 *sq.*

judex conniventissimus nunquam rigi
executurus. Reliqua, quæ Autor negl
tius profert, parum momenti habent. (
multa vero his insint veritati divinæ i
congrua, & quam aperte Autor patroci
iis principiis doctrinæ moralis remissic
& indulgentioribus, quibus a linea e
Christianæ aberratur, tum vero ma
quantum abhorrendum sit ab interpre
ne, quæ Judici sanctissimo aliam volun
significationis, aliam executionis aff
non opus nunc est pluribus explanare.

§. 8.

Ipse vero laudatus WOLLIUS, quam
non obscure significet, „ se non valc
„ pugnare si ad Pharisæos hæc verba
„ ciatim pertinere dicas ", magis i
propendet ad stabiliendam receptam ui
saliorem interpretationem. Quare P:
supponit, tres fines homini propositos
ad quos obtinendos omnia facta ver
convertenda sint, Gloria nempe
aliorum utilitas, propriaque salus; p
ergo non tantum (positive) omni v
quod ulli istorum finium plane est c
rium adeoque impium, sed (neg
quoque eo, quod ad nullum horum f

elationem aliquam nec directe nec indirecte iabet. Eo usque beatus vir τὸ ῥῆμα ἀργὸν xtendit. SECUNDO de subjecto personali ententiæ Christi asserit, de solis irregeniis, quippe qui soli e prava cordis sui dispoitione inutilia verba proferunt, qui quidem n sua impietate perseverant, Christo sermonem esse. Tum DENIQUE prædicatum ententiæ ita exponit, fore ut horum singula verba inutilia, quibus seu positive seu iegative unquam in tota vita peccarunt, publice exposita æterna damnatione digna udicentur, quum ii, qui hac in vita per idem justificati sunt, perseveranter pii, omnium suorum peccatorum, etiam quæ re peccarunt, æterna deletione sint gratisuri. Hac recensione Wollianæ expositionis ea fere omnia complexus sum, quæ b Interpretibus, etiam in explicanda hac entenția mitissimis, proferri solent.

§. 9.

Quæ vero ea sint, in quibus ego quidem ecus sentio, ex iis quæ disserui lector facile udicabit: sed ut clarius appareat, duo mihi videntur ad enarratam hanc interpretaionem annotanda. *Primum*, quod supponitur, etiam negative omni verbo peccari, quod

quod neque directe neque indirecte ad g-
riam Dei aliorumque & nostrummet ipsorum
salutem facit, huic non omnino assentior.
Ego vero statuo, per eos limites, quibus
ipsa humana natura a prima sua origine
circumscripta est; non per eos solum qui a
peccati labe accesserunt; sed & per ipsius
naturæ humanæ integræ limites, fieri non
posse, ut singula verba ita mensurentur &
ponderentur ut nullum sit quod non ad ali-
quem horum finium pertendat. Quare mihi
persuadere non possum, quod per omnem
plenonasmum peccetur, vel quod omni su-
perabundanti verbo, quo nempe deficiente
fines illi nobis propositi æque obtineri pos-
sent, ἀνομία insit. Quamquam vero sciam,
sermones illos homines renatorum & reno-
vatorum, quibus vel ex ignorantia, vel ex
præcipitantia & transitorio quodam affectu
a linea aberrant, in se peccata esse digna
supplicio divino, utut propter ipsorum cum
Christo communionem non imputanda,
quum is demum (*Jac.* III: 2.) homo per-
fectus sit, qui ne verbo quidem peccet:
multum tamen discriminis statuo interesse
inter verba superabundantia quibus vel per
imprudentiam peccatur, & inter ea quibus
plane non peccatur, quæ, quamvis super-
flua sint, nullus rigor legis naturalis repro-
bat,

tat, quæ ipſe homo integer & perfectus pronunciaturus fuiſſet. Si in his attentius ponderatis lectorem conſentientem habeam, inde arbitror primum ſuppoſitum *Wollianum* (§. VIII.) accuratius limitandum, & definitionem verbi inutilis atque ἀνέμȣ juſto latiorem eſſe.

Secundo id monendum duco, hominem fficia in ſermone obſervanda multis modis ransgredi poſſe, nunc effuſa garrulitate & oquaci imprudentia; nunc malignitate & ordacitate ex animo litigandi & nocendi ata; nunc obſcenitate & ſpurcitie ex anio putri & laſcivo ebulliente, adeoque tum er πολυλαλίαν, ματαιολογίαν, φλυαρίαν; um per πονηρολογίαν & πικρίαν; tum per iν αἰσχρότητα ſermonis ejusque diverſas ſpees μωρολογίαν & εὐτραπελίαν (*), perque ia peccata linguæ, quæ Sacra Scriptura otat, varie delinqui poſſe: non vero arbior, hæc omnia nomine τȣ ῥήματος ἀργȣ omprehendi: quin potius ſtatuo ea verba

σα-

(*) Qui hæc inveſtigare voluerit, legat inprimis quæ Vir Celeb. J. D. MICHAËLIS in *paraphraſi ad Eph.* IV: 29. & V: 4. de diverſis obſcenitatis generibus, tumque de ejus diverſis ſpeciebus morologia & eutrapelia optime diſſerit.

σαπρὰ ϗ πονηρὰ, putrida & maligna, quæ Servator versibus proxime antecedentibus (*Matth.* XII: 33, 35.) graviter coarguit, plane diversæ speciei esse. Quare ab iis interpretibus dissentio, qui ῥῆμα ἀργὸν idem dicunt quod πονηρὸν (*), adeoque hæc sibi æquipollere existimant. Quamvis enim his calumniis Pharisæorum omnis hæc iniquitas simul inerat, tum putriditas; tum perniciosa acerbitas; tum absurda cavillatio: non tamen credo, Christum absque causa tria diversa vocabula adhibuisse, verbaque σαπρὰ, πονηρὰ & ἀργὰ distincte notasse: sed potius existimo, id quod in conviciis Pharisæorum ἀργὸν dicitur, nihil aliud esse, quam fatuum illud & insulsum, cujus insipiditas olim detegetur. Quum ergo alia gravissima monita Scripturæ sint, quæ ab omni abusu sermonis cavere jubent, & adversus varia linguæ peccata variis argumentis monent, (e. g. *Ps.* XXXVIII: 2. *Prov.* X, XII, XV, XVIII. *Eccles.* X. *Eph.* IV, V. *Jac.* III.) tum statuo, hanc inprimis, quam exposui, severam comminationem specialis ejusque publicæ dilucidationis proxime pertinere ad convicia eorum, quos Christus tum pec-

(*) WOLFFIUS in *curis ad h. l.* DORSCHEUS, & alii.

peccati in Spiritum Sanctum arguebat, at vero æque applicari posse ad quosvis cavillatores tam antiquissimos, (quales Henochi ævo ante Diluvium) quam hodiernos, qui pro suo in tenebras amore his illisve vel indignissimis calumniis vel astutis sugillationibus veritati religionis Christianæ detrahere conantur: id quod tum e nexu orationis Christi; tum ex naturali verbi, de quo quæritur, significatu; tum ex ipso scopo judicii extremi abunde effecisse mihi videor.

§. 10.

Non negligenda vis verborum, quibus Christus prognosticon hoc judiciarium exorditus: *Ego vero dico vobis:* quibus gravitas hujus sententiæ & memorabilis ejus impletio procul dubio expectanda significatur. Ego, *inquit*, qui ipse judex futurus sum, vobis conviciatoribus veracissime præsagio, & fatemini aliquando me vobis prædixisse, fore ut omnes hæ similesque calumniæ, quibus hi & hujusmodi homines contra me meamque doctrinam calumniati fuerint, omnia illa insipida & levia convicia cujuscunque

surfuris, in magno illo & glorioso die extremi judicii singulatim examinentur, & stoliditas eorum denudetur, quo omnes beati imperscrutabilem sapientiam Evangelii, per quod salvati sunt, & irreprehensam justitiam divinorum judiciorum, tanquam materiam infiniti sui gaudii, perspiciant, obtrectatores contra reprobati æternum pudefiant.

I V.

RUTGERI SCHUTTE

V. D. M. AMSTELODAMENSIS

ANALYSIS

1 *COR.* X V. CAPITIS,

ET

COMMENTATIO

AD

1 *COR.* X V: 27, 28.

ANALYSIS

1 *COR.* XV: 1—58.

APOSTOLUS

§. 1. Introitum sibi parat ad sequentem disceptationem com. 1, 2.

§. 2. Disceptationem ipsam de Resurrectione adgreditur com. 3-58.

I. Dogma Resurrectionis contra Gnostic
Epicuræos adstruit com. 3–34.
ℵ. Argumenta pro hac sententia propo
com. 1–32. Hic
α. Resurrectionem Christi indubiis a
gumentis, & testimoniis prob
c. 3—11.
i. Generatim monet mortem, sept
turam, & resurrectionem Chri
ab Apostolis secundum Scriptura
esse adnunciata c. 3, 4.
ii. Speciatim Christum resurrexisse
atque hoc ipsos credidisse c. 5-11
A. Testimoniis probat omni e
ceptione majoribus c. 5–10.
a. Multorum ante se testiu
c. 5–7.
b. Sui ipsius testimonio c. 8-10
B. Hisce testimoniis ipsos fide
adhibuisse observat c. 11.
β. Hinc argumenta petit pro Resurr
ctione Fidelium, Gnosticorum h
pothesibus e diametro opposita
12–32.
i. Ex omnium absurdissimis ratio
natur sequelis, si vera foret Gnos
corum sententia, resurrectione
mortuorum negantium c. 12–
Hic

A. Pr

β 1.

A. Proponit thesin, si Christus ex mortuis sit resuscitatus, non posse negari resurrectionem mortuorum. c. 12.

B. Deducit absurdas sequelas ex sententia negante c. 13–19.

a. Si nulla sit mortuorum resurrectio, neque Christum ex mortuis suscitatum esse c. 13.

b. Si Christus non sit suscitatus, hinc novum absurditatum syrma profluere, c. 14–19.

II. Ex oppositione primi & secundi Adami vitam mortuis fidelibus restituendam esse arguit c. 20—22. Hic

A. Proponit Christum resurrexisse tanquam ἀπαρχὴν messis fidelium plenariæ c. 20.

B. Urget ex oppositione primi & secundi Adami c. 21, 22.

II. Ex prœliis & victoria cum Christi tum Fidelium, hos resuscitandos esse demonstrat c. 23–32.

A. Ex prœliis & victoria Christi de omnibus hostibus, ipsaque adeo morte reportata c. 23–28. Hic eum expingit

a. Tanquam Imperatorem, qui in suo τάγματι quum resurrexerit, spem faciebat certissimam, etiam totum exercitum, singulosque in sua tur-

I Ꝁ. 2. A.

ma fideles resurrecturos, & triumphaturos esse c. 23.

b. Tanquam Imperatorem, qui post finem belli omnibus hostibus devictis, certissime esset triumphaturus c. 24-28. Hic autem describit

I. Victoriam Christi & deletionem hostium c. 24-26. Quod

A. Generatim proponit c. 24.

B. Paulo distinctius enarrat. c. 25, 26, & quidem

a. Christum quidquid hostes molirentur, imperium retenturum esse, donec illos omnes devictos pedibus suis subjecerit c. 25.

b. Mortem ultimum hostem tandem esse subigendum c. 26.

II. Ordinem pompæ triumphalis post devictos hostes c. 27, 28. Observat autem in exercitu hoc triumphante,

A. Omnia Filio subordinata esse tanquam Imperatori, solo Deo excepto, quod contra Gnosticos observat c. 27.

B. Ipsum Filium, post hanc omnium subordinationem, Deo tanquam summo Magistratui esse subordinandum, ut is tandem *omnia sit in omnibus* c. 28.

B. Ex

ℓ III. A.

B. Ex prœliis & victoria fidelium, in bello contra hostes Ecclesiæ c. 29-32. Ostendit autem resurrectionem mortuorum esse credendam,

a. Quod mortuorum militum loco, subinde novi milites in baptismo nomen darent Christo c. 29.

b. Quod forti animo gravissima subirent belli pericula, & contra ipsas quoque feras pugnarent c. 30-32.

ב. Monita saluberrima εἰς ἐν παρόδῳ addit, ne se astutia hostium in errorem abduci sinant c. 33, 34.

Rem ipsam ulterius explanat, & difficultates, quas Gnostici præcipue movebant, solvit, c. 35-54. Hic autem agit

א. De fidelibus mortuis ante diem ultimi judicii c. 35-49.

α. Difficultates Gnosticorum proponit c. 35.

β. Ad hasce difficultates distincte respondet c. 36-49.

I. Ad primam difficultatem: „ Quo „ pacto mortui resuscitandi es- „ sent " breviter regerit mortem viam ad vitam esse c. 36.

II. Ad alteram difficultatem, qualia futura sint resurgentium corpora, pluribus respondet c. 37-49. Hic autem

II. X. ß 11.

A. Differentiam magnam esse inter corpora, variis exemplis monstrat. c. 37–41. quæ petit
   a. Ex seminibus c. 37, 38.
   b. Ex carnibus varii generis c. 39.
   c. Ex corporibus cœléstibus & terrestribus c. 40, 41.

B. Hæc adplicat ad corpora resurgentium c. 42–49.
   a. Explicat qui corpora in resurrectione sint mutanda c. 42–44.
   b. Confirmat ex oppositione primi, & secundi Adami; a primo corpore animali, a secundo spirituali ortum ducente c. 45–49. Eo fine
      /. Locos S. Scripturæ laudat c. 45. qui testantur
         A. De Primo Adamo tanquam Anima vivente *Gen.* II: 7.
         B. De Secundo Adamo tanquam Spiritu vivificante *Gen.* III: 15. & 20.
      //. Ex hisce locis ratiocinatur c. 46–49.
         A. Quod ad Ordinem temporis adtinet, animale corpus prius, spirituale posterius esse c. 46.
         B. Quod ad ipsam spectat corporum ab utroque ortorum na-

ℵ.β.II.B.b.//.B.

naturam c. 47—49. Hic vero

a. Fundamenti loco ponit; primum hominem terrestrem, secundum Dominum ex cœlo esse c. 47.

b. Hinc de natura corporum ab uno atque altero ortorum ratiocinatur c. 48, 49.

ב. De fidelibus qui ultimi judicii die adhuc in vivis sunt futuri c. 50–. Hic

α. Viam ad hanc quæstionem munit, thesi de *ineptitudine corporum* uti nunc sunt, ad regnum Dei hæreditario jure possidendum c. 50.

β. Ipsam quæstionem solvit c. 51–

I. Docens illos, quos *vivos* deprehendit dies ultimus, tum immutandos esse c. 51–53.

II. Indicans *mortem* tunc, secundum verbum propheticum, absorptum iri ad plenissimam victoriam c. 54.

[. Επινίκιον canit, & totam disceptationem concludit c. 55–58.

COM-

COMMENTATIO

AD

1 *COR.* XV: 27, 28.

De Stylo Apostoli ex Tacticis veterum illustrando.

§. 1.

Ut præmissa capitis ἀναλύσει, recte intelligamus locum Pauli vexatissimum 1 *Cor*. XV: 27, & 28; observandum, verbum Ὑποτάσσειν petitum esse ex re militari veterum. *Zeltnerus*, Theologus Altorfinus, jam notavit (*a*) verbum hoc ratione originis suæ *subordinationis* potius quam *subjectionis* habere notionem, atque eo significari, *alteri in certo ordine succedere*, *alterum subsequi*. Miror equidem *Dan. Gerdesium*, (*b*) virum longe doctis-

(*a*) Diss. de Subject. Christi gloriosa Sect. II. §. XV. In Thes. Nov. Disp. T II. p 848.
(*b*) In Comm. ad 1 *Cor*. XV: 27, 28. Disp. VII. §. IX. p. 252.

doctissimum, non sine confidentia de hac interpretatione pronuntiare. „ Ingeniosum „ certe εὕρημα! Sed quod vividum nobis „ subministrat documentum, quam in fi- „ gendis ex etymo vocabulorum notionibus „ a linea sæpe devietur, & quam maturo „ sit opus judicio, & circumspectione sin- „ gulari, ad significationem & emphasin „ verborum ex solis originationibus deter- „ minandam; cum mille vicibus non tam „ ad origines, quam potius ad usum, opti- „ mum verborum magistrum, sit respicien- „ dum, nisi labi velimus, errare, deci- „ pi. Neque sane ullibi hoc sensu verbum „ ὑποτάσσειν aut ὑποτάσσεσθαι usurpari, su- „ mus persuasi, si vel maxime non obstaret „ ejusdem hujus verbi usus in eadem hac „ pericopa pro *subjectione* ac *submissione* veri „ nominis " &c. Ego vero hanc Zeltneri de notione verbi ὑποτάσσειν sententiam, quod pace manium viri summi & amici integerrimi quem etiam post funera colo, dictum sit, verissimam esse arbitror. Verbum hoc *Subordinationis* potius, sit venia verbo Latinis auribus insueto, quam *Subjectionis* habere notionem, plane certus sum; atque id, non tantum ex etymo vocis, sed ex ipso eoque non infrequenti usu, manifestum esse, infra pluribus demonstrabo.

§. 2.

§. 2.

Neque tamen, quod ad ſenſum pericopæ Paulinæ attinet, in *Zeltneri* ſententia acquieſcendum puto: qui judicat id velle Paulum; „ quod cum Chriſtus jam, vi „ pacti reciproci, varios ordines quoque „ ſubiiſſet, ſub tempore promiſſionis, Le„ gis, Euangelii, nunc cumprimis in ſeſ„ ſione ad dextram Patris, & omnium „ hoſtium, ipſius quoque mortis abolitio„ ne, aliquando etiam ultimam illam, or„ dine conventionis ſapientiſſimo ita fe„ rente, τάξιν, & extremam promiſſionis „ partem, partim tradendo Patri regnum, „ partim cum electis glorioſe regnando ſit „ ſubiturus, quando diſpenſatio plena & „ ſolennis in triumphante, tranquillo, & „ quieto ſtatu regni glorioſiſſimi, Chriſto „ cum ſuis cumprimis promiſſi, ſuccedet, „ ſub finem mundi inchoanda, & nullo „ unquam termino finienda ".

§. 3.

Equidem in ea ſententia ſum, Paulum hic perpetua metaphora, quæ in allegoriam fere exit, ſingulas phraſes & tantum non omnia verba, deſumſiſſe ex re Tactica & Militia veterum; fidelesque depingere tanquam triumphantem ultimo die exercitum ſub Duce ſummo, ſive ἀρχηγῷ Chriſto, qui exercitui huic præerit victri-

ces

ctes copias in cœlum ducturus. I. Ut paulo altius rem repetamus, primo loco hunc sensum omnino suadet verbum militare τάγμα comm. 23. Hoc enim vocabulum, de *ordine* militum solennem in modum adhiberi; notius est, quam ut probari debeat. Inspiciantur modo Arriani Tactica (*c*). Καὶ ἤτοι μεμερισμένοι ἐς ΤΑΓΜΑΤΑ, ὧν ἑκάστῳ καὶ ὄνομα οἰκεῖον πρόκειται, *Atque hi distincti suos in* ORDINES, *qui & proprio suo nomine gaudent.* II. Dein, flagitare hunc sensum videtur locus elegantissimus ex *Psalm.* CX: 2. ab Apostolo laudatus comm. 25; ubi ad militiam Hebræorum, & alacrem Messiæ exercitum militesque in eo rorarios (*d*) comm. 3. manifesto respicitur. Hinc ἐχθρῶν *hostium* mentionem injicit, qui vincendi, subjugandi, eo adigendi erant, ut *quiescerent pugnæ.* Sic verbo καταργεῖν utuntur LXX interpretes *Ezr.* IV: 23. Καὶ κατήργησαν αὐτοὺς ἐν ἵπποις καὶ δυνάμει, atque eo accurate exprimunt Chald. בטל *quiescere, cessare fecit.* Cui respondet phrasis Latina *Quiescere pugnæ*, quam Q. Claudius adhibuit (*e*) III. Porro Imperator exercitus cœlestis, hic eadem

(*c*) pag. 28.

(*d*) Vid. BOCHART. in Phal. & Chan. subj. Differt. Epist. col. 913. & conf. MARTINII Lex. Philol. p. 464b.

(*e*) I. Annal. apud Gell. Noct. Att. L. IX. C. XIII. p. 455. Ed. Gron.

eadem metaphora Βασιλεὺς est, cui βασιλεία & βασιλεύειν adscribitur. c. 24 & 25. Isto enim nomine. Græci summum exercitus Imperatorem & belli ducem vocare solent. Orbicius, qui brevem libellum scripsit περὶ τῶν τάξεων, (*f*) hoc disertis verbis docet. Ὁ δὲ γε τῦ παντὸς ςρατῦ ἡγεμονεύων, ΒΑΣΙΛΕΥ'Σ. *Qui vero universo exercitui præest*, REX *dicitur*. Ita quoque Diodorus Siculus (*g*): „ Mos erat „ militibus Romanorum, si ductor exercitus, „ prælio cum ipsis adversum hostes conserto, supra Iↄↄ. cIↄ. hostium occidisse videretur," Ιμπεράτορα αὐτὸν ἀναγορεύειν καὶ ἐπικαλεῖν ὅ ἐςι ΒΑΣΙΛΕ'Α „ Imperatorem renunciare ipsum quem Græci REGEM nominant." Atque hinc illustrandus locus insignis *Apoc.* IX: 11. Καὶ ἔχουσιν ἐφ' αὐτῶν βασιλέα τὸν ἄγγελον τῆς ἀβύσσυ. *Habentque sibi Imperatorem præfectum Angelum tartari.* Hoc nisi observetur, intelligi nequit Pollux. (*h*) Is enim nomina recensens eorum, qui Athenis in imperio erant, primo loco habet ἄρχοντα, tum βασιλέα, denique πολέμαρχον. Nimirum Βασιλεὺς est *Summus belli Imperator*, πολέμαρχος *Imperator* sive *Præfectus* sub eo constitutus.

IV.

(*f*) Libellus hic subjectus est J. Scapulæ Lexico Græco—Lat. Edit. Amst. 1687. Vid. Append. p. 128.

(*g*) In Eclog. III. ex Lib. XXXVI. Tom. II. p. 538. Ed. Wessel.

(*h*) Onom. L. VIII. C. IX. §. 85. Conf. Lucian. Dial.

ιν. His adde ex eodem hoc fonte petitam esse phrasin παραδῦναι βασιλείαν comm. 24. Verbum παραδῦναι Herodotus (*i*) de regionis bello subjugatæ traditione adhibet: τὴν δὲ Σάμον σαγηνεύσαντες οἱ Πέρσαι ΠΑΡΕ'ΔΩΣΑΝ Συλοσῶντι, ἔρημον ἐοῦσαν ἀνδρῶν. *Persæ, ubi deripuerunt Samum Sylosonti tradiderunt viris desolatam*, ab ipso nimirum regendam, qui intimus erat Regis Persarum amicus. Antea (*k*) pro παραδῦναι, ἀποδῦναι dixerat. Απαθέατε κακῶν ἀποδῦναι τὴν νῆσον Συλοσῶντι. *Insulamque immunem malorum Sylosonti traderet.* Præcedenti vero capite (*l*) rursum παραδῦναι ubi de Mæandrio. Ἐρεθίσας ὦν τοὺς Πέρσας, ἔθελε ὡς ἀσθενέστατα ποιῆσαι τὰ Σάμια πρήγματα, καὶ οὕτω ΠΑΡΑΔΙΔΟ'ΝΑΙ. *Irritatis igitur Persis, maluit res Samias debilitare, atque ita* TRADERE. Ipse Syloson simplici δῦναι utitur (*m*): Αλλ' ἀνασωσάμενος

Dial. mort. XIV: 5. T. 1. p. 398. Ver. Hist. Cap. 15. Tom. II. p. 81. & cap. 18. p. 85. Navig. C. 37. & 38. T. III. p. 272, 273. Ed. Hemst. & Clem. Rom. Epist. I. ad. Corinth. Patr. Apost. Tom. I. p. 167. quem locum. infra §. 4 laudabo.

(*i*) Lib. III. C. 149. p. 273. Edit. Wess.

(*k*) Lib. III. Cap. 147. p. 272.

(*l*) Ibid. p. 272. lin. 29—31.

(*m*) Ibid. Cap. 140. p. 270.

 Ll

μενός μοι δὶς τὴν πατρίδα Σάμον. *Sed patriam meam da Samum, ubi eam servaveris.* Hisce locis παραδῦναι liberalem denotat donationem devictæ & servatæ insulæ, minori factam a longe majori, summo videlicet Persarum rege. Nostro autem loco verbum hoc accipio, de *traditione* cum imperatoriæ potestatis, tum peculii expugnati & hostibus erepti, quod Patri offert Filius, belli Dux, & illustrissimus Diaboli & Inferni victor. Βασιλεία hic non est *Regnum civile*; sed *militare*, sive *Imperatoria potestas*, *Prætura*, quam ut Βασιλεὺς *summus Imperator* sortitus est. Non equidem *Regnum civile* Filius Patri traditurus est; id enim absonum esse videtur, neque cum divinis de æternitate hujus regni promissis 2 *Sam.* VII: 13. *Dan.* II: 44. VII: 14. *Luc.* I: 33. 2 *Tim.* IV: 1. 2 *Petr.* I: 11. *Apoc.* XI: 15. facile conciliandum. Tradet duntaxat *regnum militare* sive *imperium*, *imperatoriam potestatem*; quum suos ab hostibus liberaverit, qui hic expressis verbis nominantur πᾶσα ἀρχὴ (*n*) καὶ πᾶσα ἐξουσία (*o*), καὶ

(*n*) Ἀρχὴ ipsos *Reges* sive *Principes* denotat. Διαδέξασθαι τὴν ἀρχὴν & διαδέξασθαι τὴν βασιλείαν passim permutantur apud Diod. Sic. L. I. C. 59. p. 69. C. 63. p. 72. Cap. 64. p. 73. &c. edit. Wessel. Herodianus Lib. III. Cap. 3. §. 13. Ed. Scheid.

(*o*) Ἐξουσίαν de summa post Imperatores sive Reges Pr-

ναμις (p). *Omnis principatus, omnis potestas,* *vires.* Conf. *Psal.* II: 9, 10. Omnia hæc voca- ex Imperio & militia Romana & Græca ita sunt; manifesto nisi fallor indicio, βα-ιαν, quam Christus traditurus est Patri, il- ipsum esse quod Latini dicunt, *Imperium.* βασιλεὺς quod modo demonstravi, Græ- idem est, qui Latinis *Imperator* (q). A- deoque

Potestate intelligo. Plane uti loco modo laudato L. III. C. 3. §. 12, 13. Herodianus Ἐξουσίαν ab ἀρχῇ distinguit. Conf. C. 11. §. 11. qui & ὑπατικῆς Ἐξουσίας memorat L. V. C. 7. §. 14.

p) Δύναμις sæpissime æque ac *vires regni* apud Latinos, *Exercitum* sive *copias* imperii denotat. Vid. Polyæn. Stratag. L. I. C XXXIX. §. 3. p. 82. C. II. p. 15. L. III. §. 52. p. 264. Polyb. Hist. L. V. C. 33. p. 554. sub init. Herodian. Hist. L. I. C. VI. §. 18. L. II. C. XIII. §. 10. C. XIV. §. 13, 14. L. III. C. VI. §. 14. Aelianus Var. Hist. L. II. C. XXVIII. p. 118. edit. Perizonii L VI. C. XII. &c. Thucyd. Hist. L. IV. C. 26. p. 256. Ed. Dukeri.

q) Dio ipsum αὐτοκράτορα vocat. Hinc Tiberius „ neque *Dominum* se ab homine libero ne- „ que *Imperatorem* αὐτοκράτορα nisi a militibus „ vocari passus est “. Vid. Dion. Histor. Lib. LVII. Cap. 8. Tom. II. p. 852. Edit. Reim. Herodianus *Imperatorem* modo Αὐτοκράτορα L. III. Cap. 1. §. 2. & C. 9. §. 1. modo Βασιλέα dicit. L. 1. C. 1. §. 3. C. 2. §. 5.

deoque non Iſte qui regna illa & respublicas expugnavit; ſed hi qui victi ſunt., quod ſane æquiſſimum eſt & ipſa rei indoles flagitat, regno excidunt. Ut hæc, quæ ſua jam luce radiant, tanto clarius intelligantur, omnino notandum, verba comm. 24. ſic, mea quidem ſententia, cohærere, ut ὅταν καταργήσῃ non proxime ſit referendum, quaſi nihil intercederet, ad Εἶτα τὸ τέλος, ſed mediantibus illis quæ interjecta ſunt ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ad quæ ultima commatis noſtri verba proxime pertinent. Periodus hoc modo interpungenda & vertenda. Εἶτα τὸ τέλος· ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν. *Deinde finis erit: cum imperium tradet Deo & Patri, poſtquam pugnæ quieſcere fecerit omnem Principatum, atque omnem poteſtatem, & vires.* Τέλος videlicet, hic FINIS BELLI diuturni, (*r*) & omnium rerum, erit ultimis tem-

C. 5. §. 24 &c. Conf. omnino illuſtr. Ezech. Spanh. de uſu & præſtant. Num. Tom. II. Diſ. X. §. 4. p. 181. & Diſ. XII. p. 395. & ſeqq.

(*r*) Appian. Alex. de bellis Pun. Cap. 36. p. 59. Καὶ τέλος εἶχε Ῥωμαίοις ὁ δεύτερος πρὸς Καρχηδονίους πόλεμος. *Hic* FINIS *fuit Romanis ſecundi belli Punici.*

temporibus; cum Christus, Imperatoriam suam potestatem, & milites suos fideles, ab hostili incursione liberatos, traditurus est summo Deo ac Patri. Vulgaris erat istorum temporum opinio, rerum omnium instare finem. Hanc in suas partes trahebant Gnostici, inde errorem de non suscitandis mortuis firmare annitentes. Quippe quum omnium rerum finis prope instaret, vel nullam mortuorum resurrectionem expectandam esse statuebant; vel si hoc, quod apertissime sacris literis ipsiusque Christi dictis repugnabat, dicere non auderent, eam jam factam esse, & mystice intelligendam, aliis persuadere conabantur. Vid. 2 *Tim.* II: 18. Huic errori se hic opponit Apostolus, & ostendit hanc traditionem demum fore, POSTQUAM Christus Rex & Imperator exercitus cœlestis, ad quietem adegerit omne Imperium infernale, omnem Principatum, omnem Potestatem a Principatu proximam, denique cunctas regnorum hostilium vires. Ipsa quippe rei natura docet, Imperium tradi non posse Patri cœlesti, antequam hostilis exercitus devictus, omneque quod ibi obtinet imperium, abrogatum sit & abolitum. Itaque Βασιλείαν, cum de Imperatoria potestate, tum de ipso exercitu hujus Imperatoris explicandam censeo. Verbum πα-

ϕαδῆναι de *traditione Imperii*, five *Præturæ*, & *Regni*, ita fæpius occurrit, ut non tantum Imperatoria vel Regia poteftas, fed ipfi quoque Exercitus & fubditi eo pertinere cenfendi fint. Atque hæc ipfa rei indoles docet nexu tam arcto juncta effe, ut feparari nullo modo nifi fola cogitatione poffint. Quid enim obfecro, Imperium eft fine exercitu; quid Regnum fine fubditis? Sic Thucydides (*t*) παραδιδόναι τὴν ἀρχὴν dixit de *Prætura* five *Imperatoria poteftate* quam apud Athenienfes Nicias Cleoni tradidit. Γνοὺς δὲ ὄντι παραδωσείοντα, *Sed ubi cognovit ipfum revera eupere tradere.* Et paulo poft. Οἱ δὲ—ὅσῳ μᾶλλον ὁ κλέων ὑπέφευγε τὸ πλεῦν, καὶ ἐξανεχώρει τὰ εἰρημένα, τόσῳ ἐπεκελεύοντο τῷ Νικίᾳ παραδιδόναι τὴν ἀρχήν. *Illi vero —— quo magis Cleon navigationem fubterfugiebat, ac tergiverfabatur promiffis ftare recufans; eo magis Niciæ imperabant, ut præturam illi traderet, illique acclamabant ut navigaret.* Atque ita nomine, παράδοσις utitur alio loco. (*u*) Καὶ ἐν τῇ σκήπτρου ἀυτῇ παραδόσει εἴρηκεν. *Quin etiam in ipfa fceptri traditione dixit.* Ipfam phrafin Paulinam hoc fenfu adhibuit Scholiaftes Homeri. (*v*) Μελ-

(*t*) Hift. L. II. C. 28. p. 256. Edit. Duk.
(*u*) Hift. L. I. C. 9. p. 9.
(*v*) Ad Iliad. L. β. vf. 107.

λων δὲ (Ἀτρεὺς) τελευτᾶν τὸν βίον, σπει-
νος πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὴν ἔχθραν, παραδί-
ν αὐτῷ τὴν βασιλείαν, ἵνα Ἀγαμέμνονι ἀν-
θέντι ἀποδῷ. *Atreus vero quum morti*
imus cum fratre conciliatus esset, ipsi regnum
idit, ut Agamemnoni adulto redderet.
em modo Herodianus, fere ut Paulus
er, cum voce Βασιλεία, eadem periodo
;it παραδοθῆναι. Sic enim de Impera-
ous Antonino & Geta scribit (x);
:οτε ἔδοξεν αὐτοῖς, ἵνα δὴ μὴ μένοντες ἐν
Ῥώμῃ ἀλλήλοις ἐπιβουλεύοιεν νείμασθαι τὴν
ἰν. Συναγαγόντες δὴ τοὺς πατρῴους φίλους,
τε μητρὸς παρούσης, ἠξίουν διαιρεθῆναι τὴν
ΙΛΕΙΆΝ, καὶ τὰ μὲν ὑπ' Εὐρώπην πάντα
ι τὸν Ἀντωνῖνον, τὴν δὲ ἀντικειμένην ἤπειρον,
ντε καλουμένην πᾶσαν Γέτᾳ ΠΑΡΑΔΟΘΗ͂ΝΑΙ.
ım aliquando ambobus est imperium inter
ividere, ne Romæ agitantes alter alterius
't insidiis opportuni. Quare convocatis pa-
is amicis, coram ipsa matre de IMPERIO
dendo disceptabant: sic ut Europa omnis
onino, tellus autem adversa, quæ Asia
:upatur omnis Getæ TRADERETUR, vel
ıdicaretur, ut Angelus Politianus vertit.
num Βασιλείαν *Regnum* generatim me-
:at, mox *regnum* hoc dividit in duas
par-

x) Lib. IV. Cap. 3. §. 10. & 11. p. 182.

partes Europam & Asiam, simul homines intelligens, qui in Europa & Asia habitabant. Idem Herodianus etiam alibi Βασιλείαν adhibet de Imperio subditisque in eo degentibus. Sic de Alexandro Mammææ filio (*y*) Ἐτῶν μὲν οὖν τεσσαρεσκαίδεκα ἔτος, ὅσον ἐπ' αὐτῷ τὴν βασιλείαν ἀμέμπτως διώκησε. *Igitur quum ad hunc modum tredecim annos* (*quod quidem ad se attineret*) *sine querela cujusquam imperium gubernasset*. Neque hoc sensu, vox in sacris ignota est. Vide sis *Matth.* XII: 25. XIII: 31. &c. XVIII: 1. XXIV: 7. & *Col.* I: 13. Παραδιδόναι βασιλείαν igitur hic, nisi fallor, est „ Tradere summum belli imperium, simulque „ Ecclesiam totius terrarum orbis, quam a „ Deo acceptam, nunc vero auctam maximis incrementis, post abolitam hostium „ tyrannidem, ad solum Deum pertinere profitetur Christus, triumphi ab eo „ petens potestatem ". Fere uti olim Imperatores post profligatos hostes auctumque imperium Romanum, (*z*) non *literis* tantum *referebant senatui hostium occisorum in prælio & amissorum civium numerum*; verum etiam *cum primum urbem intrassent*, *apud Quæstores urbanos jurare jubebantur*, *de utroque numero* vere

(*y*) Lib. VI. Cap. 2. §. 1. p. 257.

(*z*) Val. Max. Lib. II. C. 8. §. 1. p. 199. Ed. Tor.

vere ab his senatui esse scriptum. Hæc commode dici poterat *Traditio imperii, omni principatu, potestate, & viribus* deletis. V. Denique βασιλεύειν comm. 25. denotat: *Imperatorem esse; imperium vi retinere, & armis defendere*, quod in regno gratiæ obtinet militari, ubi cum multis adhuc colluctandum nobis est inimicis. Isto sensu verbum hoc adhibere videtur Herodianus, qui Antoninum sic loquentem inducit ad Parthorum regem Artabanum (*a*) Ταῦτα δὴ συνελθόντα πάντων τε οἷς πόλεμος κατορθοῦται συμπνεόντων, ῥᾳδίως αὐτοὺς ὑφ' ἑνὶ διαδήματι ΒΑΣΙΛΕΥΣΕΙΝ πάσης οἰκουμένης. *His igitur concurrentibus & quæ usui ad bellum sunt in unum conspirantibus, facile ipsos sub uno diademate totius orbis terrarum* IMPERIUM RETENTUROS. uti recte vertit Politianus. Sic & nostrum locum tranferendum existimo Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρις οὗ ἂν θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. *Ipsum enim* IMPERIUM RETINERE *oportet, donec omnes hostes pedibus suis subjecerit.* Hic τιθέναι habet ὑπὸ τοὺς πόδας, non ὑποτάσσειν. Quod etiam petitum ex more, quo hostes devictos PEDIBUS PROCULCARE solebant victores (*b*) Atque hunc sen-

(*a*) Lib. IV. Cap. 10. §. 8. p. 202.

(*b*) Sic Ovidius Trist. Lib. IV. Eleg. II. vs. 43, & 44. *Crinibus en etiam fertur Germania passis, Et*

ſenſum non verborum tantum contextus in loco Paulino, ſed & in Ode Davidica flagitat. Meſſiæ enim imperium, ipſaque ſeſſio ad dextram belligerantis Patris, ſic deſcribitur, comm. 1. coll. 3. & 5. ut nullo negotio regnum militare agnoſcas. VI. Tandem comma 26. ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. *ultimus hoſtis qui pugnæ quieſcere cogitur, eſt Mors*; ad bellum & triumphum manifeſto reſpicere, quisque me non monente perſpicit. Qui in prœlio occumbit, etiamſi pro patria moritur, a morte tamen victus cenſetur. Hic vero ipſa mors vincitur. Triumphans hic deſcribitur fidelium exercitus, & in cœleſte Capitolium ingrediens; dum Mors tanquam captivus Dux, in carcere Tulliano pejore, ultimo ſupplicio afficitur. Finis enim pompæ triumphalis, erat ad templum Jovis Capitolini: quo quum perveniſſent, conſiſtere ſolebant paulisper, donec Ducis hoſtium mors nunciaretur, cui in carcere guttura frangebat lictor. (*c*) Forſan hoc commate æque

Et Ducis invicti SUB PEDE *mæſta ſedet.* Claudian. Pan. de VI. conſ. Honorii pag. 54. vſ. 43. Ed. Barth. *Colla triumphati* PROCULCAT *Honorius Iſtri.* conf. ejusdem Pan. de IV. conſ. Hon. p. 45ª. vſ. 30—33. Prudent. L. I. cont. Sym. vſ. 463.

(*c*) Vid. Joſ. Bel. Jud. L. VII. C. V. §. 6. Tom. II.

æque ac præcedenti reſpexit ad Pſalmum CX., quem comm. 7. chorus ſic finit מנחל בדרך ישתה על־כן ירים ראש *Ex torrente in via bibet, & propterea extollet caput victor.* In ea enim ſum opinione, vatem hic reſpicere ad *flumen* Kedronem, qui *Lethes fluvius*, ſive *Inferorum flumen* erat poëtis Hebræis, & ſæpe ſimpliciter Kedron נחל dicitur in ſacris, vid. 2 *Chron.* XXXII: 4. *Neh* II: 15. & *Pſalm.* CXXIV: 4. quod neſcio an de ullo torrente oſtendi poſſit. Hic igitur Mors Meſſiæ deſcribitur, & victoria de morte reportata. Vir ſummus S. Bochartus in literis ad Tapinum datis (*c*) mea quidem ſententia recte obſervat „ hoc „ Pſalmo agi de Regio & Sacerdotali Meſ- „ ſiæ officio. Primis tribus verſibus vocari „ ad officium Regium; vſ. 4. ad officium „ Sacerdotis; vſ. 5. & 6. de Regni; vſ. 7. „ de Sacerdotii ejus adminiſtratione agi ". Non putem melius cohærentiam Pſalmi monſtrari poſſe. Si vero 7. commate, de morte Meſſiæ non loquitur Vates, uti multi opinantur, adminiſtrationem quidem deſcribit

II. p. 415. Ed. Hav. Sidon. Apollinaris Carmen II. vſ. 229 & vſ. 300—304. & Claudian. Paneg. de VI. conſul. Honorii p. 51. vſ. 26. Ed. Barth.

(*d*) Subjectis Phal. & Chan. col. 904, 905.

bit officii Regii comm. 5, 6. ſed ne verbo quidem meminit adminiſtrationis officii Sacerdotalis, cum tamen vocationis ad hoc officium meminiſſet comm. 4. Quod mihi quidem perquam abſonum videtur. Si vero comm. 7. de morte Meſſiæ Sacerdotali explices, omnia recte & eleganter cohærent. Oportebat eum, ut Sacerdos æternum maneret ſecundum ordinationem Melchizedechi c. 4, mortem obire tanquam ſummum Sacerdotem Aäronico ſacerdotio olim præfiguratum. c. 7.

§. 4.

Nunc tandem ad ipſum noſtrum Ὑποτάσσειν & Ὑποτάσσεσθαι accedimus. „ Verbum „ hoc SEMPER *Subjectionis* vel *Submiſſionis* „ notam ſervare " nimis confidenter pronunciat Vir eruditiſſimus, qui nuper luculento Commentario hoc Caput illuſtravit. Contrarium enim certiſſimum eſſe, pluribus iisque clariſſimis exemplis docebo. Militare verbum eſt, & ex Tactica veterum petitum. Notiſſima ipſis erat ὑπόταξις quæ προτάξει militum in exercitu opponebatur. Sic Anonymus qui de τάξει παλαιᾷ ſcripſit (*e*) πρόταξις φιλῶν — ὑπόταξις δὲ ὅτε ὑποτάττονται. Conferendus Plutarchus in vita Craſſi (*f*); item

(*e*) Ad calcem Ammonii de voc. differ. col. 126.
(*f*) Tom. II. p. 1023. l. 4. Ed. Steph. in 8vo.

item Arrianus (*g*); & Aelianus in Tacticis (*h*) Polybius τὰς ΥΠΟ' τὰ Θηρία τεταγμένας illos vocat milites qui *Elephantes sequebantur*, sive *pone Elephantes stabant.* (*i*). Τάττεσθαι ὑπὸ Θεῷ est *militare sub Deo*, sive potius *in acie Deo subordinatum esse* apud Aelianum (*k*). Marcus Antoninus imperator, (*l*) ubi de serie rerum in hoc universo sapientissime nexarum sive *systemate mundi optimo* (*ll*) differit, verbo ὑποτάσσειν utitur, non sensu *subjectionis*, vel *submissionis*, sed *ordinis justi* quo res omnes digerere atque unam alteri subdere voluit, universi gubernator. Ὁ τοῦ ὅλου νοῦς, inquit, κοινωνικός, πεποίηκε γοῦν τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν. Καὶ τὰ κρείττω ἀλλήλοις συνήρμοσεν. Ὁρᾷς, πῶς ΥΠΕΤΑΞΕ, ΣΥΝΕΤΑΞΕ, καὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπένειμεν ἑκάστοις, καὶ τὰ κρατιστεύοντα εἰς ὁμόνοιαν ἀλλήλων συνήγαγε. *Universi mens communio-*

(*g*) In Tact. pag. 38, 39, 48, 49. 54. & præcipue p. 64.

(*h*) Tact. Cap. XV.

(*i*) Lib. V Cap. 85. p. 594. Ed Gron.

(*k*) Var. Hist. L. III. C. IX. p. 186.

(*l*) De se ipso L. V. §. 30. p. 195. Ed. Gat. in Fol.

(*ll*) Hoc enim Marcum Philosophum longe ante Leibnitium docuisse ex hoc loco coll. §. 8. p. 147—149. cum Leibnitii Theodicea P. I. §. 9. 14. Tom. II. p. 588—594. manifestum esse videtur.

munionis mutuæ amans est, itaque deteriora quæque præstantiorum causa facit, præstantiora sibi invicem conciliavit. Vides, ut res singulas ordine justo subdiderit, congesserit, (sive minus Latine SUBORDINAVERIT, COÖRDINAVERIT) *pro dignitate sua suum cuique attribuerit, præstantissimas mutuo sibi invicem consensu devinxerit.* Nostro loco ὑποτάσσεσθαι alio sensu explicari non posse, satis docet vocabulum τάγμα, quod præcesserat comm. 23. Sensum vocis τάγμα, sine dubio, sequitur verbum ὑποτάσσεσθαι. Sunt enim τάγματα, quæ ὑποτάσσεσθαι solent. Dicebatur iste ordo exercitus ἐπαγωγή. Hoc me docuit Anonymus modo laudatus de τάξει παλαιᾷ. (*m*) Ἐπαγωγὴ δὲ λέγεται, ὅταν τάγμα τάγματι ὑποτάσσεται. Atque eodem plane sensu, verba Apostoli intellexit Clemens Romanus Pauli nostri coætaneus, & in prædicatione Euangelii collega (*n*), qui ordinem fidelium tanquam spiritualis exercitus recte instructi describens, manifesto ad hasce Pauli phrases, in epistola sua prima ad ipsos illos Corinthios (*o*) alludit. Στρατευσώμεθα οὖν, inquit, ἄνδρες ἀδελφοὶ, μετὰ πάσης ἐκτενείας — κατανοήσωμεν τοὺς στρατευομένους τοῖς ἡγουμένοις ἡ [μῶν] (potius

(*m*) Loco citato. col. 127.
(*n*) Phil. IV: 3.
(*o*) Patr. Apost. Tom. I. p. 167. §. 37. conf. §. 41.

(potius αὐτῶν) πῶς ΕΥΤΑΚΤΩΣ, πῶς εὐεκτικῶς, πῶς ΥΠΟΤΕΤΑΓΜΕΝΩΣ, ἐπιτελῦσι τὰ διατασσόμενα. Ου πάντες εἰσὶν ἔπαρχοι, ὐδὲ χιλίαρχοι, ὐδὲ ἑκατόνταρχοι, ὐδὲ πεντηκόνταρχοι, ὐδὲ τὸ καθεξῆς· ἀλλ' ΕΚΑΣΟΣ ΕΝ ΙΔΙΩΙ ΤΑΓΜΑΤΙ, τὰ ἐπιτασσόμενα ὑπὸ τῦ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, ϗ τῶν ἡγυμένων ἐπιτελεῖ. *Militemus igitur, viri fratres, omnibus viribus, in irreprebenſis ejus præceptis. Conſideremus eos, qui ſub Ducibus noſtris merent, quemadmodum* ORDINATE, *quam ſtrenue, quomodo* SUBMISSE, (potius, *quam* SUBORDINATE, *ſit* venia verbo) *imperata exſequantur. Non omnes ſunt præfecti, neque tribuni, neque centuriones, neque quinquaginta militum præfecti, neque conſequentium graduum; ſed* UNUSQUISQUE IN SUO ORDINE, *ab Imperatore & ducibus mandata peragit.* Hic ipſa comm. 23. verba diſerte laudat Clemens, & clare ſatis indicat, ὑποτάσσεσθαι explicandum eſſe ex re veterum militari, & intelligendum de Ordine, quo unum agmen alterum ſequitur, unus dux alterum excipit. — Paulus igitur, poſtquam EXPEDITIONEM Chriſti & victoriam de hoſtibus reportatam deſcripſit c. 23–26. nunc ex Tacticis veterum, EXERCITUM delineat triumphalem, ſive ſubditos, quos ſubinde collegit, & ordine ſub ipſo diſpoſuit Pater ſummus hujus univerſi moderator, cujus imperio Filius tanquam Dux bellum contra

contra hoſtes geſſit com. 27, 28. Et τάξιν etiam obſervaſſe exercitum triumphalem nos docet Appianus Alexandrinus, qui triumphum Scipionis poſt finitum bellum Punicum ſecundum deſcribens (*p*), diſerte ait. Καὶ μετ᾽ ἐκείνους, ἡ στρατιὰ κατά τε ἴλας καὶ ΤΑΞΕΙΣ, ἐστεφανωμένη πᾶσα καὶ δαφνηφοροῦσα. *Et* POST *illos, univerſus exercitus per turmas & centurias, coronis cinctus & laureatus.*

§. 5.

Hiſce præmiſſis. nunc duo hæc commata paulo preſſius explicare adgredior. — Apoſtolum hæc adferre ad illuſtrationem & confirmationem eorum quæ dixerat comm. 23-26. indicat particula γάρ.

A. Primo quidem loco, contra Gnoſticos docet, Deum omnia Filio ſuo ſubordinasſe, nemine præter ſolum Deum, uti par erat, excepto comm. 27.

a. Deum omnia Filio ſuo ſubordinaſſe prima hujus commatis parte ſcribit. Πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. *Omnia enim ſub pedibus ejus ſubordinavit.* Alludit, niſi fallor, ad Senatum qui triumphum decernebat, quod ſummum erat

(*p*) De bellis Pun. Cap. 36. p. 59. Ed. Toll.

erat honorum bellicorum culmen (*q*). Decreto facto, de eo ferebatur ad populum, isque rogabatur, ut eo die quo triumphus ducendus esset, imperium daret triumphanti. *Milites* autem *triumphantem sequebantur* (*r*) sive ei subordinati erant *per turmas & centurias.* (*s*) Triumphalis iste honor nulli decernebatur, nisi Imperatori, qui una acie ultra quinque millia hostium legitimorum occidisset, eoque auxisset Romanum imperium (*t*). Vult igitur Apostolus, triumphum hunc omnemque triumphalem pompam, a Deo ipso summo omnium rerum moderatore, de justa victoria & aucto imperio divino sive regno cœlorum, esse decretum Filio Imperatori exercitus. Πάντα dicit, non πάντας: quia milites non tantum ordine digeri in triumpho solebant, sed & arma, coronæ laureæ, & rami in lanceis pilisque, præmia, denique vexilla,

(*q*) Dion. Halic. L. XI. C. 50. Val. Max. L. II. C. 8. §. 3. p. 201. & §. 4. p. 202. Ed. Torrenii. Liv. Lib. XXXI. C. XLIIX. & XLIX. p. 494. Ed. Gronov.

(*r*) Liv. Lib. X. Cap. 30. p. 233.

(*s*) Appian. loc. laud.

(*t*) Val. Max. L. II. C. 8. §. 1. p. 199. & §. 4. p. 203.

 Mm

vexilla, & signa quibus turmæ & centuriæ continebantur. Sic cœlestia *longæ visent Capitolia pompæ.* (*u*) Quod vero hic scripserit, non ὑπέταξεν ἀυτῷ, sed ὑπέταξεν ὑπὸ τὺς πόδας ἀυτῦ, id alludere videtur ad sublimem currum triumphalem, in quo Imperator celsus stabat, & supra reliquum exercitum eminens: dum milites, inferiori loco, & fere sub pedes eum subsequentes, Capitolium petere solebant. Hoc ex arcu Triumphali Titi (*v*) ejusque & patris Vespasiani (*w*) ut & Trajani aliorumque Imperatorum nummis apparet. Atque hinc Juvenalis: (*x*)

Quid si vidisset Prætorem curribus ALTIS
Exstantem, & medio sublimem in pulvere Circi,
In tunica Jovis, & pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ.

Item Ovidius. (*y*)

Hos SUPER *in curru, Cæsar, victore veheris*
Purpureus populi rite per ora tui.

Ve-

(*u*) Ovid. Metam. L. 1. vs. 561.
(*v*) Vid. Icones & segmenta illustr. tabul. a Fr. Perrier. delineata tab. 2.
(*w*) Vid. Vaillant Num. Imper. p. 89.
(*x*) Satyr. X. vs. 36—39. p. 267. Ed. Hennin.
(*y*) Trist. L. IV. Eleg. II. vs. 47, 48. T. III. p. 616. Ed. Burm.

Verum præcipue hoc factum, ut Psalmi VIII^vi verbis (illa enim hic leguntur) sententiam suam explicaret simulque roboraret. Quibus equidem commode uti poterat, quum Imperator hic, non in terrarum orbe sed in cœlis esset ad Patris dexteram: atque adeo exercitus militantis Ecclesiæ *sub ejus pedibus* constitutus.

b. Solum Deum tamen excipi docet, quem Filio subordinatum esse absurdum foret dictu. com. 27^b. Ὅταν δὲ εἴπῃ, ὅτι πάντα ὑποτέτακται, δῆλον ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα. *Quando vero dicit, omnia esse subordinata, manifestum est hoc esse præter illum qui ipsi omnia subordinavit.* Hic rursus alludere videtur ad pompam triumphalem. Senatus Romanus qui Triumphum decreverat, ex veteri instituto, obviam veniens imperatori, ei non *subordinari* solebat, sed currum Imperatoris & pompam triumphalem *præcedere*. Hoc solum Cæsarem Augustum, in triumpho ob victoriam navalem ad Actium, & de subacta Aegypto neglexisse, notat Dio. Cujus verba, quæ vetus institutum firmant, adscribere non pigebit. Μετὰ δὲ δὴ τοῦτο ὁ καῖσαρ, ἐφ᾽ ἅπασιν αὐτοῖς ἐσελάσας, τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τὸ νομιζόμενον

ἔπραξε, τὸν δὲ δὴ συνύπατον τούς τε λοιποὺς ἄρχοντας περιεῖδε, παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐπισπομένους οἱ μετὰ τῶν λοιπῶν βουλευτῶν τῶν συννενικηκότων. εἰώθεσαν γὰρ οἱ μὲν ἡγεῖσθαι, οἱ δὲ ἐφέπεσθαι. *Secundum id vero Cæsar ipse, post omnia ista invectus nihil non egit ex consuetudine; præterquam quod collegas & reliquos magistratus neglexit, passusque est præter morem se subsequi cum senatoribus victoriæ sociis. Alioquin enim magistratus præcedere triumphantem, subsequi autem victoriæ socii solebant.* (z) In arcu triumphali Titi, magistratus currum triumphalem partim præcedunt, partim comitantur. —— Sed quorsum, inquies, hæc tam mira & inexspectata Apostoli observatio? Et quis unquam cui sanum sinciput est, credat, Deum ipsum Christo esse subordinandum? Ita est, nec habeo quod respondeam, si ab hypothesi recesseris, Paulum hic Gnosticos respicere. Hos vero si ante oculos habuit, commode admodum hæc inseruisse videtur. Erant enim inter Gnosticos, qui ipsum DEUM, FILIO SUBJICIENDUM esse, statuere non vere-

(z) Hist. Rom. Lib. LI. Cap. 21. Tom. I. p. 654. Ed. Reim.

verebantur. Ut tota res diſtinctius percipiatur, ſimulque nexus pateat, quem error hic cum reſurrectione mortuorum habebat; brevem dabo, quantum pote, Syſtematis Gnoſticorum conſpectum. Homines hi infruniti, primo loco cenſebant, *mundum* hunc, quem *adſpectabilem* vocabant, omniaque adeo in eo corpora prorſus mala, ſolas autem animas bonas eſſe. Quum vero illi qui inſanam hanc Philoſophiam cum Chriſtiana religione componere ſtudebant, huic opinioni maximopere obſtare viderent, quod ipſum Chriſtum humana carne indutum fuiſſe hujus religionis propagatores traderent; ante omnia hoc vel plane ſibi negandum eſſe ducebant, vel aliqua ſaltem ratione emolliendum. Porro *mundum hunc adſpectabilem*, omniaque corpora qui *mala* eſſe contendebant; ſimul *pravum* eſſe pronunciabant *Numen*, a quo hic mundus eſt conditus. (*a*) Corpora autem ſciſcebant, eum tantum in finem a malo iſto Numine eſſe fabricata, ut animas iis tanquam carceribus conclu-

(*a*) Clem. Alex. Strom. L. III. C. 3. Tom. I. p. 515. Ed. Potter.

clusas teneret. Itaque non poterant non resurrectionem horum corporum, quæ nil nisi animarum erant ergastula, inficiari, & pro summa reputare felicitate, si ab hisce carceribus tandem aliquando plane liberi evaderent. Hoc autem ut efficeretur, fingebant Christum alterius Dei antea hominibus ignoti, attamen boni & benigni Emanationem primam, advenisse in hunc mundum adscita vel corporis tantum humani specie, vel corpore longe excellentioris ac nostrum est naturæ, & cœlestis originis. Hunc esse *Jesum*, cui *Christus* se junxerit tempore baptismi, quemque rursus deseruerit, quum *Jesus* cruci adfigeretur. Christum enim non per passiones & resurrectionem ex morte, salutem hominibus impetrasse sciscebant: sed potius Patrem suum omnis ortus expertem, atque antea ipsis ignotum adnunciasse; imo sibi credentes in libertatem vindicasse a carne, & malo, ipsoque illo Numine quod mundum hunc creaverat. (*b*) Nonnulli eo procedebant impudentiæ, ut Numen illud, quod Universum hoc condidit, non tantum ma-

(*b*) Iren. adv. hær. L. I. C. XXIV. §. 2 & 3. p. 100 & 101. Edit. Massuet.

malum, sed illud ipsum Judæorum Deum esse adsererent. Addebat Basilides: (c) „ *Quoniam hic suis hominibus* „ *id est Judæis, voluit subjicere reliquas* „ *gentes; reliquos omnes Principes* [emanationes nimirum boni Dei, quas „ ante VIRTUTES, PRINCIPES, & ANGELOS dixerat] *contrastetisse ei, & con*„ *traegisse*". Itaque si ab isto Judæorum Deo, hujus mundi creatore, quem Christiani æque ac Judæi pro vero Deo habebant, quique nomine DEI κατ' ἐξοχὴν utrisque notus erat, Christus credentes liberaret: Deus iste necessario, post reportatam victoriam & animas omnes a corporibus liberatas, ipse Christo erat subjiciendus. Unde & Heracleon unus ex Gnosticis scripsisse fertur, verba *Joh.* I: 27. *Ipse est qui post me venit, qui ante me natus est* &c. allegorico sensu, Deo Judæorum mundi hujus creatori, competere. Existimabat enim, τὸν Δημιουργὸν τοῦ κόσμου ἐλάττονα ὄντα τοῦ Χριστοῦ τοῦτο ὁμολογεῖν. (d) Ita insani isti homines inter Deum universi conditorem, hoc est verum

(c) Iren. loc. laud. §. 4.
(d) Vid. Vitr. Obs. L. V. C. 12. Tom. II. p. 142.

rum Deum, & Christum ἀντίταξιν instituebant, atque hanc ipsam ob causam *Antitactæ* dicebantur. De hisce memorabilis est locus Theodoreti, (*e*) quem sic distinguendum arbitror. Αντίτακται τὸν μέγα ἄγνωστον Θεὸν πατέρα οἰκεῖον ὀνόμαζον, τοῦτον δὲ ἀγαθὸν εἶναι. Καὶ Θεὸν ποιητὴν (*f*) ἕνα δὲ τίνα, ὑπ' αὐτοῦ γεγονότων, ἐπισπεῖραι ζιζάνια· ὃς καὶ πάντας ἡμᾶς, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, κακοῖς περιέβαλεν, ΑΝΤΙΤΑΞΑ΄ΜΕΝΟΣ ἡμῶν τῷ ἀγαθωτάτῳ Πατρί. *Antitactæ magnum ignotum Deum Patrem suum vocabant, hunc vero bonum esse. Ast Deum Creatorem unum vero ex iis qui ab ipso sunt facti, seminasse zizania: qui & nos omnes, uti illi ferunt, malis circumdederit*, ACIEM INSTRUENS ADVERSUS *optimum nostrum Patrem.* Atque eodem modo Clemens Ale-

(*e*) Hæret. Fab. L. I. C. 3. p. 194.

(*f*) Solent hæc ita distingui. Τοῦτον δὲ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ Θεὸν ποιητήν. Sed perperam. Deum enim Creatorem δίκαιον quidem, hoc est *Rigidum* & *immitem*, nunquam ἀγαθὸν *Bonum* dixerunt. Confer quæ idem Theodoretus de Cerdone habet Hær. Fab. Lib. I. C. 24. p. 209. & de Marcione p. 210. Videantur etiam, quæ Potterus notavit ad Clem. Alex. Strom. Lib. III. C. 3. Tom. I. p. 515.

Alexandrinus (*g*). ἈΝΤΙΤΑΣΣΌΜΕΝΟΙ τῷ ποιητῇ τῷ σφῶν ACIEM INSTRUENTES *adverſus Creatorem ſuum*. Hiſce obſervatis, jam nemini obſcurum eſſe poteſt, cur Paulus identidem τάξεως militaris hic mentionem injecerit, & ſpeciatim commate noſtro, inſolitum illud & plane inexſpectatum addiderit, Deum non eſſe ὑποταγέντα *Subjectum* vel *Subordinatum* Filio. Apoſtolus nimirum τάξει & ἀντιτάξει Gnoſticorum ſanam Chriſtianorum doctrinam e diametro opponit, atque huc fere ſenſus redire videtur. „ Deus totius terrarum orbis moderator & Judex, cunctos Fideles, tanquam exercitum in centurias, manipulos, legiones diviſum, omnes denique res huc pertinentes, Filio imperatori quum triumphum ipſi decerneret, ſubordinavit. Neminem tamen adeo ſtolidum eſſe velim, ut cum Gnoſticis, ipſum Deum tanquam malum malorum corporum Creatorem, a Chriſto ſubigendum eique ſubordinandum eſſe, in animum inducat. Nihil enim eſt manifeſtius, quam Eum qui Chriſto triumphum decrevit, omniaque tanquam Exercitum

g) Strom. Lib. III. C. 3. p. 515.

„ citum fortiter pugnantem & trium-
„ phaturum sub Christo ordine dispo-
„ suit, ipsum ex hoc numero esse exi-
„ mendum, neque Christo subordinan-
„ dum: quippe quod cum sanæ rationi,
„ ipsiusque rei indoli, tum sacræ scri-
„ pturæ apertissime repugnaret. Non
„ est enim, ut infruniti isti homines
„ impie garriunt, Creator omnium
„ rerum idemque Deus Judæorum,
„ malus Deus, a quo corpora mala
„ profecta sint, æternæ morti dam-
„ nanda. Contrarium plane hic obti-
„ net. Deus iste creator omnia, atque
„ ipsa adeo fidelium corpora æque ac
„ animas, Christo imperatori subordi-
„ navit, dum ipse summus Deus & judex
„ manet. Totus exercitus & singuli in
„ hoc exercitu fideles, qui una cum
„ corporibus Deo militarunt, vulnera-
„ que & mille mortes perpessi sunt,
„ die illo magno triumphi, coram
„ Deo sunt sistendi. Omnes milites
„ non prius altera sui parte crudeliter
„ mutilatos, sed integros huic illu-
„ strissimo triumpho adesse oportet.
„ Adeoque ex triumphali hac pompa,
„ in qua non Deus creator corporum,
„ sed omnes quotquot sunt fideles cum
„ omnibus quæ ad ipsos pertinent,

„ Christo

„ Christo imperatori subordinandi sunt,
„ tanquam exercitus triumphans; ma-
„ nifestum est, corpora fidelium esse
„ resurrectura".

ב. Secundo loco docet, ipsum Filium, post hanc subordinationem, Deo tanquam summo Magistratui esse subordinandum in pompa triumphali; *ut Deus* triunus, tandem *Omnia sit in omnibus* com. 28. Hic

א. Ὑπόταξιν exercitus triumphalis describit; & quidem,

1. Temporis articulum designat; *Quando autem omnia Filio subordinata sunt*, nimirum a Deo optimo maximo & omnium patre.

2. Subordinationem Filii, hoc tempore exspectandam esse.

אא. Subjectum est αὐτὸς ὁ υἱὸς *Filius ipse*. Υἱὸς nimirum τȣ̃ Πατρὸς *Patris* com. 24. ubi alludere videtur ad *Psalm.* II: 7, 9 & 10. Idem בן אדם *Filius hominis* dicitur *Psalm.* VIII: 5. quem locum Apostolus com. 27 laudaverat Unde efficitur, Mediatorem hic indicari, cum divinæ, tum humanæ naturæ respectu. Atque is eodem plane respectu modoque υἱὸς dicitur *Marc.* XIII: 32.

בב. Fi-

כב. Filius iſte jam *ſubordinandus* eſſet *ei*, *qui ipſi omnia ſubordinavit.* Ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα. Actum hunc non *permanentem*, ſed unicum momentaneum eſſe eundemque glorioſum, bene jam Claudius & Gerdeſius obſervarunt. Non melius nos hoc intellecturos confido, quam ſi ritus pompæ triumphalis in ſubſidium vocemus. Solebat nimirum Magiſtratus, uti ad præcedens comma jam monui, obviam venire Imperatori triumphanti extra portam urbis, tum vero Eum cum XII lictoribus præcedere. Atque ita Imperator cum exercitu triumphante portam ingrediens, Magiſtratui ὑπετάγη, ſive Magiſtratum ordine ſequebatur. Deinceps Legati, tribuni militum, centuriones, milites denique ſuo quique ordine *triumphantem ſequebantur* ut Liviana (*b*) phraſi utar. Milites autem, in centurias, manipulos, legiones, in hac pompa fuiſſe diviſos, ſupra jam ex Appiano notavi. - Ita·

(*b*) Hiſt. Rom. Lib. X. Cap. 30. p. 233. edit. Gron. conf. L. XXXI. C. 49. p. 494. L. XXXVII. C. 46. p. 607.

Itaque sensus est „ Filium, plane uti
„ summus belli Imperator in pompa
„ triumphali olim subordinari sole-
„ bat magistratui, sic summo om-
„ nium rerum Moderatori in suo
„ quem perageret triumpho esse
„ subordinandum. Quo publico quasi
„ actu manifestum faceret Deus, Ip-
„ sum hostes vicisse, omnes suos
„ subditos servasse, beneque ac felici-
„ ter & ex sententia summi Numi-
„ nis rempublicam ab eo gestam
„ esse." C. Aurelius consul apud Livium, (*i*) triumphi instituti caussas aperit. *Bellum*, ait, *majores ideo instituisse, ut legati, tribuni militum, centuriones, milites denique triumpho adessent; ut veritas rerum gestarum Ejus cui tantus honos haberetur, publice videretur.* Hoc etiam consilio triumphus Filio decretus, hoc scopo Filius triumphans in Urbem cœlestem cum victore exercitu invecturus, Patri subordinandus est, ut publice videatur veritas rerum gestarum magni Herois, cui tantus honos habebitur.

b. Finem cui hæc omnia inservire debebant, ipse Apostolus edit c. 28[b]. ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς

τὰ

(*i*) Hist. Lib. XXXI. Cap. 49. p. 494.

τὰ πάντα ἐν πᾶσι *Ut Deus sit omnia in omnibus*. Phrasis indicat „Unum omnia „ posse; penes Unum summam esse „ imperii; Unum omnibus muneribus „ fungi ". Hanc Beza, Raphelius, & Gerdesius jam illustrarunt, & longa exemplorum farragine J. J. Wetstenius, qui tamen Herodoti locum (*k*) laudans, quasi is scripserit πάντα δὴ ἦν ἐν πᾶσι Βαβυλωνίοισι Ζώπυρος, fallitur, quum ibi sine ulla codicum varietate legatur, ἐν τοῖσι Βαβυλωνίοισι. Conferri etiam meretur Lipsius ad Vell. Paterculum. (*l*) Ex locis qui laudantur nullus est qui magis ad rem facit, quam Appiani Alexandrini in bellis civilibus, (*m*) ubi Brutus post necem Cæsaris. Εἰ δὲ οὔτε τὰς ἀρχὰς τὰς ἐν ἄστει, οὔτε τὰς τῶν ἐθνῶν ἡγεμονίας, οὔτε στρατείας, ἢ ἱερωσύνας, ἢ κληρουχίας, ἢ τιμὰς ἄλλας ὑμῖν ἀπέδωκεν, οὐδὲ προεβούλευεν ἡ βουλὴ ἐπὶ οὐδενὸς, οὐδ' ὁ δῆμος ἐπεκύρου, ἀλλὰ πάνθ' ὁ Καῖσαρ ἦν ἅπασι ἐξ ἐπιτάγματος. κ. τ. λ. *Quod si nec magistratus urbanos, provincialesve, nec præfecturas exer-*

(*k*) Lib. III. C. 157. p. 278. edit. Wess. Ubi vid. not. Wess.

(*l*) Lib. II. p. 67. edit. Lipsii in Fol.

(*m*) Lib. II. p. 837. edit. Toll.

exercituum, nec ſacerdotia, nec coloniarum deductiones aliosve honores vobis dedit, non ad ſenatum de his rebus retulit, non populi auctoritatem requiſivit, ſed CÆSAR OMNIA FUIT OMNIBUS, *idque juſſu ſuo.* Sic & Demoſthenes pro Corona οἱ μὲν καταπτυστοι Θετταλοὶ καὶ ἀναίσθητοι Θηβαῖοι, φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο· πάντ᾽ ἐκεῖνος ἦν αὐτοῖς. (*n*) *Equidem deteſtabiles illi Theſſali & ſtolidi Thebani, amicum, benefactorem, ſervatorem Philippum putabant,* OMNIA IS ERAT IPSIS. Verbis paululum mutatis, ſententiam illuſtriſſimam de ipſo Deo, plane ut heic loci, protulit Heraclitus apud Diogenem Laertium (*o*). Digniſſima eſt ut hic legatur. Ἐιναι γὰρ inquit ἓν τὸ σοφὸν ἐπίστασθαι Γνώμην ἣ τε οἱ ἐγκυβερνήσει πάντα διὰ πάντων. Mericus Caſaubonus hunc locum ſic interpretatur. „ Omnem ſapientiam in eo conſiſtere uno, ut Deum agnoſcamus „ unum, qui omnia, minima, maxima „ nutu ſuo temperat, & providentiæ „ ſuæ rationibus accommodat ". Nimirum Γνώμην, hoc loco *Deum* ſignificare

(*n*) apud Bergl. ad Alciphr. L. II. Ep. 3. p. 237.

(*o*) Lib. IX. §. 1. Tom. 1. p. 348, 349. ubi vid. Caſaub. & conf. ejuſdem not. ad Lib. III. §. 75. p. 211.

care obſervat, & rationibus non contemnendis adſtruit. Itaque locus vertendus: *Eſſe enim hanc ſummam ſapientiam, ſi ſciamus divinam Providentiam eſſe, quæ omnia in omnibus gubernat.* — Ex Pauli ſententia, hic illuſtriſſimus temporis articulus foret, quo *ſublato omni imperio, omni auctoritate & robore*, clariſſimis documentis univerſo orbi innoteſceret, Summum Numen eſſe Deum triunum, qui *omnia ſit in omnibus*, Unus iſta munera obeat, unus ſufficiat omnibus.

Brevi paraphraſi, quis ſenſus ſit hujus commatis, proponam. „*Poſtquam vero*, ſupremo „ illo die qui triumphalis erit, *ſubordinata* „ *fuerint illi omnia*, exercitus univerſus cum „ armis, coronis laureis, prœmiis &c. *tunc* „ *& ipſe Filius* qui tanquam ſummus Dux „ & Imperator bellum adminiſtravit, *ſubordinandus erit ei*, ſive ordine ſequetur Eum, „ *qui* Magiſtratus ſeu ſenatus munere fungens, utpote ſummus omnium rerum moderator, *ipſi* Chriſto tanquam victori triumphum decrevit, & ordine *omnia ſubdidit*. „ Iſto tempore non homines tantum qui ex „ morte rediere læti & triumphantes urbem „ cœleſtem ingredientur; ſed ipſe quoque „ Deus immortalis publico honore qui victori „ habebitur, teſtatum faciet, magnas res ge-

„ ſtas

„ stas esse, victoremque hunc, imperium
„ summi Numinis auxisse, multaque hostium
„ millia uno prœlio in monte Calvaria occi-
„ disse. *Ut* tandem deleto omni imperio, &
„ omni auctoritate, copiisque ad illam tuen-
„ dam necessariis, *Deus* triunus *sit omnia*
„ *in omnibus*, omnes suos subditos ita gu-
„ bernet, omnesque res ita dirigat, ut
„ unicuique fiat manifestum, hunc unum
„ omnia posse, apud hunc Unum esse sum-
„ mam imperii. Unde rursum colligi po-
„ test, omnes illos fideles, in quibus Deus
„ omnia erit, ex morte esse revocandos".

§. 6.

Atque hæc hypothesis, omnia quæ
comm. 23–32. continentur ex imperio &
militia Romana & Græca petita esse, uti
amœna luce totam pericopam illustrat, ita
plane apta nata est ad impiam Sociniano-
rum sententiam de Fine regni Filii Dei,
& ejus subjectione sub Patre, quem solum
natura Deum esse statuunt, convellendam.
I. Quod ad Regnum Christi attinet;
א. Volkelius (*p*) vult „ Christi regnum
„ ad illud usque tempus duraturum
„ esse;

(*p*) De Ver. Rel. L. III. C. 32. T. II. p. 309.

„ esse; quum omnia non potentia so-
„ lum, sed ipso etiam actu sibi subjecta
„ habebit ". Atque hanc sententiam ex verbis comm. 24. Εἶτα τὸ τέλος. *Postea finis erit*, firmare studet. — Verum perperam omnino. *Regni* enim Christi nullam hactenus fecerat mentionem, sed „ resurrectionis cum Christi
„ tanquam Principis, tum illorum qui
„ Christi sunt, in die adventus Ejus,
„ sed in suo cujusque ordine ". Quum proxime post hæc verba sequatur, εἶτα τὸ τέλος, quis sibi persuadeat Paulum iis indicare voluisse, *Postea finis erit* REGNI CHRISTI? Et quam plane ἀπροσδιόνυσον fuerit hoc addidisse? Quum potius in rem apostoli fuisset, demonstrasse, NULLUM regni Christi FINEM fore, sed in omnem æternitatem, quod ubique S. Literæ testantur, illud duraturum. Qui præsumpta opinione non plane abreptus est, nullo negotio videt, hic *Finem* indicari partim *omnium rerum*, partim *belli* quod quisque in suo τάγματι gesserat. Atque hic quidem solus est sensus, qui ad Pauli nostri scopum facere potest.

3. Verum instant, & eundem *Regni Christi Finem* ex sequentibus ejusdem commatis verbis inferre conantur. Ὅταν παραδῷ

τὴν

τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Atqui in superioribus, ex continuata metaphora per decem commata, in quibus omnes propemodum phrases ex Græcorum & Romanorum militia & triumphis petitæ sunt, ostendi, βασιλείαν heic loci *Regnum militare*, *Imperium*, sive *Præturam* significare. Hanc vero *Præturam*, sive *potestatem Imperatoriam* Christum traditurum, nemo nostrum negat. Quid enim *Imperatore* opus, ubi nulli amplius sunt hostes, nulla cum hostibus certamina? Atque hæc vera est ratio, cur Paulus mox addat. Ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν. *Postquam pugnæ quiescere fecerit omnem Principatum, atque omnem potestatem, & vires*, uti supra verbo jam monui. Atque ita, si *Regni* loco, *Imperium* sive *regnum militare* ponas, recte cum Volkelio (q) & nos dicimus: „ Cum is regni Christi [militaris] scopus terminusque sit, ut „ fidem spemque nostram foveat, & „ tandem in sempiterna felicitate nos „ constituat, utque ad eum scopum „ consequendum, omnia quæ salutis „ nostræ cursum impedire possint, & „ co-

(q) De Ver. Rel. L. III. C. 36. Tom. II. p. 356.

„ cohibeat, & tandem prorsus exter-
„ minet; veluti sunt impiorum flagi-
„ tiosissimi conatus; principum eorum
„ qui Christianos oppugnant, diaboli-
„ que immanitas; corporum nostro-
„ rum summa imbecillitas; mortis de-
„ nique violentia: consequens certe
„ est, cum sapientissimus ille Pater
„ nihil frustra faciat atque constituat,
„ ut omnibus his peractis, Christus
„ istam muneris illius functionem de-
„ ponat ”.

II. Porro Filium omni regia dignitate abdicata, isto temporis articulo Patris imperio fore *subjectum*, atque hoc Paulum hic docere, pertendunt Sociniani: sed falluntur. Nam clarissimis, nisi fallor, rationibus ostendi, ὑποτάσσειν hic non esse *Subjicere alicujus imperio*, sed *Subordinare*, *Ordinare in exercitu* vel *triumphali pompa*, *post alium*. Quin tantum aberat, Filium Dei regno privatum, tum temporis unum fore e subjectis & Patri parentibus, ut ipsa hæc ὑποταγὴ, summum potius imperii Christi fastigium sit futurum. Nam decreto triumphi facto per Senatum, de eo ad populum ferebatur, isque rogabatur, ut eo die, quo triumphus esset ducendus, imperium daret triumphanti, uti supra jam observavi. Hoc vero *sum-*

mum

mum fuisse, ex Valerio Maximo (*r*) liquet, cujus verba hic notatu dignissima sunt. „ Moris, inquit, erat ab Impe-
„ ratore triumphum ducturo coss. invi-
„ tari ad cœnam; deinde rogari, *ut ve-*
„ *nire supersedeant*; ne quis eo die quo
„ ILLE triumpharit, MAJORIS in eodem
„ convivio sit IMPERII ".

(*r*) Memorab. L. II. C. VIII. §. 6. p. 204.



V.

CORNELII BOOTT

V. D. M. QUONDAM MEDIOBURGENSIS,

EPISTOLA

AD

RUTGERUM SCHUTTE,

V. D. M. AMSTELODAMENSEM,

AD

PSALMI XLV: 5.

VIRO-JUVENI
PRÆSTANTISSIMO, DOCTISSIMO
RUTGERO SCHUTTE,
AMICO OPTIMO,
S. D.
CORNEL. BOOTT. (*

(*) Intercessit *Boottio*, meo per uxorem adfi
charissimo, quem pallida mors nimis ehei
mature in ipso ætatis flore corripuit, cum
Vener. & doctissimo SCHUTTIO, amico itide
meo suavissimo fœdus amicitiæ, quam uti

Quoties insignem jucunditatem, quam ex Amicis meis capio, attenta mente considero, toties clementissimum Providentiæ Divinæ nutum, fas est, celebrem; us adorando ductu in tales incidi amicos, quorum familiari commercio indies & ctior & melior, si mens mihi haud læva , evadere possim. Quos inter cum Tu, *vissime Rutgere!* non postremum locum e Tuo obtineas, dici nequit, quantam itiam perceperim ex incremento, quod iis his brumalibus amicitia nostra sumserit,

rumque virtus ab ineunte adolescentia contraxit, quæque ad mortem usque alterius illæsa mansit. Nec mirum! ubi quisque ita adfectus est, quemadmodum hæc Epistola testatur, ibi perennis æque ac proficua erit amicitia. Epistola vero digna est, quæ luci exponatur publicæ. Nam a juvene licet scripta sit, masculam tamen spirat eruditionem, atque explicationem Venerabilis *Venemæ*, quæ ad eundem sensum tendit, magis confirmat & illustrat. Debes eam, *Lector*, benevolentiæ Doctissimi *Schuttii*, qui hac communicatione & editione ostendit, quanti etiam post funera *Boottium* suum habeat. Utinam Commilitones Academici hoc modo amicitiam ineant, commerciumque instituant Litterarium, quo sibi invicem, & interdum aliis utiles esse, certatimque ad altiora tendere possint. N. B.

rit: id enim non absque ratione colligere posse mihi videor, ex suavissimo commercio, quod Tecum, magis familiare quam antea, hoc tempore colui. Et sane, si teste *Cicerone*, digni sunt amicitia, quibus inest causa cur diligantur, nemo mihi vitio vertet, quod Te in oculis feram, qui tot egregiis animi dotibus instructus es, quarum catalogum texere nimis longum foret, nec modestia Tua pateretur: fervidus enim doctæ pietatis amor, cum incredibili morum suavitate conjunctus, rara benevolentia, animi candor minime fucatus, omnes, quibus te accuratius nosse contingit, in Tui amorem non pellicere, sed trahere imo rapere debent. Quibus accedit eorundem studiorum φιλολογίας sacræ scil. & *Hermeneutices* sacræ, amor, qui non potest non quandam in animis nostris similitudinem, quæ firmissimum perennaturæ amicitiæ fulcrum ex Philosophorum sententia constituit, producere. Hæc cum ita sint, sedulo caveam oportet ne mea culpa aliquid detrimenti amicitia nostra capiat, sed potius in id incumbam, ut benevolentiam Tuam, qua me hucusque prosecutus fuisti, conservem; cui rei cum quodam modo inserviat Epistolicum commercium, quo cogitata nostra nobis invicem trutinanda propinamus, non potui non lætus hanc ansam

arri-

arripere, & alacri animo, precibus Tuis, quibus ut hujus instituti initium facerem heri a me efflagitasti, obtemperare. Pudore ergo subrustico valere jusso conjecturam in Ps. XLV: 5. וְתוֹרְךָ נוֹרָאוֹת יְמִינֶךָ, de qua plus simplici vice Tecum collocutus sum, judicio suo subacto licet, æquo tamen trutinandam offero. Verba hæc vulgo in versionibus & ab Interpretibus ita vertuntur: *& docebit te dextra tua terribilia*: minus recte, si quid video; potius: *Et jaculabitur tibi terribiliter dextra tua*, i. e. dextera Tua jaculis terribili modo hostes Tuos feriet. Argumenta, quæ aliquam speciem huic versioni conciliare videntur, hæc sunt.

1. Quod verbum יָרָה etiam in *Hiphil* proprie *Jaculari* significet, & non nisi metaphorice docere: a literali autem verbi significatione absque sontica ratione recedere Hermeneutica sacra vetat. Ne quis in eo tricetur, quod affixum ךָ accusativum casum notet, & sic incommodus inde emergat sensus, observo affixum hoc, per appositionem verbo junctum, considerandum esse ac si seorsim positum esset cum præfixo ל, quem Canonem illustrat DANZIUS *Interpr.* p. 50, 51.

2. Quod nexus tam cum anteced. quam conseq. hunc sensum flagitet, nisi elegantis-

simæ picturæ Emblematicæ vim inferre velimus: proponit enim nobis sacer Vates Regem Messiam curru Euangelii vectum per deserta gentilium Jam vero consuetum erat ex curribus bellicis arcu & sagittis pugnare, quod confici potest ex nummis, quos adduxit ὁ πάνυ LAMPIUS in *Ps.* XLV. p. 181. adde HOMER. *Iliad.* *E.* *vs.* 278 coll. cum vs. 239. (*) inde & vers. seq. memorantur stupendi effectus, quos sagittæ hujus Imperatoris bellici ediderant. Ordo itaque & nexus qui elegantissima emblemata currus & sagittarum connectit, postulant, ut nostris verbis sagittarum emissionem, cujus horrenda strages vers. seq. memoratur, delineari statuamus.

3. *Manui* magis sagittarum ejaculatio, quam doctrinæ, quæ viva voce plerumque fieri solet, convenit; præs. si in medium adducamus *jacula* veterum, ακοντα ab *Homero* dicta, quæ non arcu emitti, sed sola manu vibrari solebant, & hæc forte ratio est, quare nulla arcus in hujus pugnæ descriptione mentio fiat.

4. Accedit allusio, quæ hic fit ad Typicum Angeli fœderis ductum, quo viam populo suo

(*) Conf. Iliad. L. XX. v. 461. & 487—489. R. S.

suo in deserto pandit, & hostes ad internecionem usque delevit. Confecit id B. LAMPIUS ex voce נוראות, quæ ubique fere de facinoribus illustribus, quibus hostibus ex columna N. & J. panicum terrorem immisit Dux exercitus Jehovæ, adhibetur; locis ab eo citatis adde *Deut.* IV: 34. V: 15. ubi מוראים occurrit. Quod si lucratus sim, facile concedes nomen ימין idem significare quod columna N. & J. [præsertim cum ingenti locorum farragine, si id nunc agerem, ostendi posset per manum & dextram Jehovæ sæpissime in sacris ad hoc illustre phænomenon respici, confer. *Habac.* III: 3, 4. *Exod.* XIV: vs. ult. *Exod.* XV: 12. coll. *Exod.* XIV: 24, 27. nec non omnia loca, in quibus Deus dicitur populum suum eduxisse ביד חזקה] & sagittas has manu vibratas easdem esse cum radiis illis ex nube splendida prorumpentibus, quibus hostes suos præsertim Ægyptios tremendus hujus nubis incola ferire solebat. Sagittarum enim ex nube igne rutilante emissarum diserta mentio fit *Ps.* XVIII: 15. LXXVII: 18. *Hab.* III: 11. & *Zach.* IX: 15. unde fulmina sagittis comparata apud Poëtas, vid. LAMPII *Exercit. S. p.* 199. Sed nondum subsisto, puto enim sigillatim alludi ad Ægyptiorum stragem in mari algoso editam,

tam, quæ κατ ἐξοχην *Pf.* CVI: 22. נוראות vocatur. Hæc autem data eſt mediante columna ignea, ex qua Jehovah dicitur torvo vultu eos adſpexiſſe *Exod.* XIV: 24. &c. qui adſpectus *ardens ira* vocatur *Exod* XV: 7. (*) adeoque commode de fulmine explicari poteſt, qui iis tantum terrorem incuſſit, ut effugiendi conſilium caperent, & equorum pedes officium ſuum præſtare abnuerent.

5\. Superpondii loco addo, Prophetis id in more poſitum fuiſſe, ut Viros Apoſtolicos verbo Euangelii deſertum gentium ſubjugantes emblemate ſagittantium depingant. vid. *Jeſ.* XLIX: 2. *Zach.* IX: 15. *Pſ.* CXXVII: 4. &c. Eadem vero ſcena prophetica in noſtro commate occurrit.

Hæc ſunt, *Amice Optime*, quæ rogo ut æqua judicii lance expendas, & quid in iis palato Tuo arrideat, quid non, candide more Tuo mihi indices. Vale, meque amare perge.

(*) & *Pſal.* LXXVII: 18. ubi de hac eductione ſermo: diſerte ſagittas emiſiſſe dicitur Deus. conf. *Rembach. Exerc. herm.* p. 235. R. S.

V I.

STATUS CONLATIONIS
EBRÆORUM MANUSCRIPTORUM
VETERIS TESTAMENTI,

Qualis fuit sub finem Anni
ab incepto opere QUINTI 1764.

DELINEATUS
à

ENJAM. KENNICOTT,

S. TH. D. Membro Societatis scientiarum
REGIÆ & Collegii Exeterani
Oxoniensis.

Opus aliquod longum & difficile quando publicæ subscriptionis subsidio susceptum est, Mæcenatibus, uti etiam ipsi ejus susceptori, gratissimum sit oporrt, si prospere adeo succedat, ut meliori modo

modo illud absolvi posse adpareat. *Conlatio Hebræorum MSS. Veteris Testamenti*, qui haud vulgarem laborem requirit, & magni ponderis esse satis probatum est, ita ampliore subscriptione & generali magis diversarum Europæ regionum adprobatione inclaruit, quam forte ullum aliquod Institutum Litterarium. Hinc hac occasione sub finem anni *hujus*, ab incepto opere *Quinti* me ad Doctos & Illustres hujus operis MÆCENATES convertens, voluptatem meam celare nequeo, natam ex eo, quod eos certiores reddere liceat, opus hoc fere AD DIMIDIUM USQUE ABSOLUTUM ESSE.

Ex ultima annuali Narratione adparet, quod ex CXXIV MSS., servatis in Magna Britannia & Hibernia, ibidem jam conlata sint XXXII., quodque XVIII Conlationes Originales, nitidæ descriptæ, depositæ fuerint in Bibliotheca Bodlejana. Hoc ipso anno ibidem conlata sunt XVIII Hebr. MSS. unumque MS. Pentateuchi Samaritani, quo numero cum aliis comparato, non indignum est observare, unum MS. continere Bibliorum plures libros, quam multa alia MSS., quodque nihilominus hæc XIX MSS, hoc anno conlata, plus quam 116000. versus habeant. Verum hæc minime omne hujus anni opus constituunt, nam & conlationes XXVI MSS. nitidæ descriptæ sunt, quarum

rum Originales cum XVIII prius descriptis Bodlejanæ Bibliothecæ concreditæ sunt.

Ex his XIX MSS. ita conlatis VI mihi mutuo concessit (qualis etiam fuit anni præcedentis numerus) *Museum Britannicum*, juxta gratiosum decretum generalis *Directorum* ejus conventus, & hæc MSS. ingenue eidem restituta sunt. Usu III. aliorum MSS. valde obstrictus sum hujus Universitatis Collegiis *Oriel* & *Jesus*. Eadem ratione gratias debeo cel. SCHULTENS, Professori *Leidensi* doctissimo, quod MS egregium mihi ex propria sua Bibliotheca miserit.

Quod autem exteras adtinet regiones, quam maximas solvo gratias Excellentissimo *Baroni de* BERNSTORFF, primo REGIS DANIÆ Secretario status, pro honorificis literis, quas ex mandato regio ad me scripsit. Exhibent illæ memorandum documentum Regii in sacram Litteraturam studii, & exprimunt consilium Regis, quo ad hos nobilissimos fines obtinendos Viros Doctissimos in Africam miserit & Asiam, quoque per totum terrarum orbem Regias laudes promeruit. Quum vero Regis hujus consilium hisce litteris in favorem operis mei modo honorificentissimo sit expressum, accuratum earum Apographum hic exhibeo; nullus dubitans, quin Lectores Regium hoc testimonium magna cum oblectatione excipiant,

una

una cum aliis, quæ jam communicavi testimoniis, quæque magni adeo sunt ponderis ut non possim non ejusmodi testimonia quando ad me perveniunt, publici juris facere in relatione hac annuali.

VIR VENERANDE.

Rex certior redditus de opere doctissimo, quo nulli parcis labori, ut ope & auxilio antiquorum Manuscriptorum textum Divinorum Veteris Testamenti scriptorum Originalem restituas, consultum duxit omni modo Tibi suppetias ferre, ita ut Institutum hoc revera Religioni & scientiis adeo proficuum, maximisque idcirco encomiis dignum promoveatur.

Hunc in finem Regiis mandatis honoratus sum, ut Te, Vir Venerande, informarem, antiqua quædam Bibliorum Hebraicorum Manuscripta, nuperrime in Ægypto ad usum Bibliothecæ Regiæ comparata, adpulisse, quæ per Viros aliquos Doctos, regio mandato jam in Arabiam Felicem proficiscentes, hic transmissa fuerunt. Accipis brevem expositionem qualitatis pretiosarum harum antiquitatis reliquiarum, literis his junctam. Rex usum horum Tibi lubentissime concedit. Unice a Te pendet, Vir Venerande, an Virum aliquem doctum hic ablegare velis, qui examinet, aut si Tibi congruum videtur, conferat hæc manuscripta cum Codicibus excusis, con-

ligendo ex his Exemplaribus, quæ in eis oc-rrunt, Lectiones Variantes. Ante omnia lim sis persuasus, quod illi, quem ad hunc orem destinabis, omnem operam præstiturus, quo facillime hoc defungatur opere, quod-molimınis Tui ardui successum quam maxime veam, quo Tibi non potes non conciliare mortalem nominis Tui gloriam, & quod Viro, alis Tu es, adeo religioso, infinities majoris et esse momenti, ut Numen Omnipotens Tibi edicat. Interim Tibi, Vir Venerande, ve-ationis plena & sincera mente officia mea ero.

BERNSTORFF.

HAFNIÆ d. 31. Martii 1764.

Favori huic jungere licet eximium illum, em hoc ipso anno operi meo comproba-nt Excellentissimus *Comes de* FIRMIAN, ıcatus Mediolanensis Gubernator & *Marchio* IVERA, Præses Senatus Ministerii Mediola-nsis. In urbe illa, & quidem in Bibliotheca nbrosiana servantur XII Hebraica magni omenti MSS. Horum MSS. egregium Ca-logum meum in usum composuit *Henricus Porta*, LL. OO. in Universitate Patavina ofessor. Magnopere desideravi, hæc MSS. nferret, si pote, Vir ille doctus. Et

nuper per duo decreta gratiosa a Gubernatore & Senatu Mediolanensi licentiam adeptus est se huic operi mancipandi, — sc. quod *Professor ille solutus sit ab obligatione commorandi Patavii*; quodque *ipsi licitum sit Mediolani collegiis suis vacare*, & præsertim, quod ad conferenda MSS. hæc Ambrosiana ipsi MEDIOLANI commorari liceat. Misit jam ad me conlationem primorum horum MSS., ejusdemque transmissionem debeo Rev. *Chambers*, Theol. Doctori, cui eadem in Italia a Generosissimo HORATIO MANN concredita fuit. Excellent. huic Viro hoc & aliis multis benignitatis suæ documentis summopere obstrictus sum, præsertim transmissis hoc anno Conlationibus III MSS. Bibliothecæ Imperialis *Florentinæ*, ubi nunc alia MSS. sub examen revocantur.

Quod adtinet Bibliothecam Imperialem VINDOBONENSEM, expertus fui nuper singularem favorem Catalogo Hebræorum, quæ ibi reperiuntur, MSS., curante eum L. *Barone van Swieten*, Bibliothecario & Medico celeberrimo, ad litteras petitorias Excellentissimi STORMONDI, Vice Comitis, & Legati Regis ad hanc aulam extraordinarii. Rogavi ut ibidem instituatur conlatio, speciatim Unius MS. (continentis Universa Biblia), quod in excusis Catalogis nondum descriptum est.

ROMÆ

Romæ ex XVII MSS., quæ ibidem ex nandato conferenda sunt, examinata sunt lla, quæ in aliis Bibliothecis exstant (excepta Vaticana); & volumen Variantium ectionum in eis repertarum tuto transla-ım in Angliam, mihique amica manu *Walri Rawlinson*, *Armigeri*, missum fuit. Caita quoque *Danielis* & *Esræ*, Chaldaice separatim excusa, nunc vero in Augustiniano ngelico MS. conlata, inventa sunt Heraice, & quisque Lector eruditus cum 'oluptate percipiet, quod hi Bibliorum Ilıri, nunc primum Hebraice detecti, omnes nere & pure Hebraici sint, ac propterea ossint esse revera vetusti; sin autem hoc st, magni sunt pretii. Præfixum est huic onlationi testimonium amplum, laudans 'onlatoris, *Professoris Constanzi*, adhibitam uram & adcurationem, munitum subscripone *Augustini Georgi*, *Dominici Tbeoli*, *Gaielis Fabricii* & *Simonis Ballerini*, qui doıtissimi Professores & Bibliothecarii, ut speo, gratias meas pro labore in hac caussa ræstito benevole sunt excepturi. Ibidem tiam hoc anno VI MSS. Bibliothecæ Vacanæ conlata fuerunt.

Ex Regia Bibliotheca TAURINENSI nunc :cepi Lectiones variantes VI optimorum ISS. quæ per Professorem *Pasini* conlata

ſunt. Fidam earum transmiſſionem debeo Viro vere docto, *Comiti de Carburi*, cujus cura exhibitæ fuerunt Nob. *L. Dutens*, *Armigero* & Britannico ad hanc aulam Legato.

Variantes Lectiones MS. BERNENSIS, conlati ſub auſpiciis Cl. *Sinneri*, doctiſſimi ibidem Bibliothecarii, accepi. *Turici* Conſul Regens, Ampliſſimus *Landolt* uſum II. Hebr. MSS. Bibliothecæ publicæ gratioſiſſime conceſſit, curante hanc cauſſam Nobil. *Roberto Colebrooke*, *Armigero*, & Regio in *Helvetia* Legato, cui quoque aliis favoris ſui documentis obligatus ſum.

Dum optima aliquot MSS. cura cel. L'ADVOCAT *Profeſſoris Sorbonenſis*, LUTETIÆ PARISIORUM & DRESDENÆ MS. Hebr. conferuntur, in aliis exteris regionibus hoc anno inquiſivi in alia MSS., omnemque adhibui operam, ut eorum, quæ maximi duco eſſe pretii, uſus concedatur. Speciatim fateor me obſtrictum eſſe Excellentiſſimo Comiti DE ROCHFORD, Regis Angliæ extraordinario ad aulam HISPANICAM Legato, quod conlationem aliquot hujus regni MSS. procuraverit. Eadem ratione gratias refero amico meo Rev. *Devisme*, Excellent. Legati Capellano, ut & Rev. *Pluer*, Capellano ibidem Legationis Danicæ, quod ad promovendum hoc opus ſedulo & amice in MSS. alia inquiſiverint.

Ev-

EUROPA ita thesauros suos numerosorum MSS. liberaliter obferente, & AFRICA identidem sua contribuente, dum præter ea MSS. quæ antea jam exhibuit, nunc alia obfert, quæ ex *Aegypto* per munificentiam & Patriotismum REGIS DANIÆ adlata sunt; (observandum autem est, quod eadem occasione in *Oriente* inquisitiones in MSS. adornatæ sunt) ASIA quoque comperta est continere, quod maxime inservire possit. Nomine Reverendissimi EPISCOPI CARLISLENSIS in hujus anni primordio mihi communicatæ sunt literæ ad ipsum datæ ex ALEPPO, annunciantes vere curiosum MS. ibidem servatum. Scripseram ad Rev. *Dawes*, Britannicæ ibidem societatis Capellanum, (cujus erant literæ ad Episcopum) rogans ut accuratiorem daret hujus MS. descriptionem; & nuper mihi favit suo responso; quo adserit MS. hoc continere totum vetus Testamentum & revera esse altæ vetustatis, jubetque sperare licentiam ibidem examinandi loca quædam Bibliorum specialia, non obstante extraordinaria veneratione, quam eidem deferunt Judæi. Eodem modo inquisivi in AMERICA, verum hucusque, quoad vere vetustum MS., incassum, nihilominus (narratum mihi est) in hac mundi parte inter Judæos talia forte posse inveniri MSS. Hebraica.

Hanc narrationem non possum finire, quin declarem, quanti habeam insignem honorem, quo opus meum mactavit *Doctissima Academia Scientiarum* MANHEMIO-PALATINA. Exterarum regionum primi sunt, qui operi huic favorem delatum subscriptione sua comprobatum dederunt.

Domi vero *Excitationes*, quas experior, TALES sunt, ut summam requirant diligentiam & promtitudinem simul ac curam & summam & accuratissimam ad continuanda quæ huic operi absolvendo reliqua sunt, quas, ut spero, hucusque constanter adhibui: TALES EXCITATIONES, quæ jubent, ut maxime me obstrictum fatear MAECENATIBUS adhuc viventibus, & ut honorificis verbis eorum, qui his quinque annis demortui sunt, mentionem faciam MEMORIÆ EORUM debitam – inter quos erant sequentes MAGNI NOMINIS VIRI, quorum patrocinio opus hoc insignem nactum est & successum & honorem, quorumque illustribus NOMINIBUS hanc annualem Recensionem finio

Generosissimus Dux DE DEVONSHIRE,
Illustres Comites de GRANVILLE,
MACCLESFIELD, BATH, HARDWICKE,
Nobilissimus HENRICUS BILSON LEGGE,
Reverendissimi Episcopi
HOADLY, SHERLOCK, HAYTER.

Se-

Sequuntur *Testimonia*, *Romanum* & *Gene-nse*, quorum exemplaria v. in *Bibl. Brem. 'ova Cl. V. p.* 302, 303. & *Testificatio* . C. THOMÆ HUNT prioribus conformis, ;nata 1764. d. 10. Dec.

Subscriptio hujus anni efficit summam 17., 6 — *libr. Sterlingicarum.*

VII.

EPISTOLÆ PHILIPPI, *Hassiæ Landgravii,* ET DAVIDIS PAREI, *Theologi Heidelbergensis* (*) AD *Comitem* SOLMENSEM scriptæ a. 1615. DE Colloquio Theologico instituendo.

Epistola PHILIPPI.

Philips von Gottes Gnaden Landgraf zu Hessen/ Grave zu Catzenelbogen &c. Unseren gunstigen gruss zuvor.

Wohlgebohrner Lieber Neve und Getreuer.

Ihr traget ohnzweiffel noch in guten gedancken / welcher gestalt neulichen ihr uns zugesagt / nochmahlen an

D.

(*) Spectant Epistolæ PHILIPPI, *Landgravii*, & PAREI, *Theolog. Palatini*, quæ quantum scio, non-

. PAREUM zu schreiben / und versuch zu thuen / ob sich seit der mündlichen gegebenen abschläglichen Re-lution vielleicht wieder besonnen / und zu Dero vorge-hlagenen Collation mit unsern Religions - verwandten olle geheilen und verstehen? Wan wir dan in unsern t nicht zweiflen wollen / es werde sich gedachter . PAREUS bei solcher Collation / da er anders seiner ßhero geführten Lehr keine Scheuw trägt / nicht allein or sich selbsten gern gebrauchen lassen / sondern auch ls ein gelehrter Man und Theologus / bei den Herrn Churfürsten / unsern freundlichen lieben Vettern / selb-en umb Erlaubnis und bewilligung bitten und ansuchen. So ist an Euch unser nochmalig gunstig begehren / Ihr solcher Ewer zusage fürderlichst wollet nachsetzen / und an mehrgedachten D. PAREUM schreiben; und so viel n Euch / ihn dahin vermöge / dass er sich solcher orwesenden Collation / welche uf unsere kosten soll ortgehn / nicht wolle entschlagen / sondern vielmehr alle dien-

nondum editæ sunt, ad rem Ecclesiasticam, & præcipue *motus Ubiquitisticos* concernunt, quos PHILIPPUS HASSIÆ Princeps instituendo Colloquio Theologico PAREUM inter & MENTZERUM, *Theologum Giessensem* & postea *Marpurgensem* aliosque componere tentabat. Dignæ sunt quæ legantur, inprimis illa Parei, de qua nullam mentionem fecit in *Biographia* Patris sui JO. PH. PAREUS, præfixa Patris *Operum T.* I. cujus præcipua excerpta comparent in *Lexicis Bailiano* & *Moreriano*, dum Pareani animi characterem satis exprimit; & cum illis convenit, quæ in IRENICO suo, libello utilissimo sane ad componenda Protestantium dissidia, pluribus exposuit. N. B.

dienliche mittel vor sich selbsten suchen / derselben beyzuwonen. Solte aber wider verhoffen er dazu nicht verstehen wollen / so können wir anders nichts abnehmen / als dasz er das Licht scheuwe / seine geführte lehre nicht trauwe ordentlich zu vertretten / und dardurch die Menschen nur heimlicher weise zum verderben führe. Sintemal es nicht an deme gnug / dasz einer viele Bücher in öffentlichen truck lasse außgehn / sondern vor allen dingen auf begehren dieselbe auch billig mit dem mund zu verantworten schuldig. Und ist diese vorwesende Zusammenkunft anders nicht / als eben dasjenige / so erwehnter D. PAREUS in seinen schrifften begehret und gesucht; Und dieweil eben durch dieses vorgeschlagene mittel zum füglichsten und besten die wahrheit kan an tag kommen / und man vernehmen / welcher theil recht oder unrecht habe / auch viel guter und groser nutzen dadurch kan gestifftet werden / so wil ihm ja billig gebühren / ohnerinnert viel mehr aus eigenem trieb Mittel zu suchen / der vorwesenden Collation / darbey im geringsten kein gefahr man sich zu besorgen hat / beizuwohnen / als deren sich zu entschlagen; Inmassen wir den hoffen / er uf ferner Euwer ersuchen eines anderen und wilfähriger als bishero sich werde erklären / anderer gestalt / da er sich wider verhoffen abschläglich solte vernehmen lassen / werden wir andern / denen wir solches albereit zu verstehn geben / seine antwort anzudeuten nicht unterlassen; und hat er leichtlich zu erachten / was andere berühmte Theologi darvon werden judicieren und halten / welches wir Euch also gunstig wollen vermelden / und sind Euch mit gunstigen willen wohl beigethan.

Datum Butzbach den 14. Maj A°. 1615.

PHILIPS, L. m. p.

P. S.

P. S. Ich halte dafür / dasz seine Schriften von der vereinigung / ihm PAREO, nicht werden ein ernst seyn / so er das Colloquium abschlägt / dan eben das ein Mittel / wie man zusammen kommen / und wie weit einer dem anderen nachgeben kan. Ich frage nicht darnach / wans ihme D. PAREO der Herr Graf schon zuschikt.

die Uberschrift

Dem Wohlgebohrnen / unseren lieben Neven / und getreuwen PHILIPS REINHARDTEN, Graven zu Solms, Herrn zu Muntzenberg, Wildenfeld und Sonnenwald.

Epistola & Responsio Doctoris PAREI AD Comitem SOLMENSEM.

Wohlgebohrner Graf /

Ew. Gn. wünsche ich von den Allmächtigen alle selige Leibes und der Seelen wohlfahrt / nebenst andächtigen Gebett / und anerbietung meiner unterthänigen allezeit bereitwilligsten dienste.

Gnädiger Herr.

Deroselben schreiben an mich / unter Dato Butzbach, den 15. Jun. sambt beigelegten Herrn PHILIPSEN, Landgraven zu Hessen Missiv / (so E. G. hiemit

hiemit in Originali wieder zu empfangen.) habe ich heute frühe den 21. Juny mit gebührender Reverentz wohl empfangen / daraus zur gnüge vernommen / was wegen der von E. G. mir unlängst alhie in meinen Musæo mündlich; mit D. Mentzero angedeuten Collation oder gesprechs hochermelter H. Landgrave an E. G. ferner inständlich gelangen lassen Dasz nu Ihre F. Gnade so wol auch E. G. den schwebenden Religions-spannes ihres theils gern abgeholfen / und vergleichung sehen möchten ist ja Christlich und hochlöblich / inmassen auch mir vor meinem ende zu erleben auf dieser Welt / wie mein Gott weis / nichts erwünschter fallen könte. Dasz aber durch ein dergleichen / sehr dunkel angedeutes Colloquium (dazu nemlich der alte D. PAREUS von Heidelberg nacher Butzbach verreisen / und wieder ihm D. MENTZERUM oder andere Antagonist stehen sollen) dem erwünschten kirchen-frieden geholfen werden möge / ist meines einfältigen erachtens zu wenig bedacht / und besorglich weit gefehlet. Meine Person zwar belangend / neben deme / das es in meinen händen nicht ist / unersucht meine Gnädigste herrschaft / mit versäumung meines berufs / an fremde örter in unnötige streite mich zu begeben / habe ich nun durch Gottes Gnaden (dem sei die Ehre) ins 45. Jahr bey Chur und fürstlichen Pfalz in Kirchen und schulen / mit Predigen / Profitieren / Disputieren / Schreiben &c. / so viel disputirt / dasz ich das disputieren und zankens satt / auch meine reisen / (wie an E. G. zugegen meine formalia gewesen) nunmehr bey diesen meinen Jahren nicht viel weiter gehn / dan bis auf S. Peters Kirchhof alhie / dahin ich auch unterdessen unlängst meine liebe hausfrauw selige / mit deren ich 42 Jahr im Ehestand gelebet / und die meines alters aufenthalt gewesen wäre durch des Allmächtigen gnädigen willen leider habe

gelei-

geleiten müssen / welches herzeleid das unnötige reisen / dispuùeren und zanken wol nicht erleidet. Aber bei dem allen / die sache selbst betreffend / haben bei lang herdenklichen Jahren viel höheres standes herrschaften den Trennungen abzuhelfen / mit reifen Rath genugsahme Provision und Præparation / aus gutherzigen Eifer / nicht nur wegen einer Privat Collation / sondern wegen des algemeinen Kirchen-friedens / zu grosser mennig- lichen hofnung unterschiedliche Colloquia Theologorum angestellet. Dasz aber solche zu fürhabenden Zwek wenig gefruchtet / ja gemeiniglich mehr geschadet / jederzeit viele Postloquia / Apologiae / und neuwe streitschriften gebohren / dadurch der Risz nur ärger worden / ist männiglich fast unverborgen / und in meinen Irenico mit dessen ursachen klärlich ausgeführet. Worinnen auch zum augenschein dargethan / dasz die hochschwirige alte wunden der Evangelischen Kirchen sich mit einem oder den anderen particular Colloquio nicht wollen heilen lassen; sondern es wolle ein algemeine Synodus der Evangelischen dazu gehören / darmit was alle berürt mit aller Raht und zuthuen abgehandelt werde; Inmassen dan auch wie zu solcher algemeinen handlung am füglichsten zu gelangen / und was indessen beiden Theilen zu thuen seyn wolle / meines Erachtens genugsahme andeütunge geschehen. Bey welchen allen ich es meinen theils nochmals bewenden lasse / und gedenke mit dergleichen Colloquium der gemeinen sachen keinesweges vorzugreifen / oder noch weitere Gezänke in der Kirche anzurichten. Setze aber auch in keinen zweifel / da E. G. wie nicht weniger des Herrn Landgraben F. G. gedachtes Irenicum fleissig und umbständlich erwegen werden / die sollen im werk spüren / dasz ich als der geringsten Theologen einer /

einer / für mich selbsten alle zum frieden dienliche Mittel zu suchen / nicht unterlassen / daß auch das gesuchte Privat Colloquium gar nicht eben dasjenige sey / so D. PAREUS in seinen schrifften begehret / und gesucht. Meine gemeines Heilands Christi Lehre erkenne ich mich ja freilich schuldig / nicht nur schrifftlich / sondern auch mündlich zu verantworten; immassen ich solches meinen beruff gemäs nach vermögen täglich thue und bishero mehrmals zu Mentz / Schwalbach und anderswo / gegen Jesuiten so wol als Lutheranen nach gelegenheit gethan: folget aber daraus nicht / weilen der alte D. PAREUS sich in unnötiger Disputation und gezank mit jederman einzulassen bedenken trägt / daß er darumb seiner geführten Lehre scheuw trage / oder das Licht scheuwe / oder seine geführte Lehre nicht trauwe öffentlich zu vertretten / und dadurch die Menschen nur heimlicher weise zum verderben führe / oder daß ihm seine schrifften von der vereinigung nicht ernst seyen &c. dergleichen hitzige Argument sich wol lassen schreiben / aber nicht erweisen / haben bey einfältigen schein / aber bey verständigen keinen grund: sonsten muste der alte Nazianzenus, Athanasius, Ambrosius, Chrysostomus &c. ihrer sachen auch scheuw getragen / und nicht getrauwet haben / weilen sie etwa von widersacheren auf parthevische Synodes zum Disputat geladen / aus bewegiichen ursachen zu kommen geweigert / und es verständig dafür gehalten / das womit weinig Nutzens zu schaffen / oder zu hoffen / aber nur weiterung des gezanks zu fürchten / es nicht noth sey / einem jeden seines Gefallens uffzuwüffchen / und daß es mit diesen weit aussehenden sachen / weit eine andere gelegenheit / als wann Ruhm zu erjagen / ein Soldat dem andern über der Brücke aussfürdert / sucht mit ihm zu balgen / oder wann man kurzweil haben /

ien / ein paar hanen an ein ander hetzet / sich umb den mifften zu beissen / wie im mehr erwehnten Irenico nit mehren zu finden. Dasselbige wie auch andere der unserigen Confessiones und schrifften lese man unpartheyisch / und versperre denen nicht Thür und Thor / wie bisher geschehen / so wird nicht schwer seyn / die wahrheit / und welch Theil recht oder unrecht habe / zu erlernen / wen es ernst ist.

Was andere Theologi von D. PAREO wegen dieses bedenckens halten wollen oder werden / stellet er an seinem ort. Ihro F. G. bittet er / wollen nur von ihm halten / wie von einem alten Medico / der in morbis Chronicis oder Hecticis / da totalis cura von nöten / nicht rathsam erachtet / ein ader zu sprengen / oder mit anderen particulis pharmace der sachen zu helfen. Wil auch verhoffen / Ihre F. G. wie nicht weniger E. G. als noch zur zeit Junge Herrn / (denen der Almächtige ihr leben und gesundheid lange fristen wolle /) werden über zehen oder mehr Jahren / von diesen wichtigen sachen / umb etwas andere gedanken schöpfen / imgleichen unterdessen durch Gottes Gnaden mehr und besser erlernen / es seye mit der baufälligen Ubiquität - sache / auch andern darauf und darneben gegründeten Opinionen / darumb man es mit Gegentheil zu thuen / gar nicht dermassen beschaffen / dasz man sich dieses theils dafür zu fürchten. Schlieslich und zum überflusz / da yemandes ye so grosse lust hätte zu disputieren / so haben wir alhie zu Heidelberg eine freie Academiam / der mag sich daher verfügen / er sol mit Gottes Gnade secundum statuta facultatis freündlich nach notturfft gehöret / und zu genügen beantwortet werden / welches E. G. ich zu begehrter wiederantwort diesmal in Eil nicht sollen verhalten. Dieselbe hiemit dem Almächtigen zu lang-

wie-

wierigen Gnädigen Protection / und reichen segen/ mich auch in deroselben Gnad demütig empfehlende.

Datum Heidelberg den 21. Juny A°. 1615.

E. G.

Unterthäniger / Dienstwilligster

D. PAREUS

Senior Facultatis Theologicæ

bey der Universität /

daselbst.

VIII.

NICOLAI BARKEY,

OBSERVATIO EXEGETICA

AD

ACT. I: 6, 7.

Οἱ μὲν οὖν συνελθόντες ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ: Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς, οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς, οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ.

§. 1.

Locus hic aliquam crucem fixit Interpretibus. Nexus verborum Lucæ proximus repetendus est a *vs.* 4. qui decurrit usque ad *vs.* 8. Recenset præcepta & promissa Servatoris, data discipulorum

fuorum choragio, ipfo quadragefimo poft refurrectionem fuam die, ultimo fc. die, quo inter mortales verfabatur, quum abitum jam meditabatur in cœlum, ut & interrogationem Difcipulorum & Chrifti ad eam refponfum. *Convocatis difcipulis* præcepit illis: *ab Hierofolymis ne difcedite, fed exfpectate implementum promiffionis Patris, quam audiviftis ex me.* Obfervationibus eruditis verba hæc eorumque conftructionem illuftrarunt Viri Doctiffimi BATTIERIUS *Bibl. Brem. cl. VIII. fafc. VI. n.* 3. WOLLIUS ad BLACKWALLI *Criticam N. T. p.* 411. KREBSIUS, KYPKIUS, PALAIRETUS, WESSELINGIUS & non ita pridem SCHACHTIUS in *Harmonia refurrectionis J. C. ejusque fequelarum*, quæ adhæret novæ, quam multo ftudio curavit, *cel.* IKENII *Harmoniæ perpeffionum Chrifti* editioni *Traj.* 1758. 4. Has obfervationes nunc non moror. Sufficit ex WETSTENIO notaffe, TIB. HEMSTERHUSIUM, *Virum fummum*, voluiffe legi συναλιζομένοις παρήγγειλεν αὐτοῖς, cui lectioni, quia pleraque dubia removet, præ aliis calculum adjicerem. — Adtendi autem quam maxime velim, quod Servator difcipulis fuis præceperit *Hierofolymam* quantocyus *adire*, *neque ab ea difcedere*, μὴ χωρίζεσθαι, ut antea fecerant cum Ipfo, donec *promiffionem Patris nuperrime repetitam acceperint.* Hoc enim convenit eri-

gendæ

gendæ Oeconomiæ Novæ regnoque suo super omnem terrarum orbem pedetentim promovendo, cujus fundamenta juxta vaticinia Prophetarum ponenda erant Hierosolymis *Jes.* II: 3. *Ps.* XLVIII. LXXXVII. *Joël.* III: 5. 26. *Zach.* VIII: 22. XII: 8, 10. XIII: 1. &c. Hoc nemini Apostolorum ignotum fuisse videtur.

§. 2.

Cum vero ad conficiendum hoc opus destinati essent Apostoli, quibus Servator promiserat sedes prope solium suum gloriosas & judicium super duodecim tribus Israëlis *Matth.* XIX: 28, necessum erat, ut eos gravissimis rationibus ad præstandam præcepto obedientiam compelleret. Qui enim urbem hanc sanguineam, contaminatam & obprimentem intrare possent & auderent, ubi ipse Servator, eorum magister, insons licet, infami crucis morti traditus erat, & ubi si prodirent, amicis ejus præsentissimum vitæ periculum imminebat, eosque non nisi obprobria, & flagella quin dirissimæ quæque mortes manebant? Rationes, quibus tum omnem animis eorum metum excutere, tum suæ ipsorum potentiæ diffidentibus animum addere & consolationibus erigere gestiebat, desumtæ erant ex ipsis

promiſſione, quam vice plus ſimplici olim & nunc poſt reſurrectionem ſuam audiverant, quamque iterum hic repetit, phraſi deſumta à prærogativis, concedendis ipſis *haud multo poſt hos dies*; prærogativis, inquam, majoribus quam quibus gaviſus fuerat Joannes Baptiſtà, & quam quibus a Joanne per baptismum regno cœlorum introducendo initiati erant. Baptizandi enim erant e Spiritu Sancto, ut heroica fide & virtute inſtructi in ipſum Procerum Judaicorum conſpectum prodire, & teſtimonium de regno Dei perhibere poſſent ipſa in urbe Metropoli, quæ Prophetas interfecerat, & adhuc madebat ſanguine Domini gloriæ recentiſſime effuſo. Verba itaque *vſ.* 5. ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας, prægnantiſſimam præcepti rationem exhibent, & quam maxime adaptata erant ad excutiendum omnem metum & tergiverſationem ex Diſcipulorum animis.

§. 8.

His præmiſſis accedimus ad enucleandam quæſtionem Servatori a Diſcipulis propoſitam, & ad Chriſti reſponſum. Videamus, num iisdem aliquam lucem adfundere & genuinum ſenſum eruere poſſimus.

Quæ-

Quæstionem ita enarrat Lucas, ut discipulos omnes, saltim maximam eorum partem convenisse statuamus ad ponderanda Christi verba, vel, cum ea Ipsum comitantes audivissent, nunc Eum propius quasi εν κυκλω cinxisse & circumdedisse ad proponendam quæstionem, quam unusquisque fere formaverat, quamque unus & alter omnium nomine proferebat. Hunc puto sensum esse verborum, οι μεν συνελθοντες επηρωτων αυτον λεγοντες. Nexus suadet cogitare, discipulos ex verbis Servatoris in eam ingressos fuisse sententiam, Christum *nunc* occupari parando sibi Hierosolymis throno & capessendis regni sui habenis. Hac ex caussa in interrogatione propius *hoc ipsum tempus* definiunt, utque hac de re fierent certiores, interrogant: *Domine, an hoc ipso tempore instaurabis vel restitues Israeli regnum?* Quæstio verbis αποκαθιςανεις την βασιλειαν τω Ισραηλ proposita satis prodit, Apostolos nondum habuisse distinctos de regno Dei conceptus, nec Christum ipsis adhucdum omnia exposuisse, quæ ad regnum Dei spectant; eos habuisse ideam de regno & dominio Romanorum & Herodis super Judæos nunc abolendo, & concepisse spem, mox Judæis regnum restitutum iri, quemadmodum olim eorum Reges eodem potiti fuerant, præsertim David & Salomo, quo-

rum ſub imperio ſteterant omnes *Iſraëlis* tribus, quique ſceptra ſua latiſſime ſuper gentes ethnicas vibraverant. Cognoverant quidem procul dubio poſt ſermones cum Servatore habitos, regnum Dei fore *ſpirituale*, magis quam putaverant, dum ipſos jam miſerat ad baptizandum omnes gentes, eisque baptismum Sp. S. pollicitus erat, ſed *terreſtria* ſpiritualibus jungenda eſſe exiſtimabant, inprimis quia præceperat, *ne diſcederent ab Hieroſolymis*, qua in urbe Viri aliqui eruditi Chriſtum nunquam tempore muneris ſui Prophetici pernoctaſſe putarunt (*). Veriſimile ergo quam maxime eſt, quod cupiverint erudiri, num ipſis jam opus eſſet *præparatione aliqua*, vel *terreſtri & exteriore aliquo adparatu*, qualem Jeſus olim adornari curaverat ut Rex in Hieroſolymam introducendus *Luc.* XIX: 28, 29. præcipue dum in eadem quoque regione, prope Bethaniam & montem Oliveti morabatur.

Adſentiri itaque nequeo cl. JO. FRID. STAPFERO, qui *Exerc. ad Act.* III: 20, 21. inſerta *Tempe Helveticis T. II. Sect. II. d. IV.*

(*) Confer præſertim libellum doctiſſimi J Cti. N. S. VAN SON, nuper demortui, lingua belgica ſcriptum, hoc titulo. *De groote beikdag der Chriſtenheid &c. Hage* 1759. 8.

d. IV. p. 289. quæstionem discipulorum ex errore eorum de adventu Domini ad *regnum gloriæ* propinquo derivat. Regnum enim gloriæ *Hierosolymis* non erigendum esse Apostoli cognoverant ex prædicto urbis hujus excidio *Matth.* XXIV.

Lubet CONR. PELLICANI, *Theologi Tigurini*, audire paraphrasin, *Comment in Acta p.* 277. „ Nondum Apostoli deposuerant „ somnium illud de proferendo regno Israëlitico; ideo Dominum percontantur, velut mox abiturum, an protinus à misso „ Spiritu Sancto restituturus esset regnum „ populo Israëlitico, & an statim esset „ exhibiturus orbi majestatem suam. Non„ dum enim intelligebant, cujusmodi fu„ turum esset regnum illud spirituale. „ Petrus in monte cupiebat constitui reg„ num. Ceteri quoque, audientes de re„ surrectione Christi mentionem, statim „ sciscitabantur de regno. Hic rursus „ audito sermone de mittendo Spiritu, „ redit illis in mentem regnum; sperabant „ enim fore, ut orbis totius imperium „ transferretur in populum Judæorum. Et „ omnino futurum erat, ut regnaret Chri„ stus de tribu Judæ, filius David in toto „ orbe, sed & Israëlitæ in spiritu & fide „ domini fierent orbis in Christo, non suis „ justitiis vel meritis nec viribus, sed gratia

„ & fide. Ubi sibi quisquam diffidens, „ fidere cœperit Evangelicis promissis Christi, jam justus constituitur & amicus Deo, „ necessario misericordiam consequutus „ Hoc regnum spiritus ubique collapsum „ præcipue apud Judæos, qui operibus „ legis sese justificandos credebant & meritis operum salvandos, restituit Christus „ in orbem per Evangelium. Hoc non „ intelligentes discipuli felicitatem quandam „ mundanam somniabant, quæ eos liberaret ab omnibus malorum persequutionibus, quod ante finem mundi nulli hominum, etiam fidelibus non continget " Paraphrasin hanc eo lubentius adduxi, quoniam in ea patrocinium Commentatoris haud spernendi mihi invenisse visus fui. ".

§. 4.

Qui objiciunt, non esse verisimile, Discipulos fovisse adhuc præjudicia Judæorum de terrestri Messiæ & Israëlis imperio, quoniam Christus eosdem per quadraginta dies de regno Dei docuerat, in ea videntur esse hæresi, Christum iis omnia exposuisse quæ ad regnum Dei spectant. Nisi vero hoc sit hæresis, dicendum est non opus ipsis fuisse ad cognoscenda mysteria cœlorum Spiritu Sancto,

Sancto, qui tamen eos erudire & in omnem veritatem ducere debebat; dicendum est, Petro & aliis cognita fuisse statuta regni Dei, quorum aliqua tamen & quidem magni ponderis eos latuisse vel post effusionem Spiritus S. historia Evangelica dilucide satis tradit; imo dicendum esset hanc ipsam quæstionem supervacaneam fuisse, quia Servator hanc jam exposuerat & si hoc neges, mirum videri, quare Servator hanc de *tempore* erigendi aut instaurandi regni Israëli quæstionem omiserit, vel saltim ita tecte explicuerit, ut discipulis ansam interrogandi dederit. Dubitandi non est locus, quin Servator ea solummodo eis exposuerit, quæ ipsis scitu erant necessaria, & quibus compelli poterant ad præstandam præceptis suis obedientiam; & heic etiam dicere poterat uti *Jo.* XVI: 12. *multum mihi dicendum vobis est, sed nunc non potestis comprehendere;* imo sapientiæ Servatoris documentum est, quod sæpius animos eorum prius non liberaverit præjudiciis, quam finem suum adsequutus fuerit. Certe autumare licet, discipulos Servatorem non comitaturos fuisse Hierosolymam, si ipsis constitisset, eum infami mortis supplicio fore interimendum, vel etiam nunc, nisi putassent eum solium Davidis occupaturum esse. Nihil itaque obstat, quo minus etiam

nunc Difcipulos nobis repræfentemus imbutos præjudiciis de terreftri Meffiæ regno Hierofolymis erigendo, quæ poftmodum Sp. S. adflatu eradicanda erant. Imo nec evinci poteft, Chriftum eos de adfcenfione fua in cœlos jamjam inftante docuiffe, quæ tamen in doctrina de regno Dei maximi momenti eft, priusquam ipfis elatis fuper ipfos manibus benedixerit. —— Me itaque doctiffimo cuidam amico, qui hanc objectionem urgebat & difcipulos fibi repræfentabat omni de terreftri Meffiæ regimine præjudicio vacuos, fatisfeciffe opinor.

§. 5.

Oftenfo ita quæftionis cardine, haud difficile erit, genuinum refponfionis Chrifti detegere fenfum: *Veftrum non eft, noffe periodos opportunas, aut temporis ipfa fixa momenta*, in quibus aliquid in effectum deduci poffit, *hæc Pater ex propria auctoritate conftituit*

Solet hic quæri, an huic Servatoris refponfo infit *redargutio Difcipulorum?* Plerisque hoc adridet. Nullus autem videt, quam ob cauffam redargutionem promeruerint, nec aliquod redargutionis criterium. *Non promeruerunt eam*; cum enim Servator multa de regno Dei loquutus fuiffet ef. 1

cum præterea præcepisset, ne ab Hierosolymis discederent, sed promissionem Spiritus S. ibidem exspectarent, haud inconsulto aut temere Magistrum interrogasse censendi sunt. Apostoli *de tempore* interrogaverant, *Matth.* XXIV: 3. ποτε ταυτα ἐσαι, ϰ̀ τι το σημειον της σης παρουσιας, ϰ̀ της συντελειας του ἀιων☉, sed nec reprehensionem suam eos incurrisse censet Servator, nec eorum consilia improbavit. Imo de tempore destructionis Templi interrogantibus non quidem præcisum tempus, τόν καιρον, aliquot tamen signa judicii Divini Judæos destructuri indicat. Nec decuisse Servatorem existimo redarguere sollicitos de regno Dei erigendo Discipulos, quia magni intererat hoc scire eorum, qui ex consilio Divino regni hujus fundamenta constituere debebant. *Nec est aliquod redargutionis criterium.* Est potius simplex indicium, eorum non esse ἐργον, nosse futurorum tempora vel momenta. Ita multi & tantum non omnes, quos consului. Mallem eorum non esse privilegium aut prærogativam, vel uti in antithesi exprimitur, ἐξουσιαν, nosse præcisum tempus futurorum; sufficere debebat res futuras ipsis prædictas esse, Patri soli hæc tempora & momenta cognita esse, quoniam Ipse ea constituit. Tempus ipsum modumque rei caliginosa nocte premit Deus, usque dum

ad-

adparuerunt; hominibus demum fas & volupe est ex eventu decretorum Divinorum ordinem intueri, ejusque sapientiam venerari. Oportebat eos signa temporum investigare ex iisque judicare, quam prope sit regnum Dei & promissionem suo tempore dandam exspectare. Hunc sensum jam fundunt verba priora ὀυς ἐθετο ὁ Πατηρ·

§. 6.

Quid vero sibi volunt verba ἐν ἰδια ἐξουσια, *ex propria auctoritate constituit tempora?* Ne existimemus hæc gratis addita fuisse. Cum in explorato est, Apostolos primariam hanc veritatem haud ignorasse, Deum constituisse omnium rerum & tempora & momenta ex propria auctoritate, privilegio sibi proprio, quod *Dan.* II: 21. docetur, singularis fuerit hujus additionis ratio necesse est. Hanc haud difficulter cognosces, si admirationem subiisse Discipulos statuas, vel eos cum admiratione interrogasse: *An Tu*, Domine, *hoc ipso tempore regnum instauraturus & redditurus es Israëli? Admirationis* autem nota manifestissima est in verbis ἐν τω χρονω τουτω, & quidem his solis in verbis. Nam quoad cetera, nulli dubitare poterant de instauratione & restitutione regni Dei, de qua Servator toties loquutus fuerat

rat & adhuc ultimo hoc die loquebatur. *vs.* 3. Ipsum ut Regem venerabantur Discipuli, cui data erat a Patre πασα ἐξουσια ἐν οὐρανῳ καὶ ἐπι γης *Matth.* XXVIII: 18. Diffidere non poterant veracitati verborum ejus, quæ huc usque semper complementum suum nacta erant. *Tempus solummodo præsens*, quod Christus indicaverat, eos sollicitos habuisse videtur, nam articulus τῳ & pronomen τουτῳ sunt relativa, & respiciunt ea, quæ vel propius vel remotius præcesserunt. Est autem in hac constructione adhuc alia potestas articuli & pronominis τῳ & τουτῳ. Notum est, & pluribus docuit C. WOLLIUS in diss. *de vera fictaque nonnullarum particularum N. T. Græcarum emphasi, Ecclesiæ* ejus *Pharisaicæ & Christianæ* adnexà *p.* 324. aliique, pronomini ὁυτος sæpius emphasin inesse. Emphasis autem hæc ex nexu sermonis dignosci debet. Quandoque *vilipendium* indicat, ut in loco a WOLLIO citato *Act.* V: 28. ubi Pontifex M. sanguinem Jesu Nazareni adpellat το αἱμα ΤΟΥ ἀνθρωπου ΤΟΥΤΟΥ, & vetuit doceri ἐπι ΤΩΙ ονοματι ΤΟΥΤΩΙ. Adde *Matth.* XIII: 54, 55. *Marc.* XIV: 71. *Luc.* XIX: 9. XXIII: 4. *Act.* IV: 16, 17. V: 35, 38. IX: 13, 21. *Joa.* XVIII: 17, 29. 1 *Cor.* XV: 53, 54. &c. Quandoque rei alicujus *dignitatem* innuit, uti *Matth.* XXI: 44. *Ja.*

IV: 13. *Act.* II: 22. XIX: 27. &c. Quod autem magis ad rhombum, *admirationis* aliquando nota est, præsertim in *interrogationibus*, & indicat rem videri *miram* aut *fere incredibilem*. Ita usurpatur *Luc.* I: 29. ubi de Maria Virgine dicitur, ϰ διελογίζετο, ποταπὸς εἴη Ὁ ἀσπασμὸς ΟΥΤΟΣ, conf. *Luc.* IV: 22. XII: 56. *Joa.* VI: 52. VII: 15. 40. Unum adhuc locum adlegasse suffecerit ex *Luc.* I: 61. ubi adfines Elisabethæ, filiolo ipsius nomen Joannis impositurі, dicunt: nemo est consanguineorum, ὃς καλεῖται ΤΩι ὀνόματι ΤΟΥΤΩι. Admiratio autem hic ex *temporis* pensitata ratione locum habere non poterat, si discipuli illud *opportunum commodumque* ad regnum Dei Israëli restituendum credidissent aut reputassent. Hinc vero maxime consentaneum putamus illis *hoc ipsum tempus minus commodum, neque opportunum* visum fuisse ad inchoandum aut perficiendum augustum istiusmodi opus.

§. 7.

Et profecto! Discipulis nondum satis a præjudiciis carnalibus liberatis, admirationis quam plurimæ erant caussæ, quare hoc ipso tempore ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας illis minus verisimilis videretur instauratio regni Dei, promissa Israëli.

raëli. Summa potestas erat penes Romanos. Procerum Israëlis odium contra Jesum crucifixum fervebat. Excisum eum reputabant e terra viventium. Dimicabant pro aris & focis, Jesum neutiquam è mortuis resurrexisse, & corruptis argento scelesta fraude sepulchri custodibus, fabulam undique disseminabant, cadaver Jesu crucifixi clam per discipulos suos è sepulchro sublatum fuisse. Servator a nullo Sacerdotum & seniorum visus erat. Tendebat, uti opinabantur Discipuli, in urbem Hierosolymam, ubi amicorum ejus perpauci erant, & ubi Judæorum optimates nihil relinquebant intentatum, ut discipulis, nomen Jesu profitentibus, præcluderetur introitus, vel præsentibus laquei struerentur. Discipuli vero sibimet satis conscii erant se omni ad restituendum Israëli regnum potestate plane destitutos esse. Pristina eos terrebant vestigia, sibique ipsis adhucdum diffidentibus *nihil minus hoc tempore videbatur congruum aut opportunum.* Signa & miraculorum prodigia, quibus Christi e mortuis resurrectio probari posset, instaurationem regni præcedere debere censebant.

§. 8.

Tales cogitationes, quæ ab ingenio & mori-

moribus Apostolorum haud abludunt, si supponamus, tunc verba illa ὀυχ ὑμων ἐςι γνωναι χρονους ἠ καιρους, ὀυς ὁ Πατηρ ἐθετο ἐν τη ἰδια ἐξουσια; hunc fundunt sensum: *Vestrum non est cognoscere vel judicare* (*), *num tempori huic sit conveniens ac congruum Israëli restituere regnum expromissum. Licet illud vobis hoc tempore minus verisimile quin impossibile videatur; fiet tamen quicquid & quando Pater illud constituit.* Quicquid hominibus videtur impossibile, per Deum possibile est. Rerum & eventuum omnium tempora & momenta, ab æterno propria auctoritate & potestate definita, sistit, cumque iis res & eventus, ac fidem promissis datam suo tempore solvit. Moderatur & regit omnia sapientissime, nec adeo suetis naturæ aut ordinis legibus adstrictus est, ut his sine quicquam in actum deducere possit. Deus miracula patrare potest & quidem solus, ac ex tenebris producere lucem; hinc hoc ipso tempore, hoc ipso momento si propria auctoritate constituerit regnum restituere Israëli, nemo Ipsi obicem ponere valet. Et revera illud veluti ἀπο μηχανης restituturus est hoc ipso tempore, quic-

(*) Conf. de significatu verbi γινωσκειν LAMPIUS *in Joannem T. II. p.* 322. 505. VITRINGA *in Jesaiam T. II. p.* 871. KYPKE ad *1 Pet.* I: 20. *p.* 429. *&c.*

quicquid etiam moliantur in contrarium seculi hujus principes, Judæorum & Romanorum magnates. Ne itaque miremini me dixisse hoc *haud multo post hos dies* eventurum. Imo *hoc ipso tempore*, quod Pater prædefinivit, *Ego reddam regnum Israëli & vindicabo illud.*

§. 9.

Jam ex hac interpretatione nihil est in hoc loco obscuri, qua de re plurimi conquesti fuerunt, aut cum cl. HEUMANNO censuerunt, Servatorem his verbis omne discipulorum desiderium futura Ecclesiæ fata cognoscendi amice voluisse sufflaminare. Hujus rei nec vola est nec vestigium. Et revera maxime interest hanc hujus loci notare παρερμηνειαν, qua unus sæpe alterum duxit in errorem & religiosum prophetandi studium compescere, si non prohibere voluit. Omnia potius prono alveo fluunt, quæ exposui, nexuique & circumstantiis sunt conformia. Quin imo hæc verba non poterant non excitare vivam in Apostolorum animis spem proxime erigendi regni, eosque permovere, ut actutum contenderent & festinarent Hierosolymam, ad commorandum ibidem. Confirmabatur non modo spes potiundi baptismate Spiritus Sancti, sed & admonebantur, flagitarent Patrem precibus, ut

hoc ipſo tempore promiſſa ſua ſervaret impleretque. Licet itaque cuique legis Evangelicæ perito inquirere in futura Eccleſiæ fata, & quod magis eſt, ſi temporis circumſtantiæ ſpem, quam animo concepit, eludere, quin ſi hoſtium minæ & inſultus eandem penitus excidere videantur, hoc dicto Servatoris erigi poteſt, præſtituto a Patre tempore omnia Ejus promiſſa certo certius implenda eſſe.

§. 10.

Et quam adpoſite diſcipulorum diffidentiam vel ſollicitudinem, quemadmodum eam explicuimus, haud illaudabilem, quam teſtari videntur, quaque ſe ipſos hoc tempore ineptos admodum ad auguſtum ejusmodi opus declarant, vincit, *repetendo promiſſionem modo datam*, *ac indicando*, *quam Ipſi in fundando regno ſuo præſtituri eſſent operam* *vſ.* 8. *Adipiſcemini virtutem* δυναμιν *ſuper vos deſcenſuri Spiritus Sancti*, *eritisque mihi teſtes Hieroſolymis & in omni Judæa & Samaria*, *& usque ad ultimos terræ fines*; quaſi dicat: *Ne temere judicetis hoc ipſo tempore non poſſe reſtitui regnum Iſraëli*, *propter Judæorum in me odium virulentiſſimum & pertinaciſſimum*, *aut propter veſtram ineptitudinem! Vis enim Divina ſe manifeſtabit*, *omnes mox hoſtium inſultus eluſura*, *& vos brevi omnibus*

donis

donis Sp. S. instructura, *quibus ex consilio Patris apti reddemini præstituto sapientissime tempore*, *ad opera illa magna*, *quorum auspicio regnum Dei instaurandum est sub Oeconomia spirituali*. Hoc sensu δυναμις του ἁγιου πνευματος non caret emphasi (*). Præterea docet, qualem ab eis exspectet operam, sc. *testimonium reddituri* erant fide dignissimum ut testes αὐτοπται de Christo ex mortuis resuscitato, & quem jamjam adscendentem contemplaturi essent, in cœlos sublato, miraculis variis corroborandum. Insinuat itaque oblique, quia testimonium magis absentibus datur quam præsentibus, jam *instare* discessus sui tempus. Denique ostendit *Hierosolymam* quidem *primo* eorum requirere testimonium, sed simul eos eundem quoque in finem mittendos esse in *Judæam*, *Samariam & ultimos Palæstinæ terminos*. *Revocat* igitur *edictum*, quod ante passiones suas, dum eos prima vice misit, promulgaverat *Matth*. X: 5. *Ne ingrediamini in urbes Samariæ*.

T A N T U M.

(*) Recte ex hac phrasi Reverendissimus W. WARBURTON contra doctissimum MIDDLETONUM infert, dona Spiritus S. Apostolis concessa non fuisse temporaria, sed permanentia, in libello *de Oeconomia & Operibus Sp. S.* Versionis Belgicæ, editæ Amstelodami 1767. p. 15.

MENDORUM PRÆCIPUA.

Dedicationis pag. 2. l. 4. *lege* RELIGIONIS.

Pag. 14. l. 18. *lege* oculis.
—— 30. l. 23. — *βαπτισματος*.
—— 31. l. 11. — *βοβμιλων*.
—— — l. 14. — *μιχελ*.
—— 98. l. penult. *lege* fuimus.
—— 189. l. 18. — impendimus ad
—— 191. l. 14. — *inservitura*.
—— 193. l. 21. — Præfectus.
—— 196. l. 23. — conferantur.
—— 200. l. 14. — cum ea
—— 296. l. 12. — ne pietas & veneratio.
—— 339. l. penult. — *Orat. Inaug*.
—— 374. not. l. 4. — *Schumacharo*.
—— —— —— l. 5. — filia.
—— 424. l. 6. — fab. l. III. f. 15.
—— —— l. 7. — *diu*.
—— 581. l. 16. — vermögen.